

19011

I O. S T E P H A N I  
**D V R A N T I,**

I C. C E L E B E R R I M I.

Secretioris Regij Consistorij Consiliarij, & Amplissimi Senatus  
Tholosani quondam Primi Praesidis,

**Q V Æ S T I O N E S**  
**N O T A T I S S I M Æ,**

*Ex utroque iure decisa, & in supra Tholosani Senatus Curia collectæ;*  
*quarum nonnullæ iam antea quidem in lucem editæ,*

Nunc autem ex Cod. M.S. b om libe emaculatæ, & LXXIX.  
Questio nibus, quæ prius deera u, auctæ.

Hs adduntur Note, suis dissertationes IACOBI FERRERII, in  
eadem Curia Patroni olim dignissimi.

Cum Summarus, & duplicitate, uno Questioni, altero rerum  
singularum locupletatio n.

Studio & operâ I O FENIS IC. Franci.



L V G D V N I,  
Sumptibus I O. P E T R I C H A R L O T.

M. D C. XXIV.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.

四



AMPLISSIMO,  
AC NOBILISSIMO  
VIRO,  
DN. PETRO  
DE SEVE,  
DN. DE MONTELLIER,  
REGIO CONSILIARIO,  
ET PRÆSIDI  
IN CVRIA PRÆSIDIALI,  
PRÆFECTVRÆ LVGDVN.  
MERITISSIMO.

ONSCRIPSERAT Vir Nobilissimus, Io. STEPHANVS DVRANTI, suo tempore Iurisconsultus inter paucos celeberrimus, & Togatorum lumen, Quæstiones valde vtibiles, quæ partem bienniò editæ, partem nunc, & vnà

omnes prodire, PRÆSES AMPLISSIME, tuo  
sub auspicio gestiunt.

Nec immeritò ; cui enim eius generis mo-  
nimenta , quæ de iure quærendo viri ingenio  
& doctrinâ præstantes reliquerint , rectius di-  
centur quàm tibi , qui

*Iuris & aquarum cultor sanctissimorum legum ,*  
& non loco magis quàm prudentiâ Præses ?  
Aut quem illi potius respiciant , qui æquum  
ab iniquo separare , & scriptis suis illustrare  
fusciunt , quàm eum qui legalem scientiam  
sibi & supernè datam , & in animo consi-  
gnatam præ se ferat , Auctorique tum virtute ,  
tum dignitate similis . Nam , si dignita-  
tem specto , quod ille Tholosæ , tu hîc Lug-  
duni summo omnium applausu audis , & am-  
bo de virtute æquè contenditis . Accedit au-  
ctoritas qua id tibi deposcas , & abs me de-  
beri nullus equidem inficiar .

Accipe igitur , AMPLISSIME PRÆSES ,  
quod tuum , tibique mancipatum iure est , &  
ob paginæ breuitatem ne spernas . mole id  
quidem exiguum & pusillum , viribus autem  
amplum & magnum est ; quod tu longè me-  
lius quàm ego , ipse perspicies , qui omnium  
optimè vtrumque illud dixau , quod hic Au-  
tor decidendo sequitur , exploratum & per-  
spectum habes .

Mihi

Mihi certe satis erit , si quale id cumque  
muneris , tibi non ingratum , nec Amplitudi-  
ne tua indignum intellexero , quorum alte-  
rum rei , quâ de hîc agitur , dignitas , alterum  
Auctoris merita pollicentur . In hoc desino ,  
& supremum Numen veneror , vti Ampl. T.  
diu Regi , diu Patriæ florentem seruet , & in-  
columem.

V A L E , Amplissime & Nobilissime Domi-  
ne , cui officia simul & cultum defero . Ex  
Bibliothecio meo pridie Calendarum Iunij.  
M. D C. XXIV.

N O B. A M P L. T.

*Obseruantiff.*

Io. PETRVS CHARLOT.



## AMICE LECTOR,

**V**NC biennium est, quo quadra-  
ginta & octo Auctoris nostri Qua-  
stiones diem primum viderant. Sed,  
proh pudor! adèò depravata ac mu-  
tile, ut vix lineam inueneris, cui  
menda non plurima inerant; ita ut nouum Augie sta-  
bulū nuncupari haut potuisse inuria. omitto auctori-  
tates iuris, & citationes, que corruptissima omnes uno  
verbo fuerant; quod te auertere potius, quam allicere  
poterat. Factum autem his secundis curis, ut omnia  
ederentur rectius, & tam hac, quam cetera Auctoris  
scripta laude posterâ recens crescerent. Adiecta sunt  
alia septuaginta nouem Quastiones utilissime, qua-  
cets neip̄n̄ia penes heredes adseruate in hunc diem  
euulgata nondum fuerant. Summaria insuper Qua-  
stionibus addita, ut que ab Auctore pluribus dedu-  
cta, tibi vel paucissimis innotescerent. *V. & his  
bone Lector fruere.*

APPRO

---

## APPROBATIO.

**N**os infrà scripti S. Theologiæ Doctores si-  
dem facimus, visum à nobis perfectumque  
librum, qui inscribitur, *Io. Stephani Duranti*  
*IC. Celeberrimi, Questiones notatissimæ, cum notis Iacobi Fer-*  
*rerij, &c. in quo nihil fidei Catholicæ, Apostolicæ, Ro-*  
*manæ contrarium animaduersum, quin opus ipsum*  
*doctâ variorum & quotidie occurrentium casuum ac*  
*quæstionum decisione illustre ac utile.* Datum Lugdu-  
ni vndeclimo die Februarij. 1624.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT Episc. Damasci.

Fr. CLAVDIUS COCHET Dominicanæ fam.

Lug. Alumnus, & Prior.

---

## PERMISSION.

**L**ibrum cui titulus est, *Io. Stephani Duranti IC. Que-*  
*stiones notatissimæ, typis mandari, & in lucem mit-*  
*ti à Io. Petro Charlot Bibliopola Lugdunensi*  
*ego Consiliarius & Procurator Regius consentio. 10.*  
*Maij 1624.*

P V G E T.

---

**L**ibrum hunc inscriptum, *Io. Stephani Duranti, IC. Ce-*  
*leberrimi, Questiones notatissimæ, à Io. Petro Charlot*  
*Bibliopola Lugdunensi, in lucem edi permittimus, & ne*  
*quis citra factam ei ab ipso potestatem denuo excudat*  
*interdicimus. Lugduni 11. Maij 1624.*

DE CHAPONAY.

---

*S V M M A P R I V I L E G I I*  
*Regis Christianissimi.*

 **V**D O V I C V S . X I I I , Dei gratiâ Galliarû & Nauarræ Rex Christianissimus, singulari priuilegio sanxit, ne quis per vniuersos Regnorum suorum fines, intra decennium, à die editionis primæ computandum, imprimat, seu typis excudendum curet, & vñalem habeat librum qui inscribitur, *Io. Stephani Duranti IC.Celeberrimi Questiones notatissimæ, ex utroque iure decisæ, &c.* præter *Io. Petrum Charlot Bibliopolam* Lugdunensem, aut illos, quibus ipse met concesserit. Qui secus faxit, præter librorum confiscactionem poenæ arbitrariæ illatione multabitur; vti latius patet in litteris datis Compendij 16. Aprilis 1624.

*Ex mandato Regis*

Signatum

RENOVARD.



S V M M A E

# Q V A E S T I O N V M.



- I.  N ea quæ nepotii obuerperunt largitate & liberalitate aut, in patrem eius, vel in ipsum nepotem, filio & nepote sine liberis vitâ funeris, ad auum reuertantur, exclusa matre. pag. i.

- II. An bona fidei commissio obnoxia distrahiri possint, ob restitutio-  
nem dotis mulieris, vbi fidei commissum ab extraneo reli-  
ctum est. 72

- III. In qua etate Monachi professionem faciant. 14.2

- IV. In professione consensus purus & liber esse debet, & de his  
qui dolo, blanditus, vel metu coacti sunt profiteri religio-  
nem, de bonis eorum, de filiis familias & servis. 16.2

- V. Quod sine professione Monachus nullus fiat, & quod per  
ingressum in monasterium bona non adquirantur monaste-  
rio, & de professione expressa & tacita, & que sit inter utramque  
differentia. 22.2

- VI. De Authentica Ingressi. C. de sacro sancti Eccles. que non ob-  
seruatur in regno Francie, in quo Religiosi, Monachi professi  
non succedunt ab intestato parentibus suis, & quod successiones  
ab intestato petere non possint, nec legitimam in bo-  
nis parentum. Possunt tamen testamento hæredes institui, &  
utrum quod de Monachis & Religioso in regno Francie ob-  
seruatur, habeat locum in multisibus S. Ioannis Hierosolymitanis,  
quos Rhodios vulgus appellat: ita ut nec in proprietate,  
nec in usufructu succedere possint parentibus, vel legitimi-  
mam petere. 25.1

S V M M E

- VII. Quod Monachi transeat in potestatem Abbatis , & vtrum capite minuantur & excant e patris potestate, ( iunge quæ dixi supr. quæst. 4. ) & de tribus votis, Obedientia, Castitate, & Paupertate. 33.1
- VIII. An qui ingreditur monasterium, possit bona aliqua retinere, & pacisci cum superiori suo, vt sibi bona quædam retinere liceat. 39.1
- IX. Monachus qui professionem fecit in certo monasterio , & bona vel partem donauit in favorem illius monasterij, si ad aliud postea monasterium transeat, an eius bona ei restituenda sint, vt secundo monasterio applicentur. 42.2
- X. Vtrum Monachus factus Episcopus , sit immunis ab oneribus religionis : & vtrum bona quæsita post obtentam dignitatem , adquirantur monasterio , an Ecclesiæ suæ ; an vero propinquioribus; & verum in favorem illorum possit Episcopus disponere. 44.2
- XI. An ususfructus alicui relietus finiatur, si fructuarius ingrediatur monasterium : & quid de patre , qui nre patriæ potestit habet usumfructum in bonis filiis , an illum amittat per ingressum in monasterium. 47.1
- XII. De Eremitis , & vtrum testari & disponere possint de bonis suis. 49.1
- XIII. Vtrum summus Pontifex possit indulgere Monacho testandi facultatem. 50.2
- XIV. De Euætionibus. Quæritur si is, qui euicit , retribuam legauerit , vel donauerit emptori , an nihilominus de euætione contra venditorem agere possit. Et vtrum si res euicta sit, vendor condemnatus liberetur, offerendo emptorrem euictam. 52.2
- XV. An pœnæ secundatum nuptiarum habeant locum in favorem liberorum alterius matrimonij , & quod mater, licet conuolauerit ad secundâ vota, succedat ultimo morienti ex filio, si nulli alii supersint. 54.2
- XVI. An minor portio, cuius mentio fit in l. hac editali. C. de secundis nupt. legitimam, vel eius supplementum comprehendat: an vero id solùm quod nominatim à parentibus reliatum est. 56.1
- XVII. Si Princeps alicui ex ciibus cuiusdam locisconcesserit

*Q VÆSTIONVM.*

- rit immunitatem & priuilegium non soluendi tributa: an nihilominus integrum tributum à reliquis ciuibus soluendum sit, ita vt reliqui cines teneantur soluere portionem eius cui tale priuilegium concessum est. 59.2
- XVIII. Si agri bellorum iniuria deserantur, aut steriles omnino reddantur, aut p̄ædia urbana diruantur, queritur an portionem deficientium, vulgo *les non valoris*, ferat Princeps; an verò ea portio cæteris tributariis superinducatur. 60.2
- XIX. De naturalibus liberis, & eorum successione. 62.2
- XX. Vtrum nepos naturalis, & legitimus ex filio naturali vel spurio procreatus, ab aucto institui, vel substitui possit, non extante legitima sobole. 68.1
- XXI. An filius familiæ testari possit fauore p̄æcæ causæ, vel fauore liberorum: & vtrum filii fam. in Francia sint in potestate parentum; & de statu Tholosano, quo filij vel filiæ nup̄is collocati & collocatae, sui iuris esse censentur, an testari possint. 70.2
- XXII. Bonorum appellatione, an iura & actiones continueruntur; item an appellatione mobilium, vel immobilium; & vtrum bona venalia appellatione bonorum comprehendantur. 75.1
- XXIII. De institutione & legato, & donatione in fauorem Ecclesiæ & locorum pitorum: & quo tempore Ecclesiæ relinquere permisum fuerit, & quando capaces fuerint relictorum, & quod p̄æcæ causæ semper aliquid relinquendum sit, & quod magis fauetur p̄æcæ causæ quam liberis, & de amortisationibus. 78.1
- XXIV. An verba enuntiatione, dispositionem & testamentum validum reddant fauore p̄æcæ causæ, aut liberorum. 91.2
- XXV. An liceat & permisum sit piam causam vel liberis nutu hæredes instituere, & vtrum tali testamento valeat nutu factum fauore liberorum, vel p̄æcæ causæ. 95.2
- XXVI. An liceat reuocare confessionem factam in testamento, maximè in fauorem p̄æcæ causæ, ad exonerationem conscientiæ, & restitutionem male ablatorum, & vtrum talis confessio noceat liberis.

S V M M A

- X XVII. De damnatis ad perpetuos carceres, de deportatis & banitis, & de damnatis ad tristimes, an possint testamenta facere ex indulgentia & concessione iudicis, maximè fauore piaæ causæ. 101.2
- X XVIII. Propter publicam utilitatem licet bona priuatum, imò Ecclesiarum capere & destruere. 109.2
- X XIX. Si Princeps, ciuitas, vel alius, equos alicuius ceperint, vel currus, & perierint casu fortuito, an periculum pertineat ad dominum, vel ad Principem. 110.2
- X XX. Vtrum ius agendi ad supplementum legitimæ transeat ad extrancos, ita ut supplementum petere possint, & vtrum legitima in pecuniam solui possit. 111.1
- X XXXI. Vtrum Rex iure prælationis usurpet quid de Ecclesia. 114.1
- X XXII. Vtrum Rex possit præscribere decimas. 115.2
- X XXXIII. Vtrum in delictis regiae animaduersionis Presbyteri damnari possit ad emendam honorabilem, & de emenda honorabili, & de pena iniurie verbalis illatae. 117.2
- X XXXIV. An Procuratores Parlamentorum excusentur à tutelis, & quid de Aduocatis. 121.1
- X XXXV. Vtrum publicatio bonorum, quam vulgus confiscationem vocat, pertinet ad emptorem iurisdictionis, que ex dominio Regis pendet: an vero resoluta venditione, confiscata bona Regi sint restituenda. 122.2
- X XXXVI. De donatione facta filio vel filiæ nasciturae, & de substitutione ita concepta, si filius meus deceperit sine liberis, substituo masculos filiæ meæ, & si non sint masculi ex filia, substituo Caium: an filio defuncto sine liberis nondum natis ex filia masculis Caius admittatur, vel substitutio suspendatur, donec certum sit filiant liberos masculos parete non posse. 125.1
- X XXXVII. An in divisione inter heredes perpetuæ minoris diuidat, minor vero eligat. 127.1
- X XXXVIII. Vtrum Ecclesia aut minoris divisionem prohibere possit, & quis eligat. 128.2
- X XXXIX. An sacerdos censeatur habilis si pactis dotalibus primogenitus vocatus sit. 130.1
- X L. Vtrum minori inuito detur ex causa curator. 132.1
- Vtrum

*Q VÆ S T I O N V M.*

- X L I. Vtrum i. hac editâli. C. de secundis nupt. habeat locum in substitutione , id est , an lieeat vni ex coniugib⁹ plus relinquare iure substitutionis secundo coniugi , quām vni ex liberis primi matrimonij. 133.1
- X L II. Vtrum operari Ecclesiarum, vel matricularij, sive editum , rationem sacræ pecuniaæ reddere cogantur coram Episcopo , vel alio iudice Ecclesiastico , & de matricularus. 133.2
- X L III. Vtrum matricularij laici possint possessionem , & præscriptionem immemorialem allegare percipiendi partem decimarum in parochia vna cum Rectori , ad impendendum pro fabrica Ecclesie : an verò accipere debeant pecuniam per manus Rectoris , quæ necessaria est ad reparationem Ecclesie. 137.1
- X L IV. Præteritione posthumi rupto testamento , an mortuo posthumo viuo patre, testamentum conualescat. 138.1
- X L V. De saluagardia , an eam clientes aduersus dominos postulare possint. 139.1
- X L VI. An pactum redimendi annuos redditus fundiarios toutes quoties trinità annis præscribatur : an verò perpetuum sit: 140.2
- X L VII. Vtrum munetis alicuius electores vnum eligendo ex iusta aliqua causa , alteri stipendorum partem assignare possint. 143.1
- X L VIII. Vtrum laici Episcoporum officialēs constitui possint. 145.1
- X L IX. De Muneribus, Taleis, Indicto, Superindicto (*de qua tre cas.*) de quibus muneribus Ecclesie immunes sint. 148.2
- L. Addita ad Auth. *Ingressi* (*de qua supr. quest. 6.*) *de sacro-fanct. Ecclef.* An scilicet testamentum quod quis fecit ante quam ingrediatur monasterium , per ingressum religionis retrocedetur. 152.1
- L I. Verum decreto iudicis're antiquiori creditori eccl. 0.1 , competit posteriori creditori ius offerendi. 152.2
- L II. An id quod hæres adquirit ex supplemento legitima filiorum , veniat in restituione fideicommisi , si statuto , vel rehinitione excluduntur. 153.2

S V M M A

- L III. De monitoris ad finem reuelandi , & restituendi. 154.2
- L IV. Vtrum bona donata filiis pactis dotalibus distrahi possint ad liberandum parentem qui ob æs alienum in vincula coniectus est. 155.2
- L V. Rursus de redditibus fundiariis. 156.1
- L VI. An statutum vel pactum lucrandi dotein , seu augmentum , sponsum vel sponsam per verba de presenti comprehendat , & fusè de sponsa per hæc verba. ibid.
- L VII. De muliere quæ intra annum luctus nubit , an priuatar successione mariti , etiam minor sit. 158.1
- L VIII. An actori , vel Procuratori regio , testes à reo nominatos , ad probandas testium actoris reiectiones , subleuare , vel refutare liceat , nedium instrumentis , sed & testibus. ibidem 2.
- L IX. An alienatione expressim vetitæ alienatio statim corruat , etiam ante obitum eius qui prohibitus est alienare. 159.2
- L X. Vtrum testamentum solemne inter liberos conditum renuncetur posteriore , vel alia voluntate non solemnii inter eosdem liberos , puta si in priore testamento septem testes adhibiti , in posteriore verò tantum duo , vel tres. 160.2
- L XI. An Episcopi , Monachi , cæterique Clerici impuberum tutelas exercere possint. 163.1
- L XII. An verum sit quod vulgo traditur , quod occiso homine , cuius sanguis frigidus factus est , ac fluere desit , comparente occisore refluat , eoque nomine quis torqueri possit. 164.2
- L XIII. Quid statuendum vbi plures , vel pares sunt sententiaz. 167.2
- L XIV. An qui emit rem minoris ignoranter , sine decreto , tenetur fructus restituere , & perdat pretium , nisi probet verum in rem minoris. 169.1
- L XV. Vtrum iudex ex iusta aliqua causa & circumstantia matri quæ secundò nupsit , tutelam filij , & educationem decernere possit. 170.1
- L XVI. De consuetudine qua Clerici pro sepultura , pro benedictionibus nubentium , vel Ecclesiæ sacramentis , pecuniam exigunt , an efficax sit. 152.1
- L XVII.

*Q V A E S T I O N V M.*

- |  |       |
|--|-------|
| LXVII. De iure Albanagij , alibi natorum , <i>drouit d'Aubayne</i>   |       |
|  | 174.1 |
| LXVIII. De sedibus Episcoporum, Archiepiscoporum, Prelatuum & Patriarcharum.   | 175.2 |
| LXIX. De OEconomis.  | 179.2 |
| LXX. De transmissionibus in liberos fideicommissi conditionalis.   | 181.1 |
| LXXI. Vtrum aliquis possit ducere reliquias fratris uxoris suæ , vel , ut vulgo dicitur , an reliqua sororis ducere possit reliquiam fratris.                            | 182.2 |
| LXXII. Vtrum pupillaris substitutio expressa excludat matrem à legitima.   | 183.2 |
| LXXIII. De consuetudine qua augetur , vel minuitur decima.   | 187.2 |
| LXXIV. Vtrum fideiussor damnatus ab aliquo iudice , coram eodem debitorem persequi possit , etiamsi debitor sit alterius fori.   | 189.1 |
| LXXV. De pecunia destinata in emptionem praediorum.  |       |
|  | 190.1 |
| LXXVI. De annonis ciuilibus & redditibus an sint inter immobilia.  | 191.2 |
| LXXVII. An statutum quod maifitus lucratur dotem , habeat locum iurdote promissa , & mulier quæ dotem promisit , nec soluit , lucretur augmentum.                        | 194.1 |
| LXXVIII. An ei qui ventidie , & qui de evictione tenetur , liceat alienationem reuocare , & quando possit quis contra proprium factum venire.                            | 196.2 |
| LXXIX. An de aliquo crimine damnatus possit ex rescripto Principis munus , quo ante dominacionem fungebatur , exercere.  | 197.2 |
| LXXX. An hecat iudicii munera lenia , quæ vulgo esculenta & poculenta appellantur , à litigatoribus capere.  | 198.2 |
| LXXXI. De possessione rerum spiritualium , & petitio-  |       |
|  | 200.1 |
| LXXXII. Vtrum statuto vel consuetudine effici possit ut fructus beneficiorum primi anni , aut alterius temporis , ex quo vacauerant , cedant Capitulo , vel hereditibus. | 201.2 |
| LXXXIII. Vtrum in substitutione fideicommissaria de pe-  |       |
|  | 202.2 |

*S V M M A*

- sona ad personam nat extensio ex verisimili mente testantis.  
202.
- LXXXIV. An vbi viget consuetudo Protomiscos , dominus proximo preferatur. 203.1
- LXXXV. An si Monachus testatus fuerit ante professionem in gratiam extranei , testamentum illius professione irritum fiat,& bona eius monasterio querantur. 206.1
- LXXXVI. An Monachus post emissari professionem possit reuocare testamentum. 208.1
- LXXXVII. An Monasterium habeatur loco filij. 209.1
- LXXXVIII. Vtrum posteaquam pater ingressus est religionem , legitima liberis debeatur , an vero mors naturalis patris sit expectanda. Et vtrum qui rogatus est restituere hereditatem post mortem,fideicommissi nomine teneatur statim atque professus est; an vero mors naturalis expectanda sit. Item an pater dum vivit cogatur legitimam representare libetis,saltem ad eos liberandos è carcerebus. 210.1
- LXXXIX. An pater qui bona sua dissipat cogi possit ut quædam secerat ac separet pro alimentis & legitima filiorum.  
213.2
- X C. An heretici sint ad fidem cogendi. 214.1
- X CI. De hereticis, an collegio illorum & singulis legari , vel relinqui possit : an licet eis congregations facere , & tempora habere : an sint tolerandi ; & quid de Iudicis. 220.2
- X CII. Quod licet testamentum reuocare posteriore , etiam si prius testamentum factum sit coram Principe,& ab eo confirmatum. Explicatur l. si quis in principio. de leg. 3. De clausula derogatoria. 227.2
- X CIII. Rursus, An Ecclesie immunes sint à tributis & muncibibus; & de taleis; & an domini à subditis tales exigere possint ; & de talles ès quatre cas. 241.2
- X CIV. Rursus de tributis,indictione,superindictio, quod nos vocamus,Creües. 265.1
- X CV. Ob cessationem tributorum prædia in fiscum transferri. 267.1
- X CVI. Rursus de tributis, canone, oblatione,indictione,Auro coronatio , des Aydes , de l'Equivalant , & aliis tributorum speciebus. 267
- XCVII.

*Q VÆ S T I O N V M.*

- X C VII. An ex eodē delicto aliquis duplici pœna affici possit,  
 & punitus in foro Ecclesiastico pro crimine mixto , alia pœ-  
 na in foro saeculari affici ; & utrum absolutus in foro co-  
 scientiæ accusari possit. 270.1
- X C VIII. Utrum contribuere Ecclesiæ debeant ad instruc-  
 tiones itinerum, viarum & pontium. 273.1
- X C IX. Privilegia aliquibus concessa ob munus vel offici-  
 um quod exercent, ita demum locum habent, si verè mu-  
 nus exercant, & quod non datur facultas de iure respon-  
 dendi, nisi Magistris. ibi etiam de Bæccalaureis. 275.2
- C. An aliquo gradu insigniti, & ab Academia nominari, possint  
 ab Episcopo examinari, & utrum appellare liceat ab Acade-  
 mia si ignoranter nominauerit. 280.2
- C I. Quod non licet Clerico unius diœcesis in aliam transire,  
 & ministrare , & Monacho suum monasterium relinque-  
 re, & transire ad aliud. 281.2
- C II. An delictum Pralati, vel Rectoris, Ecclesiæ noceat. *I. sub-  
 missus nullam. C. de sacros. Eccles.* 282.2
- C III. Quid sint Angariæ, quid Parangariæ , quid Postæ apud  
 Gallos Explicatur. *I. neminem, i. i. C. de sacros. Eccles. & de Cor-  
 uatis.* 286.2
- C IV. An privilegia à Principe concessa revocari possint à suc-  
 cessore si in forma contractus concessa sunt, ob publicam ne-  
 cessitatem, vel aliam ob causam. 288.2
- C V. An Princeps legibus derogare possit, & dispensare contra  
 ius : an legibus sit solutus, & iura Gentium revocare possit, &  
 de Papa. 291.1
- C VI. De confirmatione in foro communii, & ex certa scien-  
 tia, & de clausula, *De plenitudine potestatis.* 303.2
- C VII. De pauperibus, de cura pauperum, de alimentis paupe-  
 rom, de Eleemosyna Ecclesiæ debita , de annonis Ecclesiæ  
 praestandis, & alimentis, quod hæc pertineant ad Reges pro  
 pietate, & ad Episcopos pro eorum officio ; de pueris alimen-  
 tatis, & de salariis Doctorum. 307.1
- C VIII. An eleemosynæ quæ piis locis præstite diu fuerunt,  
 inducant obligationem in futurum, & utrum tolli possint.  
 Explicatur. *I. priuilegia. C. de sacros.* 319.2
- C IX. De viduis, Diaconissis, Virginibus Deo dicatis , & San-  
†††  
dine

S V M M A

- Simoniabibus, Abbatissis. Presbyteræ canoniceæ quæ sunt. Ex-  
plicatur *l. generali. C. de sacros.* 321.1
- C X. Rursus de Virginibus & Sanctimonialibus canonicis , &  
quod non possint nubere. 329.1
- C X I. De Abbatissis, & cuius ætatis eligi debeant. 334.1
- C X II. De Tabellionibus, & Secretariis Principum. 338.2
- C X III. De coloniis, de ascriptiis, de seruis & mancipiis; quod  
serui inuitis & ignorantibus dominis in Clerum cooptari  
non poterant; quod apud Christianos hodie non sint serui,  
*de gens de main morte*, & quod mancipia inter immobilia  
computentur. 345.1
- C X IV. An Ecclesia, aut minor prouocare ad diuisionem possit,  
& quis eligat. 348.1
- C X V. An liceat alienare bona Ecclesie ad remuneranda obse-  
quia & officia eius qui de Ecclesia verè & non coloratè be-  
ne meritus est. 349.2
- C X VI. Hæredes & successores quomodo ex delictis & crimi-  
nibus defunctorum teneantur: & an si inuentarium non fece-  
rint teneantur ultra vites hæreditarias. 352.1
- C X VII. An qui emit ab Ecclesia, non obseruatis solemniti-  
tibus, premium quod dedit amittat, *ex l. subemus. C. de sacros.*  
353.1
- C X VIII. De Monasteriis, Monachis & Eremitis, cum aliis  
nonnullis questionibus ad Monachos pertinentibus.  
357.1
- C X IX. An Capitulum conferre possit beneficia, quæ ad eius  
collationem spectant, vni de Capitulo, vel præsentare vnum  
de gremio ad beneficia quæ ad præsentationem Collegij per-  
tinent. 362.2
- C X X. Rursus utrum bona donata filiis in partibus di-  
strahi possint ad liberandum patrem donatorem qui ob æs  
alienum in vincula coniectus est. 369.1
- C X XI. Utrum nepos ex filio de restituendo grauatus satisfa-  
re cogatur, vel fructus imputare in Trebellianicam, etiam si  
primum locum teneat. 373.2
- C X XII. Utrum bona quæ sunt de domanio Principis, præ-  
scribi possint tanto tempore quod hominis memoriam exce-  
dat. 375.2

*Q VÆ S T I O N V M.*

C X X I I I . Vtrum hæres conuentionalis , vt vulgò dicitur,hæreditatem adeundo absque protestatione, vel inuentarij confestione , fideicommisso obligetur , & vtrum filius donatarius fideicommisso grauari possit testamento à patre.

382.1

C X X I V . Vtrum substitutio compendiosa à pagano facta verbis communibus,sine expressa temporum distributione,matre superstite sit intra pubertatem directa pupillaris , an verò omni tempore fideicommissaria. 386.1

C X X V . De lupanaribus,& meretricibus resipiscientibus. 393.2

C X X V I . Rursus de secundis nuptiis. 398.2

C X X V I I . & vlt. De cognitione spiritali, quam non tantum Latini agnouerunt, sed & Græci. 400.1







I O. STEPHANI  
D V R A N T I ,  
I C. CELEBERRIMI,  
Q V Æ S T I O N E S  
N O T A T I S S I M Æ ,  
Ex vtroque Iure decisæ.

---

Q V Æ S T I O . I.

*An ea que nepoti obuenerunt largitate & liberalitate aui, in patrem eius, vel in ipsum nepotem, filio & nepote sine liberis vitâ funetis, ad auum reuertantur exclusa matre.*

S V M M Æ R E R V M .

1. Matrem auo preferendam nonnullis visum fallit, ut n. 3.
2. Matris favor.
4. s. Intellectus §. consequens de heredib. ab intestato. & l. quod scitis. C. de bonis que.
6. Opinio Cyni ad l. quod scitis. C. de bonus que, adprobata.



NGENS controuersia est, an si intuitu matrimonij pater aliquid filio largiatur, & filius postea, ac nepos ex eo sine liberis moriantur, id quod donatum est, ad auum donantem exclusa matre reuertatur:

tur : an verò ad matrem tanquam in gradu proximiorem pertineat ?

1. Et quibusdam † visum est, matrem suo præferri ; in primis, quia vulgo receptum est in successione ab intestato proximiorem in gradu præferri. §. consequens. de hæredib. ab intestat. venient. Auth. defuncto. C. ad Tertullianum, ibi, filia gradus prærogatiua. Mater ergo cum suo proximior sit, auum excludere debet. Secundò, filio eodemque nepte patris sui hæreditatem adeunte, factum est ipsius nepotis patrimonium. l. sed si plures. § filio impub. de vulgari. l. quidam elogio. C. de iure delib. l. si autem. C. de donatio. Tertiò, facit textus in l. quod scitis. C. de bon. que. vbi pater suo præfertur. Ergo eadem ratione mater suo anteferenda est.

2. Quartò †, considerari debet matris fauor propter puerperium & partus periculum. §. sed nos. ad Tertullianum. Quis enim, ait Imperator, mulierum non misereatur propter partus periculum & liborum procreationem. l. vlt. C. qui potiores. Et alibi Iustinianus in Nou. 162. in fine, maiore studio, scripsit, oportere matrem prosequi, quæ partus doloribus distenta fuit, quæ

peperit, quæ nutriit, quæm patrem, qui succisiuam tantummodo libidini operam accommodans filij generationem procurauit. Et vulgo proditum est, miserationis causa, luctuosam filiorum hæreditatem parentibus deferri. l. nam et si parentibus. ff. de inof. l. scripto. §. non sic. ff. unde liberi. l. fin. C. de instit. & subst. Vnde Plinius in Panegyr. scripsit Traianum piè remississe parentibus tributum illud vicesimæ: causam subiungens, quæ ad hunc locum pertinet, Egregie, inquit, Cæsar; quod parentum lachrymas vectigales esse non pateris, ut bona filij parens sine ulla diminutione accipiat, nec socium hæreditatis habeat, qui non habet luctus. quæ ratio etiam pro matre facit.

Veruntamen causa cui †, æquior est & iustior, qui liberalitatem exercuit. Primò, per l. 2. C. de bonis qua liberis. vbi, quod donatum est dotis vel donationis propter nuptias nomine, si casus tulerit, revertitur ad donantem. Prospiciendum enim est, ait Imperator, ne hac iniecta formidine parentum erga liberos munificentia retardetur. Quæ ratio est diligenter attendenda, nam ea pro suo omnino facit. Secundò iuuatur hæc

hæc sententia ex *I. de emancipatis. C. de legit. hered. vbi in rebus quæ obuenerunt à matre, vterini soli vocantur, exclusis consanguineis.* Pari ergo vel maiore ratione auus in his quæ ab ipso processerunt cæteris omnibus descendantibus præferri debet. Tertiò, hæc opinio probari potest argumento *I. si qua illuſtris, in fine. C. ad Tertullianum. & I. cùm alius. C. de secundis nuptiis.* Eamque sententiam Senatus Tholosanus semel atque iterum probauit: extantque in eam sententiam pleraque placita, quorum alterum pronuntiationem fuit vigesima April. 1556. Claudio Chapuis auo, co-démque donatore, & Ludo uica Rebouissé matre, litigantibus. Alterum verò paulo antea pronunciatum fuit in gratiam Ioannis Gilibert contra Mariam Maurelle. Nec 4. obstat t̄ textus in §. consequens. de heredib. ab intestato. Nam auus paternus & maternus simul admittuntur: & rursus ibidem proximior in gradu, remotiorem excludit in bonis quæ aliunde obuenerunt: at in bonis paternis vel maternis spectari solet vnde bona processerint: non obstante gradus prærogatiua, præser-  
tim si superfit ille, à quo bona

processerunt: ne hac iniecta formidine parentum liberalitas retardetur, & ne quod iustis laboribus vel prospera fortuna ei initio accesserat, in extraneum perueniens luctuosum ei procedat. §. igitur. per quæ personas nobis acquiratur. Et illius textus ratio non est aliena ab hac quæſtione in hæc verba: quæ enim innidia est, ut quod patris occasione profectum est, ad eum revertatur. I. cùm oportet, in principio. C. de bonis quæ liber. Secundò non obstat quòd filio eodemque nepote partis hæreditatem adcunite factum est vnum patrimonium, quod separari non potest. Respondemus enim quòd eti vnitum patrimonium facilè separari non debat, & vnius hominis duo patrimonia singenda non sint, I. iurisperitos. de excusat. tutorum; tamen vbi æquitas suadet, bona separanda sunt, ita vt spectandum sit, vnde bona processerint, vt in specie diætæ *I. de emancipatis*, & diætæ *I. quod scitis.* Et maximè vbi ille à quo bona profecta sunt, superfit est, vt eum in bonis à se profectis, aliis præferamus. Nam hoc casu recepta est bonorum separatio, vt bona donata ad auum donantem redant, alia bona matri tan-

quam proximiori relinquans. tur. Minus etiam obstat *l. quod scitis.* C. de bon. que. nam ea lex pro hac sententia facit, siue Bartolum, siue aliorum sensum sequamur. Bartolus enim existimauit ibi agi de auo paterno & materno: nam de paterno expressè loquitur. Cum verò verba facit de patre, non de patre nepotis intellexit, sed de patre matris ipsius nepotis, atque ita de auo materno, qui in bonis maternis auo paterno potior est. Quòd si illam legem intelligamus, cum Cyno, Baldio, Fulgosio, & Corneo, ut ibi agatur de auo paterno, & patre nepotis, filioque aui, nō repugnat ea lex huic sententiæ: nam si in maternis pater velut proximior auo præferatur; ergo in his quæ ab auo profecta erant, non erat auo potior, argumento ducto à contrario sensu. Et quia in cum locum incidimus, obiter dicam mihi veriorem videri 6. Cyni *†* opinionem ad eam *l. quod scitis*, vt in ea Imperator agat de auo & patre ipsius nepotis, non verò de auo materno, quod dictio *idem*, apertere indicat, & pluribus probat Corneus *in dicta l. quod scitis,* & *consil. 10. volum. 1.* & *consil. 265. volum. 4.* Nec obstat po-

stremò fauor matris: nam in hac causa amplior est fauor ex parte aui, ne bona sua in exteris eo superstite transferantur. Et satis est matri, si bona quæ aliunde filius habuit, excluso auo cōsequatur; quāuis enim matri luctuosa sit filij hæreditas: magis tamen luctuosum esset auo si eo viuo bona sua ad alium transirent, vt ait Iustinian. *in dicto §. igitur.* Et hæc sententia æquior & verior est, & secundūm eam in Parlamento Tholosano iudicatur.

## N O T A

## IAC. FERRERII.

**Q**VOD ab authore nostro decisum est in hac quæstione, habet locum, non solum in donationibus factis à patre vel auo paterno, sed etiam in donationibus factis à matre, auo materno & aliis ascendentibus; & in quibuscumque donationibus, siue ob dotem, siue ob nuptias, siue simpliciter inter viuos fiant, & ita iudicatur, non solum in Senatu Tholosano, sed & in aliis huius regni partibus. In constitutione dotis à patre facta fauore filiæ, habemus Arrestum Senatus Tholosani, quo

## Q V A E S T I O . I.

§

quo iudicatum fuit, dotem à patre filiæ constitutam, mortuo filio ex filia præmortua, superstite patre, & auo qui dotem constituerat, ad auum constituentem redire, excluso patre, inter Andream Radulphi Notarium Regium, Narbonæ appellantem à sententia arbitrorum, & Bernardum Peschaire, decimatertia Februarij anno Dom. 1596. relatore Dom. Vedelli Senatore meritissimo. Aliud Arrestum habemus inter Bernardū Comignan, & Michaëlē du Puy die 23. Decembris 1588. cum purpura pronunciatū; in specie illius Arresti dictus Comignan pactis dotalibus filium emancipauerat, & fauore matrimonij donauerat certa bona: filius postea emancipatus decessit, superstite filia quæ postea obiit, superstite Michaële du Puy, matre & Comignan auo, cui bona donata, exclusa matre, Senatus adiudicauit iure reuersionis. Vide Paponem lib. 21. tit. 1. de successionibus ab intestato, arresto 23. Imò bona ad patrē vel auum & ad matrē redeunt ipso iure; ita ut liberata & soluta sint ab omni obligatione & hypotheca. Quamobrem donator ad quem bona redeunt, non tenetur soluere debita

quæ filius donatarius contraxerit. Nam fit resolutio iure ipso, per textum *in llex vetti galiff. de pignoribus*. facit quod fusè ad hanc decisionem scripsit Tiraquellus *ad l. si unquā, in verbo reuertatur. C. de reuocandis donatib.* Molinæus *in consuet. Parisien.* §. 30. num. 171. & §. 22. secundum antiquas editiones. hic etiam pertinet quod Guid. Pap. scripsit *in q. 575. l. 1. & 2. C. si pignus pignori datum sit.* Et hoc verum est, etiam si filius, cui pater donauerat, emancipatus fuisset; & ita iudicatum fuit Arresto Senatus Tholosani 1581. inter Ioan. l'Estandiere, & Andrie. Charondas *in consuet. Parisien.* art. 315. pag. 186. & 188. & *in memorabilib. in verbo, insinuation.* Huc pertinet quod à Paponne scriptum est *lib. 11. tit. de donationibus, arresto 20.* Nec obstat text. *in l. his solis. C. de reuocandis donationibus.* Vbi si inmater bona donata filio ex causa ingratitudinis reuocet, non potest vendicare bona à filio alienata vel obligata, antequam filius ingratitudinis accusatus fuit, id enim procedit in illa specie, quia donatio ob ingratitudinem non reuocatur ipso iure, sed ita demum si donator conqueratur, & irre actionis. *l. fin. C. de reuocan.*

*donat.* ita ut reuocatio donationis nō retrotrahatur. Aliud tamen est in hoc iure reuersionis, quæ fit ipso iure. Vide Maynardum quondam in Senatu Tholosano Senatorem prudentissimum, & iurisperitissimum, *lib. 6. cap. 60.* Sed & illud quoque notandum est, quod istud ius reuersionis nō solum habet locum in fauorem parentū, sed etiam in fauorem fratrī, patrī, auunculi, materteræ & amitæ, ut bona donata reuertantur, si donatarius moriatur sine liberis, donatore superstite, & ita iudicatum fuit Arresto Senatus Tholosa. 18. Maij anno Dom. 1589. Relatore eodem Maynardo, inter Petrum de Gauleiac Dominum de Barriere ex vna parte, & Debas matrem & legitimam administratricem filiorū suorum, & defuncti de Pardailhan Domini Dardens. Species hęc erat, Margarita Dastugac, cōiux Ioannis de Gauleiac patris dicti Petri, donauerat certa bona duobus nepotibus suis de Pardailhan, alter ex donatariis decessit sine liberis, superstite Margarita Dastugac donatrice, & fratre Dardens, cui coniunctim donatio facta fuerat: post mortē alterius ex donatariis Mar-

garita Dastugac testamentum fecit, quo hæredem instituit Petrum de Gauleiac priuignum suum: Petrus de Gauleiac petit dimidiam partem bonorum, quæ donata fuerant à dicta Margarita, eo quod mortuo altero ex donatariis, portio illius iure reuersionis ad Margaritam donatricem redierat, & ad illum pertinebat, tāquam hæredem dictæ Margaritæ, & ita iudicatum fuit. Sed & aliud non spēnendum, quod in hac specie iudicauit Senatus Tholos. nempe portionem donatarij præmortui superstiti non accreuisse, quia in contractibus & donationibus non est locus iuris accrescendi. *I. si mihi & Titio. de verb. oblig. l. 1. C. si imperialis.* Ego in hac causa eram Aduocatus, & defendebam ius reuersionis contra Jacobum Pumisson patronum disertissimum, & de literis benè meritum. Aliud Arrestum habemus relatore D. de Caumelz Senatore & iurisperitissimo 20. Maij 1602. inter Rose de Bousignac viduā Francisci de Calmont ex vna parte, & Jacobum Bessiere ex altera. Species erat, Jacobus ille Bessiere in matrimonium dederat Gabrielem sororem suā Francisco de Calmont, & sorori

sorori dedit partem aliquam bonorum : postea illa moritur , & hæredem instituit dictum Franciscum de Calmōt maritum suum : mox dictus de Calmont decedit , & hæredem instituit dictam de Bou-signac , cum qua secundum matrimonium contraxit . Dictus Bessiere petit bona sorori donata tanquam ad cum reuersa . Senatus iure reuersonis ( his enim verbis conceptum est Arrestum ) ei bona adiudicauit . Præterea in hac quæstione illud quoque obseruaandum est , matrem vel patrem ita excludi per auum donatorem , vt in eiusmodi bonis , quæ ad auum redeunt iure hoc reuersonis , legitima nec matri nec patri debeatur . Cum enim mater aut pater in eiusmodi bonis ab intestato non succedat superstite aucto donatore , necessariò sequitur legitimam eis nō deberi , quia legitima est portio successoris ab intestato : & ita iudicatum fuit in fauorem Iacobi Roguerij in Senatu Tolosan . quondam Senatoris , cui mei materni , contra Mariam de Ganelon . Illud quoque notandum est bona à patre liberis donata ad patrem redire , si is sit legitimus & naturalis , & donatio facta sit liberis natu-

ralibus & legitimis : nam si sit facta à patre naturali , & filius naturalis sine liberis moriatur , bona donata ad patrem naturalem non redeunt , sed ad fiscum pertinent , qui iure regni , filiis naturalibus ab intestato morientibus succedit . Vide Pelxum in quest. illustr . cap . 42 .

## Q VÆ S T I O II.

*An bona fideicommissio obnoxia distrahi possint , ob restitucionem dotis mulieris , vbi fideicommissum ab extraneo relictum est .*

## S V M M Æ R E R V M .

1. *Distrahi posse bona substitutioni obnoxia ob dotem mulieris .*
2. *Fallit in fideicommisso relitto ab extraneo .*
- 3.4. *Quellarum 39. & 108. intellectus .*

**G** OM M V N I calculo receptum est , ut bona restitutio subiecta pro dote à filio accepta restituenda distrahi possint , vbi alia bona filij non extant : at vbi fideicommissum relictum est ,

est , non à patre , vel à matre , vel ab aliis ascendentibus , sed ab auunculo , vel alio extra-neo ; dubitatur an bona fidei-commisso subiecta distrahi possint ob restitutionem dotis , si nulla alia supersunt bona mariti .

- Quidam putant idem esse ,
1. siue † ab extraneo , siue ab ascendentibus fideicommissum relictum sit , ut omnimodo bona substitutioni obnoxia alienari possint , si non supersint alia bona , ex quibus dos sit soluenda & restituenda vxori . glos. in *Nouella de restitutionib.* & ea que parit . in verb. si non sufficerit . Baldus in *Authen. res quæ. C. communia de legat.* Bartolus in *consilio incipiente , Statuto ciuitatis Tuderti.* Ratio in primis desumpta est ex publica utilitate , quæ priuatæ antefertur . *dicta Auth. res quæ.* Nam in restitutione dotis versatur publica utilitas , at ob bonum publicum priuatorū bona possunt adimi . *l. item si verberatum. §. ult. de rei vendic. l. Lucius. de evictiōnib.* Secundò , potissimum ratio quæ mulieri obstat , ea est , quod qui contrahit cum aliquo , conditionem eius exquirere debet : sed illa regula non obtinet in mulieribus , quia huiusmodi facta dijudicare

virilis est animi . *l. ultima. ff. qui petant tut.* Et ideo Iustinianus in dicta *Auth. de restitut.* in §. quamobrem , ignorationem fideicommissi in muliere probabilem putat . Tertiò , potior est causa illius qui certat de damno vitando , quām illius qui agit de lucro . *l. ultima. C. de codicillis.* atqui mulier certat de damno , fideicommissarius verò de lucro mulieris ; ergo causa pro dote favorabilior est . *l. assiduis. C. qui potiores.* Quartò facit pro hac sententia textus in *l. mulier. §. cum proponeretur. ad Trebellianum.* ibit Non posse videri in fideicommissi euerisionem factum , quod & mulieris pudicitie & voto patris congruebat . Quintò *Nouella Iustiniani de restituzione* , quæ est 39. generalis est , & noua constitutio , ita ut locum habere debeat , non tantum in liberis , & ob dotem vxorum illorum , sed etiam in extraneis : alioquin enim illa constitutio superflua esset , siquidem ante illam id erat in liberis constitutum , dicta *l. mulier. §. cum proponeretur.* Sextò facit pro hac etiam sententia *Nouella Iustiniani 108.* ex qua desumpta est *Auth. contrà cum rogatus. C. ad Trebellianum:* ubi qui rogatus est restituere quod ex hæreditate superfuerit ,

rit, potest totam hæreditatem alienare, ita ut quartani reseruare debeat fideicommissatio, quam tamen quartam ex causa dotis potest alienare. Hanc opinionem probat Julianus Patricius *Nou. 37.* modò dos non sit immensa, & quæ totum cuerteret fideicommissum. Dotem autem, inquit, vel propter nuptias donationem lex dari præcipit honestam, id est, neque satis modicam, ut sit dedecus hæredi, neque satis immodicam, ut illud sit graue fideicommissario: sed medietatis cuiusdam moderatione honorata.

Sed tamen verius est, si dicamus bona + restitutioni obnoxia, quoties fideicommissum ab extraneo relictum est, non posse ob dotem vxoris hæredis grauati obligari, vel alienari: in primis quia certum est in re aliena inuito domino, pignus constitui non posse. *I. i. & I. si fundus. §. aliena res, & §. si nesciente. de pigno.* Et quamvis eo tempore quo hæres grauatus matrimonium contraxit, bona ab eo possidebantur: tamen ea non possidebantur irreuocabiliter, sed sub conditione, & sub onere substitutionis & fideicommissi. Itaque si substitutioni locus est, resolvitur ius illud

hypothecæ, quod ab hærede contractum fuerat. *I. lex veltigali, ff. de pignoribus.* Præterea certum est, quod bona restitutioni subiecta non possint obligari, nec alienari: quia satis absurdum est, inquit Imperator, *ad I. vlt. §. sed quia. C. communia de legatis,* rem quam quis in suis bonis verè non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecæ pignorisve nomine obligate, & alienam spem decipere. Et quamvis dotis causa sit semper & ubique præcipua, *I. i. ff. soluto matri.* tamen iste fauor non debet portigi ad alterius iniuriam: quemadmodum priuilegiū, quod militibus concessum est, non porrigitur in damnum & præiudicium alterius. Itaque priuilegium dotis, quod mulieres habent, in solis bonis mariti competit, non in aliis bonis, quæ non sunt mariti, sed alterius. *I. impuberi. ff. de administrat. tutor.* Nec obstat *Nouella 39.* + ex 3. quia est desumpta *Auth. res que.* quia illa constitutio non est generalis; nec generaliter intelligenda, specialis enim est in fauorem liberorum, & quoties fideicommissum relictum est à patre vel matre, vel ab aliis ascendentibus: itaque constitutio illa generalis non

est, id est, quilibet hæres grauatus de restituenda hæreditate, non potest obligare bona restitutioni obnoxia pro restitutione dotis propriæ vxoris. Nam liberis & vxoribus illorum, ius illud competit, & non extraneis. Et nominatum Iustinianus in illa constitutione de liberis agit, ut constat ex specie in ea proposta, & ex ratione quam ibi reddit; nam in primis Iustinianus agit de filio, qui grauatus erat restituere hæreditatem, si sine liberis decederet. Secundò Iustinianus in eadem constitutione permittit alienationem & obligacionem, si legitima non sufficiat, quod aperte demonstrat illud constitutum fuisse in fauorem liberorum. Nam in hac causa magna est differentia inter liberos & extraneos: in primis quia largius subueniendum est liberis; arctadi enim non sunt, qui ad propria bona veniunt. *L. i. §. largius ff. de successorio edicto.* Itaque mirum non est, quod liberi bona quæ à parentibus acceperunt, licet substitutioni obnoxia, obligare possint, non solum pro dote constituenda propriis liberis, sed etiā pro restituenda dote vxoris. Secundò, Iustinianus in illa constitutione

permittit liberis pro dote obligare bona substitutioni subiecta, quia hoc onus dotandi filias, vel constituendi donationem propter nuptias, obsecutatem dotis, spectat ad ipsum testatorem si viueret. *L. qui liberos, & ibi interpres, de ritu nupt. l. vlt. C. de dotis promissione.* Vnde licet parentes in bonis substitutionem fecerint, nihilominus tamen censentur tacite velle, liberos hæredes institutos bona posse obligare, ex hac causa, & illud ipsum à liberis grauatis fieri, quod ipsis facturi erant si viuerent. *L. cum fernus. §. penult. de conditio. & demonst.* Itaque Iustinianus in illa constitutione permittit alienationem, non solum ob causam dotis, sed etiam ob fauorem liberorum, & propter votum parentium, quos lex obligat ad dotandas filias, & ad obligationem bonorum ob securitatem dotis mulierum, cum quibus liberi matrimonium contrahunt. *L. mulier. §. cum proponeretur. ad Trebellianum.* Quæ ratio cessat in extraneis hæredibus: nec obstat Nouella 108. † ex qua 4 desumpta est dicta *Authentic*, contrà *cum rogatus. C. ad Trebellianum.* Nam in ea constitutione permittitur extraneis alienare ipsam quartam ex

I A C. F E R R E R I V S.

ex causa dotis; sed ratio manifesta est, quia in specie ibi proposita, haeres habebat facultatem alienandi omnia bona: nam rogatus erat restituere id solùm quod superefset ex hæreditate; & quamuis Iustinianus in dicta Nouella centesimaoctaua constitutus sit de liberis & descenditibus testatoris: & si haeres grauatus nulla alia habeat bona ex quibus mulieri dos solui possit, non solùm ob restitutionem dotis possunt bona alienari, sed etiam ob lucrum dotis, quod mulier patet vel lege municipali lucratur mortuo marito: & ita iudicatum fuit in hoc Senatu ab anno Dom. 1555. in quo latu est Arrestum 4. Septembbris, Margarita de Vlmo & Antonio Brun litigantibus, secundum opinionem Socini *confil. 23. volum. 3. Bartol. in §. quamobrem. de restitutionib. & ea que. Bald. Castr. Curt. in Authen. res que. C. communia de leg. Crauet. confil. 180. 186. Bald. conf. 79. volum. 1. Roland. à Valle de dote q. 57. Charond. in collect. arrest. lib. 8. cap. 3c. Si vero haeres grauatus sit extraneus; quamuis ex bonis illius dos vel donatio propter nuptias solui non possit, non soleat Senatus bonorum substitutorum alienationem permettere; & ita iudicatum fuit*

Arresto Senatus Tholosani, in causa in qua eram Patronus inter Helenam de Pardailhan, appellantem à Seneschallo Bocard & Nemausensi: & Claram de la Tour de S. Vidal. 21. Augusti 1598. Relatore Dom. de Maussac Senatore meritissimo. Illud ipsū iudicatum fuit pluribus Arrestis Senatus Parisiēnsis, qui citantur à Pelao *in suis questionibus illustrib. cap. 41.* Sed iudicium admirabile magni illius Senatus Parisiēnsis nō possum prætermittere, dignum sanè quod omnibus notum fiat, & pro lege obseretur inviolabiliter, in causa & lite inter Lifete de Teula repetentem dotem, & Dom. Annēum de Cadilhac Senatorem Tholosanum. Iudicauit illustris ille Senatus bonorum substitutioni obnoxiorum alienationem ita fieri debere, vt duæ partes illorum penes dictum Dom. de Cadilhac integræ maneant: nā quia Ioannes de Cadilhac Dominus de Iague-tis maritus dictæ de Teula es-  
set de liberis & descendenti-  
bus testatoris, qui substitue-  
rat dictum Dom. Annēum de  
Cadilhac: & dos erat magna,  
& iam antea ob dotem vxoris  
primi hæredis, cui dictus Ioā-  
nes de Cadilhac substitutus

erat, pars quædam bonorum distracta fuerat, noluit Senatus ille ob dotem dictæ de Teula bona integra alienarentur: sed ita permisit alienationem, vt duæ partes penes substitutum remanerent; alioquin enim facile euerte-retur fideicommissum. Quod videtur desumptum ex con-stitutione Iuliani Patritij quā suprà adduxit author noster in hac quæstione. Arrestum illud fuit latum ann. Dom. 1603. sexta die mēsis Septem-bris. Sed quæritur an id locum habeat in dote confessata, quā maritus confessus est recepi-se, nulla expressa numeratio-ne dotis? Sunt qui putāt idem obseruari in dote confessata, vt ob eam bona fideicōmissio subiecta alienari possint, quā do. maritus secundū pacta ma-trimonia renunciat exceptioni nō numeratæ dotis, vel lapsum sit tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Bartolus *in l. affiduis. C. qui potiores. l. in dotib. cum Au-thentica sequenti. C. de dote cauta non numer. l. in contractib. §. 1. C. de non numerata.* Matt'hæus de Afflīct. *deciso. 402. numer. 11.* Contrarium tamen verius est: nam vt dos possit repeti ex bonis substitutioni obnoxiiis, oportet quod mulier doceat dotem

dotem numeratam esse corporaliter, ita ut dos confessata sine reali numeratione hoc priuilegium non habeat: nam dos confessata, non est dos.

*L. I. C. de dote canta non numerata. Dotem numeratio ( inquit Imperator ) non scriptura instrumenti dotalis facit. glossa in l. aſſiduis , in verbo dute. C. qui potiores. Textum habemus expressum in l. ſi quis poſthac. C. de bonis proscriptorum ; vbi ſi mariti bona confiſcantur, mulier non habet repetitionem dotis contra fiſcum, ſi nihil aliud habeat quam confessionem factam à marito receptæ dotis, ſed debet oſtendere dotem numeratam fuifſe. hæc ſunt verba Imperat. Dos etiam non quæ aliquoties inaniter dotalium instrumentorum tenore conſribitur: ſed quam ſe corporaliter tradidiffe docuerit, repreſentetur. Quod si mulier contra fiſcū, cuius cauſa eſt odioſa, l. non puto. de iure fiſcī, non deducit dotem quam maritus eſt confeſſus recepiſſe, multo minus cōtra ſubſtitutum, cuius cauſa fauorabilis eſt: nam quod dicitur exceptionē non numeratæ dotis non poſſe opponi, poſt elapſum tempus, de quo in dicta l. in dotibus, cū Authent. ſequenti. verum eſt contra maritum, vel haeredes*

mariti, non contra creditores anteriores & præcedētes confeſſionem dotis, vel contra fideicommissarium, ad quem bona pertinent, & in cuius præiudicium maritus per factam confeſſionem præiudicium facere non poſteſt. Boërius in q. 330. n. 3. ex ſententia Alexandri diſtinguendum putat, quia aut confeſſio dotis emanauit antequā ipſe maritus ſe obligauerit creditori bus, & hoc caſu procedit opinio Battoli, vt eiufmodi confeſſio noceat creditori bus: aut verò confeſſio receptæ dotis facta eſt poſt ius quæſitū creditori bus, & adhuc non nocet creditori bus, ſi modò ſint intra tempora oponendi exceptionem non numeratæ dotis. Nam ſi tempus elapſum fit, putat confeſſionem noceare creditori bus, quia eſt impu tandum creditori bus, cur exceptionem non numeratæ dotis non oppoſuerint, & inter ruperint præſcriptionem. Et quatum uis hæc opinio vera non fit, quia, vt dixi, confeſſio dotis non debet noceare anterio ribus creditori bus: ſi tamen vera eſſet opinio, quod impu tandum eſſet creditori bus, cur nō oppoſuerint exceptionem non numeratæ dotis, hæc ratio non poſſet habere

locum contra fideicommissarium & substitutum , quia viuente marito nullam habet actionē contra creditores,cū dies substitutionis nondum euenerit , & incertum sit an substitutioni locus futurus sit, ita ut contra substitutum non possit opponi præscriptio dotis non numeratæ , cū agere non possit ut fiscus ante confiscationem: contra cum autem qui agere non potest,nulla currit præscriptio. *L. i. & 2. C.de annal. Porro omnes interpres existimāt dotis confessionem non nocere prioribus creditoribus , nec substituto. Cyn. in d. l. assiduis. Bald.in l.t. C.de priuile. dot. Auth. sediam necesse. C. de donat. ante. Socin. in rub. solut. matr. Alex. conf. 26. vol. 2. & conf. 142. vol. 5. Catell.in memorabilib. in verbo, dos habet. Capell. Tholof. q. 227. Angelus in Auth. de restitutio. & ea que. Ripa in l. filius fam. §. dini. n. 27. de legatis 1. Antonius Padilla in Authent. res qua. C. communia de legat. num. 119. Socinus in l. i. num. 87: ff. solute matrim. quia hoc priuilegium concessum est veræ doti & propriæ : dos autem confessata non est propriè dos. Baldus in d.l. assiduis n. 9. Præterea si daretur mulieri pro dote confessata pri-*

uilegium in bonis substitutio- ni obnoxiiis,duplex ei priuile- gium competeteret , nempe ius exigendi dotem contra substi- tutum , & pro dote imagina- ria : duo autem specialia circa eandem personam non pos- sunt concurrere. *l. i. C.de dotis promissione.*

### QVÆSTIO III.

*In qua atate Monachi profes- sionem faciant.*

### S Y M M A E R E V M.

1. Professionem facturi post in- gressum monasterij , etatem habeant legitimam.
2. Etas legitima que.
3. Impuberis utrum in mona- steriis recipiendi.

 VI professionem † 1. facturi sunt post in- gressum in Religio- nem & monasterium, etatem legitimam habere debent cap. 1. de regularibus. Clementina vlt. eod. tit. Legitima † verò 2. etas est pubertatis 14. anno- rum in masculis, & 12. in fœ- minis. c. ad nostram , c. cùm vi- rum, c. postulaſti. de regularibus. c. 1. de regularibus lib. 6. Cle- ment. 1. eod. tit. Concilio To- letano

letano. XIX. cap. 6. vbi legendum est 14. authore Gratiano *in c. si in qualibet. 20. quæst. 2.* Decimus autem quartus annus debet esse cōpletus. dicto cap. ad nostram. ibi , ante consummationē decimi quarti anni. Et ideo non sufficit quod decimus quartus annus cōp̄tus sit , vt in honoribus asse- quendis. l. ad. remp. de muneri- bus. Hodie ex Synodo Tri- dent. sessio. 25. cap. 15. & ordi- natione Henrici III. Franco- rum Regis Blesij artic. 18. in quacūque Religionē, tā viro- rū quām fœminarū professio fieri nō potest ante decimum sextū annum expletum : ita vt professio antē facta nullius sit momēti, & hoc iure vtimur in Frācia. Sanè in Monachis qui in insulis vitam degunt propter loci asperitatem , constitutum est , vt ante decimum octauum annum non recipiantur. S. Gregorius *in regist. lib. 1. epistola 48. can. quia autem. 20. quæst. 1.* Et eadem ratione Carthusiani & montis Oliveti fratres , ob regulæ seueritatem & duritiem ante decimum octauum annum neminem ad professionem facien- dam admittunt. De Turre- Cremita *in d. can. quia autem. 20. quæst. 1.* testatur nonnul- los in Concilio Basiliensi ten-

tasse id ipsum obseruari debe- re in cæteris Monachorum ordinibus, sed id eos non po- tuisse obtinere.

Verū quæri + solet an 3. impuberes sint recipiendi in monasteriis? & certum est eos recipiendos esse , maximè si à parentibus oblati fuerint. can. 1. & can. seq. 20. quæst. 1. Chri- stus enim Dominus noster iu- bet Matthei 19. paruulos ve- nire ad se. Vbi Origenes scripsit , Apostolos pueros & infantes ad Religionem Chri- stianam recepisse, vt in ea ènu- triti perfectius ei adhærerent. D. Dionysius *in lib. Ecclesiastic. Hierarch. cap. vlt.* dicit bonum esse portare iugum Domini ab adolescentia. Et olim Ro- mani nobiles , vt scribit D. Gregorius *lib. 2. dialog.* filios suos offerebant B. Benedicto nutriendos omnipotenti Deo. Quæ tamen ita interpretanda sunt , vt minor decem annis nullo pacto sit recipiendus , quinimo maior decem annis recipi non poterat, nisi ab Epi- scopo examinatus & proba- tus fuisset. Synod. Constan- tin. cap. 40. Vbi etiam consti- tutum fuit , ne solemne vo- tum emitteret ita receptus , priusquam rationis particeps esset. cap. 1. *de regula.* apud Gregor. & Bonifacium. D.

Thomas in 2. 2. quest. 88. Sane Leo Imperator Philosophus *Nouella* 6. illum qui sexdecim vel decem & septem annos impleuerit, tondere permittit. Et Basilius in *can. 18.* ad *Amphiloch.* professiones ab eo tempore probat, quo aetas rationis complementum habuerit. Non enim, ait ille, pueriles voces in his ratis esse oportet: nam citra iudicium factae temerariæ & præcipites tonsuræ monasticum habitum ignominia afficiunt. *Synod. Constantinop.* *can. 2.*

## IAC. FERRERIVS.

**S**OZOMENUS *lib. 1. cap. 9. hist.* refert, lege Constantini, impuberibus cælibatum proficitibus, ius testamenti faciendi concessum fuisse, in ipso ingressu monasterij, quod Leo Philosophus mutauit, *Nou. 6.* Similiter antiquæ leges permittebant pupilli ut sibi faceret testamentum, si esset Tribunus numerorum, ita ut patri in cuius esset potestate non permetteretur ei facere substitutionem pupillarem, quod Iustinianus abrogauit, *I. vlt. C. de testam. milit. c. 36.* In definienda aetate professionis faciendæ, variæ le-

## DVRANTI

guntur constitutiones. Vide *Synodus in Trullo cap. 40.* & *ibidem Balsamum Nou. 5. cap. 21.* Apud Julianū Anteceß. *Nou. 123. cap. 52.* Non Léonis 6. Vide in *Capitul. Caroli Magni lib. 1. cap. 107. cap. ad apostolicam, cap. ad vestram. de regula.* Vide ordinationē Aureliae & Blesij factam. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 15.* Sed & illud quoque est notandum, antiquitus non esse permissum ingredientibus monasterium professionem emittere intra triennium, ut constat ex *Nou. Iustiniani 5. de Monachis,* & ex *Capitularib. Caroli Magni lib. 5. cap. 227.* Hodie annus sufficit, intra quem tamen non licet profiteri, ut constitutum est in dicto Concilio Tridentino, & *cap. ad apostolicam. de regulis.*

## QVÆST. IV.

*In professione consensus puras & liber esse debet, & de his qui dolo, blanditiis, & vel me tu coacti sunt profiteri religionem, de bonis eorum, de filiis familias, & de seruis.*

## S V M M A R E R V M .

1. *Ingressum monasterij debere esse liberum, non coactum.*
  2. *Vita Monachorum qua.*
  3. *Dolo ingressus, vel professus, an efficax sit illius ingressio, vel professio.*
  4. *Quid si metu facta sit professio: vel etiam blanditiis, aut falsis inductionibus.* num. 8.
  5. *Antiquitus quomodo admittebantur monasterium ingredi supientes.*
  6. *Cap. ex parte, c. veniens, &c. dudum. de conuers. coniug. declarata*
  7. *Et c. cum dilectus, de his que vi metusve causa:*
  9. *Seruum sine consensu domini monachum fieri non posse, nec admitti in clerum.*
  10. *An coning. itus in monasterium sit admissandus.*
  11. *An liberi vitam monastica- cam proficeri inuitis parentibus possint.*
  12. *Atonachi facti utrum subuenire parentibus & propinquis debeant.*
  13. *Filius utrum liberetur a patria potestate per ingressum monasterij.*
  14. **N G R E S S U S** † in monasterium liber & spontaneus esse de-
- bet. can. *præsens*, can. fin. 20.  
*quaest. 3.* & ideo si coactus fuerit, nullius est momenti. cap. 1. de regularibus. Timendum enim est, vt habetur in constitutione Emanuelis Comenii lib. 1. *Inr. Orientalis*, sub tit. de homicidio volunt. ne inuitus vitam † angelicam ingressus, 2. eaque visuscepta venerando habitu in ludibrium vtratur. vbi vocat vitam monasticam Angelicam: itaque si metu patris nimiæque reuerentia filius ingrediatur monasterium, ingressus nullus est. glossa in dicto can. *præsens*. glos. in cap. cum virum. de regular. Imola in l. si constante. §. eo autem tempore. ff. soluto matr. Iason ad Auth. *ingressi*. C. de sacerdoti. At si dolus † dedec- 3. rit causam ingressio vel professioni, an ingressio vel professio efficax sit dubitatur: sed tamen communis calculo receptum est, neandum ingressionem, sed & professionem efficacem esse. cap. ex parte, cap. *veniens*, esp. *dudum*. de conuersione coniugat c. cum dilectus. de his qua vi. Quæ opinio D. Pauli sententiâ 2. ad Corinth. cap. 12. confirmatur, in hæc verba: *Ego vos non graui- ni, sed cum essem astutus, dolc- exipi vos.* Eodem pertinet quod idem D. Paulus scripsit ad Corin. 9. cosdem.

eosdem 1. Corinth. cap.9. *Fa-*  
*elus sum Iudeis tanquam In-*  
*deus, ut Iudeos lucrarer. Præter-*  
*ea Iesus dicit non potest, qui*  
*Deo se coniunxit, ut vitam*  
*Angelicam profiteretur. can.*  
*illud 20. quest. 1. Sed tamen*  
*hæc opinio apud me suspecta*  
*est, in primis, quia Ecclesia*  
*cultrix est iustitiae. cap. 1 §. 1.*  
*de alienat. fœd. & ab eius con-*  
*tractibus omnis fraus abesse*  
*debet. cap. pertuas. de donatio.*  
*Secundò sacri canones vim,*  
*metum & fraudem aquipar-*  
*rant. can. primo. 15. quest. 6.*  
*quin metui dolus inest. l. si cum*  
*exceptione. §. eum qui. ff. quod*  
*metus causa.*

4. Sicut ergo professio † metu  
 facta nulla est, ita, quæ dolo &  
 per fraudem facta est. Tertiò  
 iuramentum dolo præstatum  
 remittitur. cap. quamvis. de pa-  
 etis lib. 6. Idem ergo erit in  
 professione per dolum facta;  
 accedit quod temerariæ &  
 præcipites profesiones ordi-  
 nem monasticum ignominia  
 afficiunt. can. 2. Synod. Constan-  
 tinopolit. Præterea in omnibus  
 bona fidei contractibus dolus  
 dans causam contractui, nul-  
 lum ipso iure reddit contra-  
 ctum. l. & eleganter. ff. de dolo.  
 notatur fusè in l. si quis cum  
 alter. de verb. oblig. Ingressio  
 autem Monasterij contractus

bonæ fidei censetur, imò est  
 fauorabilior. can. viduas 27.  
 quest. 1. ibi; Si enim inter ho-  
 mines bone fidei contractus non  
 solent dissolui sine ratione, quan-  
 to magis illa pollicitatio quam  
 cum Deo pepigit.

Postremò tantum abest, ut  
 dolo quis allici debeat ad in-  
 grediendum monasterium, ut  
 antiquitus, qui monasterium †  
 ingredi cupiebat, non ante  
 admitteretur, quām diebus  
 decēm vel amplius pro fori-  
 bus excubans, indicium per-  
 severantiae ac desiderij sui pa-  
 ritérque humilitatis ac pa-  
 tientiæ demonstrauerit: cūm-  
 que omnium prætereuntium  
 fratrum genibus prouolutus,  
 & ab omnibus de industria  
 refutatus atque despctus,  
 tanquam qui non Religionis,  
 sed necessitatis obtentu mo-  
 nasterium optet intrare, iniu-  
 riis quoque & exprobationi-  
 bus multis affectus, experi-  
 mentum dederit constantiæ  
 suæ, ut docet Cassianus lib. 4.  
 c. 3. de institutis cœnobi. D. Ber-  
 nardus in regul. cap. 58.

Nec † obstat cap. ex parte 19.  
 de conuersio. coniugato. Nam ibi  
 mulier quæ velata fuerat ex  
 falsa causa, credens sponsum  
 lepra percussum, nihilominus  
 in religione permanere vole-  
 bat, atque ita liberè consen-  
 tiebat.

tiebat. Idem dicendum *de cap. veniens eodem tit.* Nam ibi Lambertus qui religionem professus fuerat, dolum commisit, & persistebat in sententia, ita ut è monasterio egredi nollet. Et quamuis mulier dolo décepta fuisset ad consentiendum ut maritus ingredieretur monasterium, & posset maritum reuocare: tamen audienda non est, quia fornicata fuerat antequam maritum repeteret, ita ut si mulier continuisset, ius repetendi maritum habuisset quasi dolo decepta. Quod pertinet ad *cap. dudum, eodem tit.* facilis est responsio. Nam et si ibi maritus spe quadam vanâ illestitus & inductus fuisset, tamen pure & voluntariè ad voti religionem processit, ut ibi notat Summus Pontifex.

7. Ad † *cap. cum dilectus. de iis que vi metusve. respondendum est, non omnem dolum, vel metum professionem irritam facere, nam si fatuitas, ut ibi ait Summus Pontifex, illius arguatur, qui se deceptum dicit, ut in specie dicti cap. cum dilectus, dolus non nocet, & non reddit professionem inefficacem. cap. innocent. 22. quest. 4.* Vbi et si Gabbaonitæ Iosue deceperint, iuramentum tamen impleuit. Nimis enim facile Iosue cre-

diderat, authore Innocentio in dicto cap. cum dilectus. At si dolus intercedat qui peritiores & prudentiores falleret, existimo professionem nullius esse momenti. Imola & Panormitanus in dicto cap. cum dilectus. Decius in *Auth. ingressi. C. de sacro sanct. & in c. in praesentia. de probation.* Quemadmodum & metus nocet si non cadat in constantem virum. *cap. 1. de his que vi. glos. in cap. cum virum. de regula.* Præterea in specie cap. cum dilectus, præter votum etiam iuramentum interuenit ex parte Canonorum, & ex parte Monachorum nulla fraus vel dolus intercessit, nec induc̄tio aut persuasio. Atque ita temperandum est, quod vulgo dicitur, minori decepto in spiritualibus, non esse succurrendum per restitutionem in integrum. gloss. in cap. sicut. 27. quest. 1. Speculator in tit. de restit. in integ. §. qualiter. vers sed numquid. Locus vero Pauli 2. ad Corinth. 12. nobis non aduersatur, sed aperte iuuat nostram sententiam; hæc enim verba (cum essem astutus, dolo capi vos) per interrogationem intelligenda sunt, quasi dicat, ego non grauaui vos, nec do lo vsus sum, vel astutia. Sanè qui existimant professionem non tescindi, et si dolus inter-

- ueniat , fatentur tamen bona cius qui religionem voulit seductus , non solum dolo , sed
8. & blanditiis † & falsis inductionibus , non acquiri monasterio , immo hereditibus ipsius esse restituenda . can. fin. 20. quest. 3. glossa in dicto cap. cum dilectus . Baldus in Auth. si qualiter . C. de sacrosanct . Speculator in tit. de statu monachorum §. fin. vers. 64. Panormitanus in cap. præterea de officio deleg. & in cap. in nostra de sepultur . Lupus allegat. 17. Molinatus consilio 15. numer. 29. fusè .

In ingressu monasterij requiritur libertas , & ideo

9. seruus † sine consensu domini , Monachus fieri non potest . can. si quis seruum , 17. quest. 4. l. iubemus , l seruis . C. de Episcopis & clericis . Extatque in eam rem Leonis Imperatoris constitutio , in Nouella 10. de seruo qui inscio domino Monachismum suscepit . In Synodo Chalcedon . can. 2. expresse vetatur , quemquam admitti in monasteriis , ad hoc ut fiat Monachus præter voluntatem sui domini . can. qui verè , 16. quest. 1. Eodem pertinent quæ variis locis tradita sunt de seruis in clerum non admittendis sine voluntate dominorum . can. 8. Apostolo . & distinctione 54. apud Gratia-

num . Plenissimè Claudius Spinxus lib. 2. Digressione ad Timotheum cap. 18. Et qua ratione seruus in monasteriis non recipiebatur , nisi volente domino , eadem coniugatus † non debet admitti iure Pontificio , tanquam non habens sui corporis potestatem . cap. 1. & toto tit. de conuersio coniugat . Secus tamen est de iure Civili . l. Deo nobis . C. de Episcop. §. si verò constante . de Monachis , in Nouell .

Sed an liberi † insciis & inuitis parentibus monasticam vitam profiteri possint , ingens controuersia est ; creditor tamen opinio est , liberum esse filio ac filiæ inconsultis & inuitis parentibus , monasterium ingredi , ex Matthæi cap. 8. & ibi D. Chrysostomus . D. Hieronymus ad Heliodorum tom. 1. epist. 1. in hæc verba : Licet , inquit , parvulus ex collo pendeat nepos ; licet sparso crine , & scissis vestibus , ubera , quibus te nutrieran , mater ostendat ; licet in limine pater iaceat , per calcatum perge patrem , siccis oculis ad vexillum crucis euola ; solum pietatis genus est , in hac re esse crudelem . Vide eundem D. Hieronymum de vitando suspecto contubernio , & in vita S. Malchi , & ad Fabiolam . D. Augustinum epist. 28. ad Letum . D. Ambrosium lib.

de Virginib. ad finem, & incap. Luc. 12. D. Bernardum epist. 110. & 111. de lyra Numerorum cap. 30. Sunt tamen alij qui existimant non licere filio vel filiæ inuitis parentibus ad monasterium trâfire. Vide apud D. Clement. lib. 3. & 7. Recognitionum. in hæc verba: *Si qui volunt & possunt sequi, nos permittimus eis, salua pietate, hoc est, ne quem discessu suo contristent, qui contristari non debet, & el parentes relinquens, quos non oportet, &c.* Item ex Synodo Gangren. can. 15. & can. 16. can. si quis, distinct. 30. Similiter ibi constituit Synodus Gangr. *Quod si quis pretextu religionis & pietatis liberos suos relinquat, nec eos alat, anathema sit.* Vide inf. quest. 7. Exstat apud Ansegig. lib. 1. cap. 15. Caroli Magni constitutio, qua cauetur, ne pueri sine voluntate parentum tonsurentur, vel puellæ velentur. D. Thomas hanc controversiam ita dirimit, vt liceat liberis, insciis & inuitis parentibus, in Monachorum societatem, quasi in tranquillum vitę portum confugere, nisi parentum tanta premat necessitas, vt eis aliunde subueniri non posse, si liberi eos derelinquerent. D. Thom. 2. 2. quest. 101. art. 4. & quest. 189. artic. 6. &

ad 4. sentent. distinct. 38. quest. 2. & Quodlibet. 3. artic. 16. D. Thomam sequitur de Turre-Cremata in dicto capite, si quis. distinctio. 30. Antoninus in summa, parte 3. tit. 16. cap. 2. Nam vbi parentes rerum penuria laborant, vel senio confecti aliunde quam filij industria sibi consulere non possunt, filij non debent relictis parentibus religionem profiteri; imò etiam professi † nedum parentes suffragiis & orationibus iuuare debent: sed & salua Prelati reuerentia, & saluo statu Religionis parentibus subuenire debent per se, vel per alios. D. Thomas in quodlibet. 4. artic. 6. quest. 4. Antoninus in summa, in loco suprà citato. Contrarium tamen sentit D. Basilius in constit. monasticis c. 21. & resp. 32. libr. regularium, fusius disputat.

Ex his quæ modò dixi dedici facile potest questio illa, An filius familias † per ingressum in religionem libereretur à patria potestate? Nam si consensu patris monasterium ingrediatur, sine dubio è potestate patris eximitur. Quod si inscio patre ingrediatur, distinguunt interpres nostri: nam si filius impubes sit, pater cum ex monasterio reuocare potest & vindicare, quia hoc

casu patriam potestatem retinet can puer. 20. quest. 2. can. statuendum. 20. quest. 1. c. praesens. 20. quest. 3. cap. 1. de regularibus apud Bonifacium. Si verò pubes monasterium ingrediatur, parentis eum vendicare non potest: liberatur enim à patris potestate. §. sanctimus, in Nouella de Monachis. glossa in can. 120. quest. 2. Innocentius in cap. scriptura. de voto. & in cap. indecorum. de atate & qualit. glossa in l. si ex causa. §. Pomponius. de minoribus. Quod variis SS. Patrum locis confirmatur. D. Basilius in constitutio. Monasticis. cap. 21. & resp. 32. in libr. regularum fusiū disputatarum. D. Hieronym. ad Fabiolam, & in vita B. Malchi Monachi. retinent tamen ius suitatis & succedendi patri. I. Deo nobis. §. hoc etiam. C. de Episcop. & cleric. Vide quæ dicam infra quest. 7.

## IAC. FERRERIVS.

**D**E his quæstionibus, an parentibus in egestatem redactis liceat filio in religionem ingredi? Item, An filius qui vitam religiosam professus sit, egredi è monasterio debeat, ut parentibus egestate pressis subuenire queat,

etiam sine venia superioris sui, ea tamen petita; vide. Azorium Institut. moralium parte 2. lib. 2. c. 3. ubi concludit non licere filio religionem ingredi, & patrem in extrema relinqueret necessitate, & posse ad subueniendum parentibus extrema necessitate laborantibus ad tempus egredi è monasterio.

## Q V Æ S T I O V.

Quod sine professione Monachus nullus fiat, & quod per ingressum in monasterium bona non acquirantur monasterio, & de professione expressa & tacita, & quæ sit inter utramque differentia.

## S V M M Æ R E R V M.

1. Ut quis Monachus fiat, professionem faciat necesse est, & num. 6.
2. Forma professionis que, & quomodo ea fieri debent, & num. 3.
4. Quam professio sit necessaria.
5. Novitius si moriatur ante professionem, cui beneficia

cia illius deferenda.

7. An amittatur beneficium.
8. Testari ante professionem potest.
9. An pro Ecclesiastico habendus ante annum professionis.
10. Si moriens quis adoptari velit in familiam alicuius Sancti, an pro ingresso habeatur in monasterium.

1. **N**T quis † verè monachus fiat & dicatur, professio necessaria est expressa, vel tacita. *cap. porrectum. de regularibus.* Guido Pap. quest. 502.

2. Formam † autem professionis colligimus ex canone vidua 20. quest. 1. Speculator in tit. de regularibus Dominic. in cap. primo, de regula lib. 6. Lapus allegat. 127.

3. Professio † autem mandari scriptis debet. *dicto can. vidua,* vbi, *scriptis professionem faciat.* glossa in can. omnes fæmina 27. quest. 1. argum. can. saluberri mum. 1. quest. 7. Cardinalis in Clem. ne in agro. §. sanè. de statu monachorum. Non me latet plures existimasse professionem testibus probari posse, neque scripturā necessariam esse. glossa in dicto can. vidua. argum. cap. nuper. de testibus. vbi Panormitanus, & Lapus alle-

gatio. 127. At prior opinio ve- rior est, & extat in eam par tem expressa constitutio Caroli Regis Franciæ IX. Molin. artic. 55. Nisi, vt eadem consti tutione cauetur, scriptura de perdata esset, quo casu amis sio professionis scripturā fa ctae testibus probari potest. *l. si solennibus. & l. fin. C. de fide instrum.* Guido Pap. quest. 474. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma literarum tonsure.*

Adeò autē professio † ne cessaria est, vt qui ingressus est in monasterium ante iustum professionem, non censatur de iure bona sua consecrassé, neque testari prohibeat. *cap. beneficium. de regularibus lib. 6.* vbi beneficium eius, qui ingressus est monasterium, non vacat ante professionem, nec conferri potest. Speculator in tit. de statu monachorum, versic. 17. glossa & interpres in cap. 2. de regularib. lib. 6. in verb. indicis. Hostiensis & Ioannes Andreas in cap. 2. de testam. Idem Hostiensis in summa de testam.

Sed queritur, † an si is, qui monasterium ingressus est, ante professionem moriatur, nullo testamento condito, bona illius proximioribus deferantur, vel monasterio ac quirantur. Quidam existimat per

per ingressum in monasterium bona acquiri monasterio. Barbatias *in cap. in præsentia. de probationib.* Petrus de Anchata. *cap. 2. de testamenis. & consil. 68.* cuius initium est, *contra donationem.* Decius *consil. 330. argum. cap. super eo,* *cap. significatum. cap. statuimus.* *de regulari. cap. fin. de successione ab intestato.* Tiraquellus *de retractu consanguinitatis. §. 1. gl. 8. num. 22. repet. 1. à num. 19.* At verius est ante professionem nihil acquiri monasterio, itaque vita functo ingresso ad monasterium, quem vulgus Nouitium vocat, sine testamento bona illius proximioribus reseruantur. Imola *in d. cap. in præsentia.* Interpretes *in Authenticis. si qua mulier. C. de sacro sanatis..* Nam † ante professionem nemo dici potest Monachus. Bartol. *in dicta Auth. si qua mulier.* Castrensis, Alexander, Corneus, Iason ad l. *si quis heredem. C. de institutio.* Imola & Alexander *ad l. in substitutione. de vulg.* Decius *consil. 330. cap. quamvis, & ibi gl. de procurato. in 6.* Nec enim euculla, sed professio Monachum facit. *§. pen. de Monachis.* Ideoque voulens Religionem ingredi, non liberatur nisi professionē emiserit. D. Thomas *in 2. 2. quest. 189. cap. ad*

*Apostolicam. de statu monachorum.* Accedit quod is qui ingreditur monasterium, ante professionē non amittit † beneficia sua. *cap. beneficium. de regula. lib. 6.* Præterea † qui ingressus est monasterium, potest testari ante professionem. *can. final. 12. quest. 5. cap. Religioso. §. fin. de regula. apud Bonifac.* & ideo si testamentum non faciat, videtur venientes ab intestato vocare ad suam successionem. *l. conficiuntur de iure codicillorum.* Tiraquellus *in loco sup. citato.* Sed & illud queritur, an in ceteris, Nouitius, id est, ingressus monasterium ante professionem, inter Ecclesiasticos † connumerandus sit? & placet Ancharano *consil. 69. num. 9. & seqq.* pro persona Ecclesiastica intra annum probationis eum habendum esse. Imol. *in l. si seruus. de stipula.* sera. Federic. de Senis *consil. 32.* Tiraq. fusè de retr. *consil.* *§. 1. gloss. 8. numer. 19. 20. & seqq. usque ad numer. 41.* qui contrariam opinionem sequi videtur.

Sed & illud queritur, an pro † ingresso in monasterium habeatur, qui moriens voluit in familiam D: Francisci, vel D. Dominici, vel alterius adoptari, & eius habitus

habitu post mortem sepeliri.  
Ioānes Faber in *Auth. ingressi.*  
*C. de sacros.* bona illius non ac-  
quiri monasterio. quod ante  
illum scripserat Speculator in  
*tit. de statu Monachorum.* §. pen.  
quod verum & certissimum  
est.

## I A C. FERRERIVS.

**Q** uod ab authore no-  
stro scriptū est de Mo-  
nachis non succedentibus in  
Gallia, verum est, si expressam  
professionem fecerint, ita ut  
tacita professio non sufficiat,  
nisi tanto tempore in mona-  
sterio vixerint, ut ex longo il-  
lo tempore professionem ex-  
pressam factam esse colligere  
liceat. Vide Papon. *in suo No-  
tar. tomo 3. fol. 215.* & Charond.  
*in consuet. Parif.* artic. 337. Be-  
necictum & alios hīc citatos.  
*Menochium de presump. lib.*  
*4. prasumpt. 83.*

## Q V A E S T I O VI.

*De Authentica ingressi. C.*  
*de sacrosanctis Eccle-  
siis, que non obseruatur  
in Regno Franciae, in quo  
Religiosi, Monachi profes-  
si non succedunt ab inte-*

*stato parentibus suis, &  
quod successiones ab inte-  
stato petere non possint,  
nec legitimam in bonis pa-  
rentum. Possunt tamen  
testamento heredes insti-  
tui; & utrum quod de  
Monachis & Religioso in  
Regno Franciae obseruatur,  
habeat locum in militibus  
*S. Ioannis Hierosolymita-  
ni*, quos Rhodios vulgus  
appellat: ita ut, nec in  
proprietate, nec in usu  
fructu succedere possint pa-  
rentibus, vel legitimam  
petere.*

## S V M M A R E R V M.

1. *Per professionem bona tacite  
adquiri monasterio.*
2. *Auth. ingressi. C. de sacros.*  
*Ecclef. an locum habeat  
in Mendicantibus.*
3. *Mendicantes qui.*
4. *An bona profidentium in or-  
dinibus Mendicantium  
adquirantur monaste-  
rio, ut in aliis Religiosis  
obseruatur.*
5. *An bona relinquiri possint  
Mendicantibus.*
6. *Omnes Mendicantes capaces,*

D effe

*esse bonorum sibi relictorum, exceptis minoribus de Observantia, & Capucinis.*

7. *Procuratorem Regium in regno Galliae pro Mendicantibus agere.*
8. *Auth. ingressi, non obseruari in Francia.*
9. *Monachos non succedere parentibus ab intestato in hoc Regno.*
10. *Leg. Deo nobis. C. de Episcopis & Cler. non obseruari in Gallia.*
11. *Monachos ex testamento capere.*
12. *Equites Rhodij & Melitenses an succedant parentibus ab intestato.*

**D**I X I M V S in superiori quæstione, per ingressum in Religionem bona non acquiri monasterio, si is qui ingressus est moriatur ab intestato ante factam professionem: sed ad proximiores ab intestato pertinere. Post tamen professionem verò bona eius qui religionem professus est, acquiruntur monasterio, si de his aliter non disposuerit is, qui proficitur per Auth. ingressi. C. de sacrofancis Eccles.

Ergo ex Constitutione Justiniani in Nguella 5. cap. 5. ex

qua desumpta est *Auth. ingressi*, per professionem intelligitur quis non solum personam, sed etiam bona monasterio consecrare. Sed quæritur an illud habeat locum in Monachis + Mendicantibus, ita ut qui Religionem Mendicantium profitentur, censemantur se & bona sua dedicare monasterio, ut cæteri Monachi.

Mendicantes + dicuntur qui nec communiter nec priuatim quidquam habent. gl. in cap. 1. §. 1. de religiosis dominibus, apud Bonifacium. Baldus in dicta Authent. ingressi. gloss. in cap. quorundam. de electione. & in Clement. vs professores. de Regular. Iudicantur verò Mendicantes, nedum qui ex Regula, sed etiam qui ex constitutionibus bona immobilia communiter non possident. Calderinus consil. 17. sub tit. de Regular. Decius in cap. ad nostram. de appellatio. Quamobrem inter Mendicantes numerantur, non solum Franciscani & Dominicanii, sed & Carmelitæ. Fulgosius consil. 104. Lopus allegat. 15. alias est 46. cap. 1. §. ceterum. de religio. dom. apud Bonifacium. Similiter & Eremitæ S. Augustini inter Mendicantes numerantur. dicto cap. 1. in §. ceterum.

ceterum Ludouicus Romanus consil. 235. Iason in d. Auth. ingressi. Iulius Clarus §. Testam. quæst. 29. Rebuff. in tit. de Regia ad prelaturam. in §. mendicantibus, in Concordato.

4. Sed † ut ad propositam quæstionem reuertamur, sunt plutes qui existimant, Auth. ingressi, non habere locum in Mendicantibus, & per professionem ab illis factam, propria bona non esse monasterio dedicata, vel quæsita, immo eorum bona qui profitentur Mendicantium ordinem, haberet pro derelicto. Imola in cap. in presentia. de probatio. vel venientibus ab intestato deferri. argum. textus in l. in metallum. de iure fisci. & in l. si in metallum. de his que pro non scriptis. Alij existimant bona eiusmodi profitentium in ordinibus Mendicantium ad Episcopum ciuitatis pertinere. argum. can. de viduis. 27. quæst. 1. Alij verò quia Mendicantes priuilegiis Apostolicis eximuntur à iurisdictione Episcoporum, existimant bona acquiri Ecclesiæ Romanæ, quæ omnia latius persequitur ad dictam. Auth. ingressi, Albericus, & Aegidius de Bellamera in dict. c. in presentia. Petrus de Anchiarano & Cardinalis in Clem. Exiui de Paradi-

so. de verb. signific. Boërius quæst. 354. Bartolus in suo tractatu Minoric. At verius est bona profitentium in ordinibus Mendicantium acquireti monasterio ut aliorum monachorum, & in eis ut in aliis monachis profitentibus Auth. ingressi, locum habere: quia eti Mendicantes bona immobilia, & quæ immobilia loco sunt, possidere non possint; tamen † bona relinqui possunt & Franciscanis & Dominicanis, & cæteris Mendicantibus. Ita tamen ut ea vendere teneantur, & pretium conuertere in eorum alimenta. Speculator in tit. de statu monachorum. §. 1. versic. Tertiò queritur, & versic. Quartò queritur. Archidiaconus & de Turre-Cremata ad can. quia ingredientibus 19. quæst. 3. glossa in cap. 1. de religios. dom. apud Bonifacium. Baldus ad l. cum quæstio. C. de legatis. Alexander in l. apud Julianum. §. constat. de legatis 1. Corsetus in singularibus, in verbo, Mendicantes. Roman singul. 294. Antonius Florentinus in summa, inertia parte, tit. 16. cap. 1. §. 12. Et generaliter receptum est, bona legari, & titulo institutionis relinquere posse Mendicantibus, ita tamen ut cogi possint bona vendere, & pretium

- tium ad necessarios vſus mo-  
naſterij conuertere. Bartolus  
*in l. ciuitatibus. delegatis 1.* ar-  
gumento textus *in l. si quis ad*  
*declinandam. C. de Episcop. &*  
*clericis. vbi captiui, qui & fer-  
ui ſunt, haeredes iuſtitui poſ-  
ſunt. l. fideicommissa. §. si feru.  
delegatis 3.* Guido Pap. *quæſt.*  
*327.* Stephanus Bertrandi  
*consil. 174 volum. 1. & consil.*  
*151 volum 2.* Decius *in cap. in*  
*præſentia. de probatio. & consil.*  
*559.* Corneus *consil. 116. vol.*  
*2.* Benedict *ad cap. Raynūtius.*  
*de testamento, in verbo, & uxo-*  
*rem, in 2. decif. in fine, numer.*  
*228.* Quod hodie minus in  
dubio eſt, quia per Constitu-  
tionem Concilij Tridentini  
*ſeff. 25. cap. 3. de Regularibus,*  
6. omnibus † monachis Men-  
dicantibus, & aliis permis-  
ſum eſt, bona immobilia poſ-  
ſidere, exceptis domibus S.  
Francisci Capucinorum, &  
eorum qui Minores de Ob-  
7. feruant vocantur. Ea † au-  
tem bona Mendicantibus re-  
liſta persequuntur Mendic-  
antes in Regno Franciæ, no-  
mine Procuratoris generalis,  
vt, fusè Benedictus in loco  
ſuprà citato. Vide Paponem  
*in collectione Arrestorum lib. 1.*  
*tit. 8. des Religieux Mandians.*  
*Maynardum lib. 1. cap. 29. in*  
*collect. sua Arresto.* Nec obſtar,

## D V R A N T I

ſi quis dicat, quòd preſtum  
ſuccedit loco rei. *l. quia qui*  
*preſtio. de vſufructu.* Quia, vt  
obſeruauit Baldus ad *cap. lex*  
*cum cauſam, de re iudicata,* pe-  
cuniæ vſus ſtabilis non eſt,  
nec perpetuus, & dominium  
eius momentaneum eſt, ita  
vt etiamſi Mendicantes pre-  
ſtum habeant, tem ipsam im-  
mobilem poſſidere non cen-  
ſeantur.

Ergo ſi ius Ciuiile, & ius  
Pontificium ſpectemus, per  
professionem factam à Mo-  
nachis etiam mendicantibus,  
bona cenſentur tacitè confe-  
crata & dedicata monaſterio:  
ita vt ad monaſterium perti-  
neant. quod tamen non ob-  
ſeruatur in Francia, quia per  
ingreſſum in Religionem non  
fit tacita dedicatio bonorum  
eorum qui profitentur reli-  
gionem: imò bona profiten-  
tium remanent penes proxi-  
miores ab in teſtato, ita † vt  
Authentica *ingreſſi*, non ob-  
ſeruetur in toto Regno Fran-  
ciæ. Benedict. *ad cap. Raynū-*  
*tius. in verbo, & uxorem nomine*  
*Adelaſiam, in 7. decif. num. 1. 2.*  
*& 3.* Maſuerius *in practica, tit.*  
*de ſucessionib.* Boërius *quæſt.*  
*354. num. 8.* Similiter † Mona-  
chi profeti in Regno Franciæ  
non ſuccedunt parentibus ab  
in teſtato, nam pro mortuis  
habentur,

- habentur, ita ut pater eis nihil relinquere teneatur pro legitima, & tanquam præteriti legitimam in bonis patris  
 10. petere non possint: nec tamen enim in Francia obseruatur dispositio leg. *Deo nobis. C. de Episcopis & Clericis.* per quam Monachi succedunt ab intestato parentibus, & parentes eis legitimam relinquere tenentur. Benedict. *ad cap. Raynulius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam, in 4. preludio, num. 220.* Boërius *in dict. quest. 354.* Rebuffus *in proœmio ad constitut. Regias. gloss. 5. numer. 23. & numer. 24.* Dixi ex generali consuetudine Regni Franciæ Monachos, professos non posse succedere ab intestato parentibus, nec legitimam in bonis patris vel matris, vel ascendentium petere posse. Cæterum ex testamento tamen succedere potest Monachus si pater vel alius ex parentibus & consanguineis testamento Monachum instituat. Nam valet institutio, vel legatum, aut fideicommissum in fauorem Monachi, non ut ipse capiat, sed monasterium. Quod admodum institutio facta in fauorem serui, valet ut domino acquiratur. Benedictus *in verbo, & uxorem nomine Adelasiam, in 4. preludio,*

*numer. 220. usque ad numer.*  
 263.

Sed quæritur tamen illud 12. quod de Monachis dixi habent locum in militibus S. Ioannis Hierosolymitani, quos vulgus Rhodios appellat, ita ut ex generali Regni consuetudine ut cæteri Monachi, & Religiosi, post emissam professionem excludantur à successione parentum. Sunt qui putant eos non esse Religiosos, quia arma gerunt, & inter laicos versantur, quod ab instituto Monachorum alienum est. Et ideo Panormitanus *in cap. dadum, de decimis, cœuersis Monachorum comparat;* Innocentius vero *in cap. in nostra. de sepulturis,* putat eos non omnino esse Monachos: verius tamen est si dicamus eos Religiosos & Monachos esse, & generali consuetudine Regni contineri, ut & cæteros Religiosos, quia ut alij Monachi votum emittunt obediētia, paupertatis, & castitatis, ut constat ex statutis illorum: amò testari prohibentur. Volaterianus *lib. 2. Anthropologie,* ait, milites Rhodios Religiosos esse ordinis D. Augustini, & orationem Dominicam certo numero repetitam præ horis Canonicis singulis diebus.

pronunciare. Hieronymus Paulus in Prouinciali Ecclesiastum, scribit, eos esse ordinis D. Augustini, ideo in iure Pontificio fratres appellantur. cap. dudum. de decimis. & cap. in nostra. de sepultur. & decimas percipiunt, & sepulturas, quod facere non possent, si non essent Religiosi: præterea suos habent iudices, nec sunt sub iurisdictione laicorum: vt docet fusè Chopin. de sacra polit. lib. 2. tit. 8. num. 23. Quòd autem sint Religiosi, constat etiam ex cap. cum seculum. de irrepatronatus. in quo capite, vt constat ex antiqua decretali in prima collectione c. 16. scriptum est, eiusmodi fratres seculum reliquisse, vt Deo placere possint in arte contemplationis. Ideo Equites huius ordinis non possunt ab intestato succedere parentibus, nec in proprietate, nec in usufructu, nec petere legitimam in bonis patris, vt docet Ferronus in consuetudin. Burdegalen. sit. de feudis. §. 10. Eis tamen alimentorum nomine aliquid dandum est, vt & ceteris Religiosis, si monasterium tanta laboret paupertate, vt Religiosos alere non possit: quod docet Benedictus in verb. & uxorem, in 4. preludio, num. 262. Papon. in collectione

*Arresto. lib. 1. sit. 10. des Cheneliers Saint Jean*, scribit eos posse succedere ab intestato parentibus, in usufructu tantum; ita vt bona retinere possint usufructus nomine, proprietate proximioribus relata, quod hodie sublatum est in hoc Regno: nam per posteriora & nouissima Arresta Parliamentorum, constitutum est, vt eiusmodi Equites nec in usufructu, nec in proprietate succedere possint, vel legitimam petere in bonis parentum, vt docet Chopin. de sacra polit. lib. 3. tit. 1. num. 20. vi. de Chaffanxum in Catalogo gloriae mudi, parte 9. considera. 4. Alimentorum tamen nomine eis aliquid dandum est quādiu vixerint, vt post mortem illorum finiantur eiusmodi alimenta. Porro quòd eiusmodi Equites sint Religiosi, satis constat ex his quā diximus, & maximè, quia certum est, quòd nihil privatim possidere possint, & si moriantur, Religio bona eorum capit iure peculij, & plerique ex illis vocātur Preceptores seu Commendatarij, quos Innocentius & Hostiensis comparat inslititoribus, qui præponuntur negotiis dominicis; necnon visitatoribus seu vicariis, qui tantum curare debent & visitare.

tare loca sibi cōmissa & commendata pér maiorem magistrum , vnde præceptoris , vel commendatarij morte non vacant præceptorix , nec dicitur pastore viduata . Ioannes Monachus *in cap. cupientes. de electione, apud Bonifacium.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**I**N hoc Regno Franciæ , Monachi professi , qui scilicet nihil priuatim possidere possunt , &c , vt Doctores loquuntur , in particulari nihil habent , non possunt succedere ab intestato parentibus suis , vt hîc fuse docuit Author noster , nec etiam monasterium in quod ingressi sunt . Pithou *in consuetud. Trecarum in Capania art . 105.* Charund . *in consuet. Paris. art. 337.* Imbertus *in Enchiridio in verb. monasterium.* vbi scribit , quod fratres & sorores , Religiosi scilicet , & Religiose , qui ingressi & ingressæ sunt Religionem , quam tertium D. Francisci ordinem vocamus ; non contineri generali hac Regni Franciæ consuetudine , quia non excluduntur à successione parentum , nec à coniugio & matrimonio . glossa *in Clementina, cum ex eo. de sentent. excom. & in Clem. 1. de religio-*

*sis domibus.* Bart. *in l. commodissimè. de liberis & posth.* Bald. *ad Auth. nisi rogati.* C. *ad Trebellia.* Federicus de Senis *conf.* 145. Ludouicus Rom. *confil.* 368. Chopinus *de privilegiis rustico. lib. 3. part. 2. cap. 8. fol.* 203. & 204. Eiusmodi Religiosi bona possident , emunt , vendunt , & de his disponunt , & succedunt parentibus suis , & iste ordo dicitur potius viuendi modus , quam regula monachalis , vt ait glossa *in d. Clementina, cum ex eo.* Sunt qui putant hunc ordinem antiquatum fuisse Concilio Lateranensi , quo nouæ Religiones vetantur . *cap. fin. de religiosis domibus.* vide *Extravagantem Ioannis XXII. de religiosis domibus,* quæ incipit , *Sancta Romana;* ita vt ex sententia illorum vera non sit glossa *in dicta Clem. cum ex eo,* quæ existimauit hunc ordinem approbatum fuisse à Nicolao III. Similiter conuersi non continentur nec comprehenduntur sub consuetudine hac Regni Fraciæ , quia bona priuatim possident , & de his disponere possunt . De his conuersis fusesse *in cap. per exemptionem. de privilegiis, apud Bonifacium.* *in cap. non dubium. de sententiis excommunicis glossa in can. quisquis. 17. quest. 4. & in can. ut lex*

*lex 27. quest. 1. & in can. duo sunt genera. 12. quest. 1. & in Clem. 1. de sentent. excom. Baldus ad l. placet. C. de sacro sanct. Quomodo autem fiat conuersio , docet Speculator in tit. de regularibus , vbi docet conuersum non esse Monachum : in quibus verò distet & differat conuersus ab oblatu , vide Cardinalem ad Clem. dudum. §. verū. de sepultur. & in Clem. 1. §. 1. de excessibus Prelato. Et quot sint oblaturum genera, Ancharanus fusè docet in Clem. 1. de decimis. & in cap. 2: de institut. & in cap. vidua. de regular. Boér. quest. 20. Capella Tholos. quest. 333. Pasquier des recherches de France lib. 3. cap. 30: Quod pertinet ad conuersos & oblatos, si vestem monachalem non assumpserint, in modo vestem laicalem retinuerint, pro Monachis non habentur. Quod si monachalem habitum assumpserint , & inter Monachos venerint, suaque dedicauerint, pro Monachis habentur. Capella Tholos. quest. 8. & quest. 333. Chop. de sacra polit. lib. 3. cap. 5. num. 14. & 15. vbi docet conuersos seu oblatos, qui sumpta regularitoga monasticum amplectuntur institutum, per omnia exequari cœnobitis , ita ut*

nec legitimos relinquant heredes , nec ab intestato succedere possint , & ita iudicatum refert Arresto Parlam. Parisiensis Boërius quest. 20. Porrò quod de Monachis professis diximus , ut ab intestato succedere non possint consuetudine Regni Franciæ, conforme est iuri antiquo Romanorum , quo Vestales Virgines nulli succedebant ab intestato , nec eis intestatis succedebat quisquam , quia earum bona in publicum rediebantur, teste Gellio lib. 1. c. 12. Porrò de militibus Rhodiis vide D. Bernardum in sermo. exhortat. ad milites templi. Vincentium in speculo lib. 27. cap. 27. Polido. Virgil. lib. 7. Oldradum consil. 138. Antonin. 2. parte histor. tit. 15. cap. 20. Et quod eiusmodi Equites Rhodij , nunc vocati Melitenses Equites, nullo modo succedant , nec in usufructu, nec in proprietate , vide Charund. in collect. Arrest. lib. 7. cap. 225. & D. Maynardum lib. 1. cap. 17. vide Pithæum in loco suprà citato. Charund. in consuet. Paris. art. 337. Chopinus in consuetudines Parisienses lib. 1. tit. 5. scribit Equites Melitensis militiae , nullo modo succedere nec in proprietate nec in usufructu parentibus,

rentibus, & ita iudicatum refert Arresto Parisiensi 22. Decembris 1573. ita quoque iudicatum fuit in Subalp. Taurini. Senatu, vt refert Octauianus Cacheranus *decisio. Pedemont. 27.* Quia isti Equites religiosi sunt, & monastico voto adstricti. Viennensis Synod. c. quia contingit. *S. pen. de religiosis domib. cap. canonica. de sententia excommunicationis.* Imò eiusmodi Religiosi, vt nec alij in Francia, non fiunt habiles ad succedendum, per Bullam Summi Pontificis, & eo iure utimur. Porrò Sabaudiae quoque constitutionibus omnes Monachi incapaces sunt successionum ab interstatu, & pro mortuis habentur, ita vt in computanda legitima liborum pro mortuis habeantur, nec partem faciant, nec admittantur ad partem. C. Sebastian. tit. 2. defin. 44. & tit. 3. defin. 2. & 27.

## Q V A E S T I O VII.

Quòd Monachi transeant in potestatem Abbatis, & utrūm capite minuantur, & exeant è patris potestate, (iunge que dixi sup. quest. 4.) & de tribus votis,

Obedientia, Castitate, & Paupertate.

## S U M M A E R E R V M.

1. *In quo religionis perfectio consistat.*
2. *Votorum omnium perfectius quod.*
3. *Monachos seruos dici.*
4. *Filius an liberetur à patria potestate per ingressum monasterij.*
5. *Iura suitatis retinet.*
6. *Idem esse de Monachis quod de Episcopis, & iis qui ob dignitatem eximuntur à potestate patria.*
7. *Monachismus utrum sit capitatis diminutio.*
8. *Accursius refellitur.*
9. *Votum continentiae annexum esse ordinis monastico, & utrum super illo voto dispensari possit à Pontifice.*
10. *Monachos in utraque Ecclesia tam Orientali, quam Occidentali, arceri à conubio.*
11. *An dispensare possit Pontifex in voto continentie.*
12. *Mendicitatis professio, & paupertatis, an iusta sit & pia inter Christianos.*

- V**i vitam monasticiam profitentur, se omnino Deo dicant, & deuouent, atque ideo obedientia, castitatis, & pauperitatis votum emittunt: in tribus enim his votis, religionis † perfectio consistit. D. Thomas *in 2. 2. quest. 18*. Sanè omnium votorum illud præstantissimum est, quod nos Deo dedicamus. Hinc Origenes de Nazarais loquens *homilia 2. 4.* ita scribit: *Alij vitulos, aut arietes, aut alia huiusmodi rationis expertia, vota offerunt Deo; ille vero qui appellatur Nazareus scipsum deuouet*
2. Deo, hoc † est etiam votum Nazarai quod est supra omne votum: nam filium offerre, aut filiam, aut pecus, aut predium, hoc totum extra nos est: at semetipsum Deo offerre, hoc est perfectius omnibus votis. Et paulo post, *Qui in castitate vivit, corpus suum votet Deo: obedientia vero Monachis se Deo deuouet, dum omnem voluntatem abiicit, & in manibus Abbatis & superioris eam deponit.* inde Monachi dicuntur trāsire in alterius potestatem, scilicet Abbatis. *c. lumingo, c. Abbes, 18. quest. 2.* Et ideo
3. Monachi † serui dicuntur, non quidem poenæ, vel hominis, sed Dei. Inde B. Hilarion

moritores apud D. Hieron. *in vita Hilarionis, Egredere, ait, anima mea, quid dubitas? septuaginta prope annis seruui Christo, & mortem times?* Hinc queritur an filius † à patris sui potestate liberetur per ingressum in monasterium. Sanè si consensu patris monasterium ingrediatur, proculdubio è patris potestate eximitur: quod si inscio patre ingrediatur, distinguendum est ex sententia Interpretum. Nam si impubes sit, pater cum reuocare potest è monasterio, patriam enim potestatem retinet. *c. puella. 20. quest. 2. c. illud autem statuendum. 20. quest. 1. c. praesens. 20. quest. 3. c. 2: de Regularib. lib. 6.* Si verò pubes sit, pater eum reuocare non potest, liberatur enim patria potestate. § *sancimus de Monachis. c. fin. 19. quest. 3. gloss. in can. 1. 20. quest. 2. Innocentius in cap. scripture de voto. & in cap. indecorum. de etate & qualitate. gloss. in l. si ex causa. in §. Pomponius. de minoribus.* Ideo non possunt parentes liberos exhæredare, quod in monasterium ingressi sunt, imò per ingressum in monasterium præcedens ingratitudo tollitur. *dict. cap. fin. 19. quest. 3. Benedict. in verbo, in eodem testa*

- testamento , in 2. num. 37. Di-  
dacus ad cap. Raynulfi, in prin-  
cip. numer. 20. de testamentis. l.  
Deo nobis. C. de Episcop. & cle-  
ricis. Quod ex variis sancto-  
rum Patrum locis confirmari  
potest. D. Basilius epistola ad  
Chilonem. Idem D. Basilius in  
lib. Regularum fusiū disputata-  
rum , responsione 32. & in tract.  
de Constitutio. Monachorum, cap.  
21. D. Hieronym. ad Fabio-  
lam , & in vita sancti Malchi.  
Porro quamvis filius per in-  
gressum in Religionem exeat  
5. è potestate patris, tamen & iu-  
ra sui hæredis retinet, &c, ut lo-  
quuntur Interpretes nostri ,  
iura suitatis ; ita , ut tanquam  
sui succedant suis parentibus,  
vt dixi sup. in quæstio 4. ad fi-  
nem , per textum in l. Deo no-  
bis. §. hoc autem. C. de Episcopis  
& Clericis. Tiraquellus de re-  
tract. consang. §. 1. gloss. 8. num.  
6. 19. Et idem & de Monachis  
dicere possumus , quod de  
Episcopis & aliis , quos digni-  
tas à patria potestate liberat,  
de quibus in Nouella Iusti-  
niani 8 1. Nam licet patria po-  
testate liberentur, tamen id fit  
sine capitulis diminutione, quia  
non desinunt esse in familia ,  
sicut illi qui morte patris, sui  
iuris fiunt. l. 3. § vlt. ff. ad Ma-  
cedonianum.

Aliud erat in eis qui eman-

cipatione sui iuris siebant : illi  
enim capite minuebantur ,  
qui in imaginariam seruitutis  
formam redigebantur. l. libe-  
ros. de capite minutis. Et ideo  
emancipati agnati esse desi-  
nunt. Errant itaque illi , qui  
existimant & Monachismum 7.  
esse capitis diminutionem, se-  
quuti opinionem Accursij ;  
quam opinionem & refellit 8.  
Cuiacius ad Nouellam 5. de  
Monachis , his verbis : Evidem  
puto Monachismum non esse ca-  
pitis diminutionem , quia nec ci-  
uitatem, nec libertatem, nec fami-  
liam amittit. Non enim (inquit )  
omnis status mutatio capitis mi-  
nutio est. Itaque manumissio nō  
est capitis minutio , Senatus  
motio nō est capitis minutio ,  
Monachismus item non est  
capitis minutio. Nam & ius  
legitimarum hæreditatū Mo-  
nachi habent dicta l. Deo no-  
bis , & ante Nouellam Iusti-  
niani 5 habuerunt bona pro-  
pria , & testamenti factionem,  
l. generali. C. de sacrosanct. qua-  
si ciues ; & irritum testamen-  
tum non sit Monachismo , ex  
dicta Nouella 5. quod tamen  
constat irritum fieri capi-  
tis diminutione etiam mini-  
ma.

Haec tenus de obedientiæ  
voto. Nunc agamus breuiter  
de voto castitatis & continen-

9. tiae. Continentia † adeò annexa est ordini monastico, ut non liceat illis qui solenne castitatis votum emiserunt numero. can. 1. cum seq. 27. quest. 1. cap. puellaz. 20. quest. 2. D. Basilius ad *Amphilochem*. Eusebius Cæsariensis lib. 1. demonstr. *Euangel.* Leo I. epistola 92. ad *Ruficum Narbonens.* Episcop. D. Gregorius lib. 8. Registr. epist. 21. & 22. ad Leonem *Catinensem Episcopum*, irascitur grauiter, quod in Aetna monte Monachi mulieres sibi sociare eisque iungi nefariè auderent. Extant in eam sententiam varia Concilia, Synod. Carched. cap. 16. Synod. VI I. in Trullo cap. 44. Vide epistolam B. Ephraem, cuius scripta post lectionem sacrarum Scripturarum in Ecclesia olim recitabantur, ad quendam Monachum. Adeò autem Monachismo annexa est castitas, ut quamvis in Ecclesia Orientali mulierum mariti à sacerdotio non rei-  
cerentur: † Monachos ta-  
men in vtraque Ecclesia Ori-  
entali & Occidentali nunquam nisi cœlibes legimus. Quare eripiendus est error illorum, qui ex Athanasio in epistola ad *Draconium*, & ex D. Augustino de *heresisibus* cap. 40. existimant Monachis licuisse vxo-

res habere. Hæc sunt verba Athanasij: *Multi quoque ex Episcopis matrimonia non inie- runt, Monachi contrà parentes liberorum facti sunt, & quæ se- quuntur.* Hæc verò sunt verba D. Augustini Apostolici: *Qui se isto nomine arrogantis- mè vocauerant, eo quod in suam communionem non reciperen- vtentes coniugibus, & res pro- prias possidentes, quales habet Catholica Ecclesia, & Monachos & Clericos plurimos.* Sed sanè Athanasius & D. Augustinus variis in locis scripsérūt, Mo- nachis & sacerdis Virginibus connubia verita fuisse; locus verò ille Athanasij, quem su- prà citauimus, intelligi debet de facto, quasi velit Athana- sius dicere, Monachos contra- ius & constitutiones Canonicas, liberorum parentes factos fuisse: non enim probat Atha- nasius Monachos liberorum parentes. Præterea obseruan- dum est, Athanasium non di- cere Monachos matrimonii contraxisse sed parentes libe- rorum extitisse, quod etiam fit sine matrimonio, & ex ille- gitima coniunctione. D. verò Augustinus in dicto loco, in illa clausula, *Quales habet Ca- tholica Ecclesia & Monachos & Clericos plurimos*, referri debet ad verba præcedentia, scil. res proprias

*proprias possidentes.* Tūc enim Monachi res proprias possidebant, ac de his testabantur. *I. generali C. de sacro sancti* Item respondere possumus D. Augustinum in loco suprà à me adducto, loqui de Clericis qui in minoribus ordinibus constituti erant, & de Monachis quibusdam solitatus non ordinatis, nec profisis.

11. Sed queritur, † an Summus Pontifex, in voto continentiae veniam facere seu dispensare possit? Plerique existimant non posse Summum Pontificem dispensationem concedere super continentiae voto D. Thomas in 2.2 quest. 88. gloss in can. sunt quidam 2.5. quest. i. De Turre-Cremata in libello septuaginta trium quest. Sylvestris in summa, in verbo, votum, cap. cùm ad monasterium de statu monach. ibi, nec posse Rom. Pontifex contra eam licentiam indulgere. Contrarium tamen verius est, vt liceat Rom. Pontifici ob publicam utilitatem dispensare super voto castitatis à Monacho emissō, puta ob pacem conseruandam, vel ob religionem propagandam gloss & Panormit in dicto cap. cùm ad monasterium. Ioannes Andr. ad reg. semel, de reg. Quod variis exemplis illu-

strari potest, in primis de Raymundo Aragonum Regis filio Monacho S. Pontij Tomeriarum in Gallia Narbonensi, cuius mentionem facit Francisc. Tarapha in historia Hispanica Secundò mentionem facit Constantiæ Deo iam diu dicatae, & despontatae, Volaterianus. Platina in Celestino 3. Tertiò mentionem facit de Casimiro Poloniæ Rege, Musterus in Cosmographia Nec obstat dictum cap. cùm ad monasterium de statu monacho Quia verba illius capituli non potest, interpretanda sunt, non consuevit, argum cap litteris. de restitut spoliato Vel hæc verba non potest, interpretanda sunt, non facilè potest, sine magna causa.

Nunc de tertio paupertatis voto, de quo etiam dicam in questione sequenti, certum est, Monachos dum profitentur, vocie non solum castitatem, sed & paupertatem. solebant enim veteres Monachi, vt scribit Philo Iudeus, de quo Eusebius, hist. Eccles lib 2 cap. 15 & 16 facultates & bona relinquere liberis agnatis, & parentibus, vtrò cis possessione cedendo Nec cœfragatur, quod Deuteronomij cap 15 scriptum est, Egenus & mendicus non erit inter vos, quo

argumēto haeretici reprehē-  
dunt † piām Religiosorum  
mendicitatē, idque male:  
nam in primis ; vt Thomas  
VValdensis lib.4. de antiqua fi-  
dei doctrina, tomo 2. verba illa  
Deuter. non prohibitionem,  
sed promissionem notant ,  
quia his verbis Deus nō pro-  
hibet mendicitatē, sed pol-  
licetur Iudæis, si legem imple-  
uerint inter eos , nullum ege-  
num & mendicū futurū;  
quam interpretationem ver-  
ba sequentia illius cap. Deu-  
teron. confirmant. Deinde ex  
sententia D. Thomæ in 2. 2.  
quest. 187. artic. 5. illis verbis  
non vetatur pia & iusta men-  
dicatio, sed prohibentur di-  
uites , ne sint diuinitarum sua-  
rum tenaces , vt ob eam cau-  
sam egeni fiant inter eos , &  
mendicare cogantur. Piè er-  
go , qui Religionem profite-  
bantur, renuntiabant facultati-  
bus , ac bonis cedebant.  
Quòd si de bonis suis mini-  
mè disposuissent , profitendo  
illorum bona monasterio ac-  
quirebantur. c. quia ingredien-  
tibus. 19. quest. 3. Auth. ingres-  
si. C. de sacrosanctis. quod ta-  
men generali Galliæ consuetu-  
dine abrogatum esse, docui  
quest. 6.

## IAC. FERRERIVS.

**L**Icet per ingressum in Re-  
ligionē exeat à potesta-  
te patris , naturalia tamen iu-  
ra non dissolvuntur , & ideo  
si pater in tanta esset penuria  
& egestate & calamitate, vt si-  
ne filij industria & opera sibi  
consulere non posset , deci-  
sum est à Theologis , filium  
religiosum etiam professum ,  
ad tempus posse exire de mo-  
nasterio, ad subleuandam pa-  
tris necessitatem, vt voluit D.  
Thomas & Antoninus in sum-  
ma , tertia parte , tit. 16. cap. 2.  
Fusè Azorius in libro Institu-  
tionum moralium parte 2. cap. 3.  
versic. quartò queritur, & versic.  
quinto queritur, & sequentibus.  
Vide quæ scripta sunt ad que-  
stio. 4. suprà.

Certum est, quòd Summus  
Pontifex potest dispensare vt  
Monachus exeat è monaste-  
rio, & vxorem ducat, ob ma-  
gnam , & urgentem causam.  
D. Thomas in 4. sentent. dist.  
34. quest. 1. artic. 4. Angel. de  
Clauas. in summa , in verbo ,  
matrimonium , impedimento 18.  
Ancharan. consil. 339. Meno-  
chius de arb. Ind. casu 42 1. lib.  
2. Et iusta causa creditur cùm  
pro alicuius regni conserua-  
tione dispensatur cum Mo-  
nacho,

nacho, vt cuenit in Raymiro Rege Aragoniæ, de quo Ancharanus *in dicto consil.* 339. Volaterranus lib. 2. *Geographia*, cap. ultim. Scribit etiam Arnaldus Albertinus, *de agnoscendis assertionibus Catholicis quest.* 23. Alexandrum sextum Romanum Pontificem dispensasse cum Cæsare Diacono Cardinali, vt vxorem duceret filiam Ducis Valentini Galli. Chopin. *de sacra polit.* lib. 2. tit. 3. num. 22.

De explicatione capituli, *cum ad monasterium*, an possit Romanus Pontifex dispensare super voto continentiae & paupertatis, vide Didacum de sponsalib. parte 2. cap. 6. §. 9. & ad cap. quamvis, *de pactis*, in prima parte, §. 3. numer. 1. & 2. & 4. Anastasium ad tit. de voto.

## QVÆSTIO VIII.

*An qui ingreditur monasterium, possit bona aliqua retinere, & pacisci cum superiore suo, vt sibi bona quedam retinere liceat.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Posse Abbatem connuentibus oculis permettere Monachis bonorum retentionem, tanquam peculij administrationem, sed non posse pacisci cum Monacho profitente, vt sibi liceat bona, vel partem retinere.*
2. *An professio efficax sit, si conuenienter in ea, vt Monachus bona, vel partem retinere possit.*
3. *Professionem sine conditionalem, sine sub modo efficacem esse, licet qui profitetur referuerit sibi bona: ita tamen, vt referuatio nullius sit momenti.*
4. *Conditionem contra substantiam matrimonij reddere illud nullum; non conditionem turpem, vel impossibilem.*
5. *Cap. ult. de condit. appos. diluitur.*
6. *Abdicationem bonorum non esse de substantia monachatus.*
7. *Ab initio Monachos bona retinuisse, & proprium habuisse, licet ultro solcerent bona relinquere parentibus; vide suprà quest. 1.*
8. *Vitam monasticam ab initio sola*

*sola virginitate constitisse, D. Basilius bonorum abdicationem adiecisse.*

9. *Legi, cum precario. ff. de precario, respondetur.*

 **V**ÆRITVR an ille, qui monasterium ingreditur, possit aliqua bona retinere, & si retineat, ingressio nihilominus efficax sit. Certum est profitentem Religionem bona retinere non posse. *cap. 2. §. qui peculium. cap. cùm ad monasterium. de statu monachorum.* Boëtius *questio. 20. Ab-*

1. *bas + tamen sine pactione potest connuentibus oculis permettere Monacho bonorum quorundam retentio- nem quasi peculij administra- tionem, quam ei cùm volue- rit adimere potest, vt de pecu- lio seruorum, quod à dominis conceditur, scribūt Iuriscon- sulti nostri. At si per modum pactionis id fiat, cùm Monachus profitetur, eiusmodi pa- ctio non valet.*

2. *Sed queritur + an profes- sio ita facta vt Monachus bona retinere possit, vel partem, efficax sit? Certum est pro- fessionem nihilominus vale- re & ratam haberi. gloss. in can. solet 32. quest. 2. & ibi fusè Ar-*

chidaconus. glof. in §. illud de monachis, in Nou. glof. & Bald. in l. si pater. de adoptio. glof. in can. de viduis. 27. quest. 1. & in cap. insinuante. qui Clerici vel videntes. Innoc. in cap. l. de conditio. appos. Bald. in l. si quis ita haeres. de haered. inst. arg. illius legis. Vbi institutio haeredis ex- cepto fundo utilis est, quamvis exceptio nullius sit momenti: quia contra naturam iuris est, quod non patitur, vt quis pro parte testatus dece- dat. Verum glossa in l. per ser- um. §. primo. de usu & ha- bit. cap. 2. de statu monach. e- xistimauit professionem nul- lam esse, tum quod ea con- ditio sit contra substantiam profes- sionis, tum etiam, quod in matrimonio conditio con- tra substantiam matrimonij ipsum impediatur. cap. fin. de conditio. apposit. l. cùm pre- cario. ff. de precario. Idem er- go dicendum in matrimo- nio spirituali, cùm proprieta- tis retentio sit contra sub- stantiam professionis. dicto cap. cùm ad monasterium. Sunt qui in hac quæstione distinguen- dum esse existimant, si profes- sio concepta sit sub condi- tione, vt Monachus retinere possit bona vel partem, quod hoc casu nullius sit momenti: vel si sub modo concepta, vt modus

modus inutilis sit, professio  
verò efficax, puta si Mona-  
chus professionem emittat, vt  
ei liceat bona retinere. Simi-  
lem distinctionem sequitur  
gloss. *L. cùm donationis. C. de*  
*transactio.* huicque distinc-  
tioni conueniunt verba Summ.  
Pontif. *in d. cap. vlt. de cond. appo.* & *in cap. insinuante.* qui  
3. Clerici vel videntes. Ego † ve-  
rò indistinctè, sive sub condi-  
tione, sive sub modo, sive in  
ipso actu, sive ex intervallo  
quis bona referuet, existimo  
eiusmodi retentionem nul-  
lam esse, professionem tamen  
esse efficacem. *dicitur c. insinuan-*  
*te.* hanc opinionem tuctur *ca-*  
*nnon 6.* Constant. Syn. apud  
Balsam. fol. 288. & 289. apud  
Photium, cuius hæc sunt ver-  
ba: *sì quis deprehensus fuerit*  
*professionem aliquam, quæ mona-*  
*sterio non adscripta fuerit, sibi*  
*priuatim attribuere, & acqui-*  
*rendarum possessionum cupidita-*  
*ti seruire, ea quidem ab Episcopo*  
*seu prefecto recipiatur, & in*  
*multorum presentia vēdita pau-*  
*peribus & mendicis distribuatur:*  
*eum autem qui eam possesso-*  
*nem, vt olim Ananias, surri-*  
*pere meditatus est, conuenien-*  
*ti pœna castigandum esse san-*  
*ccta Synodus statuit.* Ex quibus  
verbis constat irritam non  
fieri professionem. Præter-

ea valet argumentum de ma-  
trimonio ad monachatum.  
argument. *cap. tue. de sponsal.*  
& *cap. 2. de translat. Episcop.*  
Atque † in matrimonio re-  
ceptum est, vt quamuis pactio  
contra substantiam matrimo-  
nij illud reddat nullum: ta-  
men pactio vel conditio tur-  
pis aut impossibilis nullo mo-  
do officit matrimonio. *d. cap.*  
*vlt. de cond. appo.* Ergo nec pro-  
fessioni in nostra quæstione  
bonorum retentio nocere de-  
bet, quamuis impossibilis sit.  
*cap. cùm ad monasterium. de sta-*  
*tu monacho.* Quia hæc reten-  
tio non est contra substan-  
tiā monachiatus. *Ioan. Andr.*  
*in † d. cap. vlt. de condit. appo.* 5.  
*Bald. in cap. Cumana de electio.*  
*Castrensis consil.* 305. Neque  
enim, vt ait *Ioan. Andr.* ab-  
dicatio † bonorum ab initio 6.  
erat de substantia profes-  
sionis, quamvis antiquiores Mo-  
nachi, vt scripsi *in quest.* 7. ex  
Philon. solerent bona paren-  
tibus & agnatis relinquere,  
vltrò eis possessione cedendo.  
Verùm postea ex constitutio-  
nibus & Politia Ecclesiae, bo-  
norum abdicatio necessaria  
fuit, vbi anteā erat spontanea  
& voluntaria, quod & *D. Hic-*  
*ronym.* indicat *in libro de viri-*  
*bis illustr.* in Philone, his ver-  
bis: *Ex quo appetet talem pri-*  
F mō

mò Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi esse nituntur & cupiunt, ut nihil cuiusque sit proprium. Votum vero abdicationis bonorum, nonnulli D. Basilio adscribunt, qui circa annum Dominicæ salutis floruit 383. alij Urbano, qui centum quadraginta annis Basilium antecepit, ut docet Polid. Virgil. lib. 7.

7. cap. 2. Itaque † Monachi ab initio proprium habebant, eratque solum de substantia monachatus obediētia & virginitas; ideoque D. Basilius in hæc verba scribit: *Dominus salutis nostra curam gerens, in duo vita genera diuīxit homines, virginitatis nempe, & coniugij.* Idem quoque D. Athanasius, his verbis, *Cum enim, ait, duo sint vita genera, mediocre unum, & humana vita accommodatum, quod est in matrimonio: alterum Angelicum & Apostolicum, atque incomparabile, quod est virginitatis & monastica vita.* ex
8. quibus locis constat † ab initio monasticam vitam sola virginitate constare: nec his obstat textus in d. l. per seruum. § vlt. cum l. sequenti. de usu & habit. quia visus est de substantia, & essentia ususfructus, quem si pactione tollis, corrumpis naturam, & ius ususfructus, ut ibi fusè docet Al-

## D V R A N T I

bericus. Eodem modo respondemus † legi cum precariō:nam, conuentio, ut ibi scribit Iurisconsultus, est contra natu-ram precarij. de hac quæstio-ne vide Didacum de testam. cap. 2. & de sponsalibus parte 2. cap. 3. §. 2. 8. Rebuff. de regia ad pralatur. nominatio. in §. ma-nasterii, in verbo, Religiosi.

## Q V Æ S T I O IX.

*Monachus qui professionem fecit in certo monasterio, & bona vel partem donavit in favorem illius monasterij, si ad aliud postea monasterium transfeat, an eius bona ei restituenda sint, ut secundo monasterio applicentur.*

## S V M M A E R E R V M.

1. *Distinguendum esse inter novitios & professos.*
2. *Recuperare omnia bona que monasterio donauit, si intra tempus professionis, vel ante professionem egrediatur e monasterio;* secus si post. num. 3.
4. *Quid si transferatur ad aliud monasterium cum auctori*

auctoritate superioris, vel  
Pontificis; & quid si ob  
culpam suam. numer. 5.

## 6. Auctoris nostri opinio.

1. **I**N hac quæstione differentia † est consti-  
tuenda inter noui-  
tios & professos Monachos.  
Nouitij propriè non sunt Mo-  
nachi, vt sup. docui *quest. 5.*  
& ideo si is, qui ingressus est
2. monasterium, intra tempus †  
professionis, vel ante profes-  
sionem, egrediatur è mona-  
sterio, recuperat omnia bona  
quæ monasterio donavit, quia  
resoluta Religione, quoad  
personam, censetur & resolu-  
ta quoad bona, vt scribunt  
*Interpretes in cap. quod à te. de Clericis coniugatis.* Dæcius *ad Auth. ingressi. num. 4. C. de sacrofanciis.* Calderinus *in consil. 27. tit. de Regular.* Anchara-  
nus *consil. 69. n. 8.* Imò sta-  
tuit sacrosanctum Concilium  
Tridentinum *sessio. 25. cap. 16.*  
quòd si quis ingrediendo Re-  
ligionem, donavit alteri bona  
suā, & deinde intra annum  
probationis reuertitur ad sœ-  
culum, illa donatio resolu-  
tur, & bona sint ipsi donanti  
restituenda; *glossa in cap. quod à te, per illum textum. de Cler. coniug.*
3. Sanè † si post emissam pro-

fessionem Monachus exerit  
è monasterio propria autho-  
ritate, vel vt ad facellum re-  
deat, vel vt ad aliud monaste-  
rium transeat, bona quæ pri-  
mo monasterio donavit, non  
repetit, quia donatio perfecta  
ex iusta & honesta causa non  
reuocatur. *Iustinianus in Nouella 5. de monachis, cap. 4. & cap. 6. l. qui sua monasteria 39.*  
quæ est Græca constitutio. *C. de Episcop. & Clericis, idem Iu-  
stinianus in Nouella 123. de san-  
ctissimis Episcopis. cap. 42.* Con-  
stantin. Harmenopol. *lib. 5.  
tit. 4. in fin.*

Quod † si ad aliud mona-  
sterium cum authoritate su-  
perioris, vel Summi Pontifi-  
cis, Monachus transferatur,  
ob iustum causam, & sine cul-  
pa Monachi, sunt qui putant  
bona primo monasterio ac-  
quisita transmitti ad secun-  
dum monasteriū. Archidiac.  
*in can. 117. quest. 4.* Hostiensis,  
Ioan. Andr. Abbas, &c alij *in di-  
cto cap. quod à te. can. si quis ra-  
puerit 27. quest. 1.* Calderinus  
*in consil. 27.*

Quod † si ob culpam Mo-  
nachi translatio fiat in aliud  
monasterium, hoc casu qui-  
dam existimant bona non  
transferri ad secundum mo-  
nasterium, in quod Mono-  
chus ob culpam suam trans-

- latus est, sed ex fructibus bonorum ipsius translati acquisitorum primo monasterio, concedendum secundo monasterio, quantum sufficere possit pro vietu ipsius Religiosi, ne illi monasterio onerosus sit. *can. de lapsis.* 16. *quest. 6. glossa in can. si quis rapuerit 27. quest. 1.* Hostiensis, Ioann. Andr. & alij in *d. cap. quod à te.*
6. Ego † verò existimo ex sententia Iustiniani & aliorum, sineulla distinctione bona acquisita primo monasterio à Monacho per eius professionem, ita primo monasterio acquireti, ut eorum proprietas ad aliud monasterium, in quod se Monachus transluit, non pertineat. Hostiens. *in sum. de Cleric. coning.* §. si. Imola *in dicto cap. quod à te.* Speculator tit. de statu monacho. §. 1. vers. sexto. Sanè si Monachus translatus esset ad aliud monasterium, cum autoritate superioris, vel ut ibi penitentiam agat, vel aliam ob causam, existimarem à monasterio primo ex fructibus bonorum aliquid alimētorum nomine dandum esse pro vietu Monachi, ne illi monasterio, in quod translatus est, onerosus sit. Vide Didacum *cap. 1. num. 19. de testamentis.* Doctor ad Nauart. *de Regularibus, com-*

*mentario 4. incip. circa verò tertium mirabile.* Sanè si Monachus restitueretur aduersus professionem, tanquam nullam & ante tempus factam, secundum constitutionē Concilij Tridentini, *in loco sup. citato,* & ordinationem Blesensem Regis Franciæ bona Monacho, qui è monasterio egreditur, restituenda essent, ipso hoc casu donatio facta in favorem monasterij à Monacho, qui ante decimum sextum annum professus est, nulla est, vt constat *articulo 28. ordinationis Regie Blesensis.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**V**IDE Cassianum *lib. 4. Instit. cap. 39 & 40.* Azorium moral. *Instit. lib. 12. cap. 14. & 15.* Cuiacium ad *l. sancimus.* *C. de donationibus, in posth.* Capellam Tholos. *quest. 39.*

## Q V Ä S T I O X.

*Vtrum Monachus factus Episcopus, sit immunis ab oneribus Religionis:* & *vtrum bona quaesita post obtentam dignitatem, acquirantur monasterio, an Ecclesiae suæ;*

*an verò propinquioribus,  
& utrum in fauorem il-  
lorum possit Episcopus dis-  
ponere.*

## S Y M M A E R E R V M.

1. *Monachum non eximi à votis substantialibus per dignitatem Episcopalem.*
2. *De bonis quæsitis post adeptam dignitatem an possit disponere, & cui in euentum illa adquirantur.*

**M**ONACHVS, qui  
creatus & electus est  
postea Episcopus, nō  
1. † liberatur à tribus votis sub-  
stantialibus, quæ solent Monachi emittere, de quibus su-  
præ dixi, nec à delatione habi-  
tus monachalis, vt quidam  
existimant. *cap. Clerici. de vita*  
*& honestate Cleric.* Vbi statui-  
tur Monachum Episcopum  
creatum, debere deferre ha-  
bitum monachalem. *glossa in*  
*can. nona. 16. quest. 7. & in can.*  
*de monachis, 16. questio. 1. Ia-*  
*son in Authent. ingressi. C de sa-*  
*crosanct. & existimant illi Epi-*  
*scopum excommunicatū es-*  
*se, qui habitum monachalem*  
*dimittit, & exteriorem tuni-  
cam Episcopalem assumit;*  
*quod tamen fallum esse mul-*  
*ti existimant: non est enim*

per aliquem canonē excom-  
municatio indicta Monacho,  
qui factus Episcopus, dimisso  
habitu monachali, assumit al-  
bam illam vestem, quæ ab  
Episcopis exteriùs defertur.  
Sand ab his quæ substantialia  
vota sunt, non est exemptus  
Monachus per dignitatem  
Episcopalem, licet à prohibi-  
tione carnium, à iurisdictione  
Abbatis, & ab aliis statutis  
ipsius Religionis liber sit, vt  
docet glossa *in dicto can. de mo-*  
*nachis, & in can. primo. 18. quest.*  
1. *Cardinalis in Clementina 2.*  
*de censibus. Didacus ad cap. 2.*  
*de testam. n. 18. In Capitulari-*bus Caroli Magni lib. 1. cap.*  
27. hæc lex scripta est: *Monac-*  
*hus si ad Clericatum proueha-*  
*tur, propositum monachica profes-*  
*sionis non amittat.* Sidonius  
Apollinaris *lib. 9. epist. 3.* Ni-  
bil, inquit, ab *Abbate matatus*  
*per Sacerdotem, quippe cum noue*  
*dignitatis obtenuit rigorem veteris*  
*discipline non relaxauerit.**

Sed † queritur, si post ade-  
ptam dignitatem, Monachus  
aliquid acquisierit, an de  
bonis quæsitis disponere pos-  
sit: & si non disposuerit, an  
pertineant ad monasterium,  
an verò ad Ecclesiam Cathe-  
dralem, vel ad proximiores  
cognatos, vel agnatos? Sunt  
qui putant Monachum testa-  
ti non posse, cum id repugnet

paupertatis voto , à quo illi existimant , Episcopum non esse liberum. Baldus,Castrensis,& alij in *Authent. licentiam. C. de Episcopis.* Iason ad dictam *Auth. ingressi.* Itaque in hac quæstione putant illi Monachum , qui à monasterio ad Episcopalem dignitatē transit , bona ante transitum acquisita ad monasterium pertinere : illa verò , quæ posteaquam factus est Episcopus habuit , vel etiam ex industria sua acquisiuit , ad Episcopalem Ecclesiam pertinere. *cap. statutum 18. quest. 1.* Interpretes ad *cap. 1. de testamentis, apud Gregorium* Imbertus in *Enchirid. in verbo , Sacerdotium,* existimat , quòd si Episcopi ante adeptam dignitatem erant Monachi,& professi, eorum mōbilia in ipsorum parentes , si pauperes sint,debere partim distribui , partim in Templorum , quibus præfuerunt, instaurationē impédi , vt iudicio Parlamenti Parisiensis constitutum fuit : iudicauit enim Parlamentum Parisiense bona defuncti Magistri Dorgis quondam Monachi ordinis B.Francisci , & postea Episcopi Ebronensis, diuidenda esse in eum quem dixi modum ; sed quod ad immobilia pertinet , existimat Imber-

tus ad monastetium pertinere debere. Vide quæ scripta sunt à Petro Rat ad *confuet. Pittan. tit. des successions, cap. 222.* Papo. in *collectio. Arrestorum lib. 21. tit. 8. Arresto 5.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parlamenti Tholosani in successione Dom.de Beras , qui in hoc Parlamento Tholosano quondam Senator fuit , & antea Monachus S. Antonini : nam Parlamentum Tholosanum adiudicauit partem successionis monasterio S. Antonini , partem pauperibus Hospitalis Tholosani, partem ad instaurandas Ecclesiās , in quibus beneficia obtinuerat.

## I A C. F E R R E R I V S.

**M**ONACHVS qui creatus est Episcopus , liberatur à iurisdictione Abbatis, vt filius familias liberatur à patris potestate per Episcopalem dignitatem. Quod D. Thom. in 2.2. quest. 185. art 8. ita explicat. *Non est*, inquit, *Monachus factus Episcopus omnino exemptus à voto obedientia Abbatis, quia illi adhuc subiectus est, sed quia Abbatem non habet cui obediatur, eam liberum esse dicimus à iurisdictione Abbatis.* Sed tamen D. Thomas existimat Monachum Episcopum subditum

subditum esse omnibus Religionis regulis , & statutis, quæ officium Episcopale non impediunt , à reliquis vero eximi.

Robertus rerum iudicatarum lib.4.cap.3. refert Arresto Parlementi Parisiensis , bona defuncti Episcopi quodam Monachi adiudicata fuisse propinquis & agnatis proximis ab intestato succendentibus. Vide Charund. ad consuet. Paris. art. 336. & 337.

## Q VÆ S T I O XI.

*An vſusfructus alicui relictus finiatur, si fructuarius ingrediatur monasterium: & quid de patre, qui iure patriæpotestatis habet vſumfructum in bonis filij , an illum amittat per ingressum in monasterium.*

## S Y M M A R E R V M.

1. *Non amitti vſumfructum per ingressum monasterii.*
2. *Bart ad Auth. Idem est. C. de bon. quæ lib. per ingressum patris in monasterium bonorum aduenti-*

*tiorum filij partem dimidiām ad monasterium, alteram dimidiām ad filium pertinere.*

3. *Quid huīusmodi seruetur in Gallia.*

**N** hac quæstione si ius ciuile & canonnicum speces , & sententiam interpretationum, certum † est per ingressum in monasterium vſumfructum non finiri , illumque ad monasterium pertinere. Guido Papæ quæst. 477. & quæstio. 595. Didacus fusè ad cap. 2. de testament. Arrius Pinellus ad l. 1. C. de bonis que liberis. in prima parte , num. 47. Glossa in Auth. Idem est. C. todem tit. Speculator de statu monachorum, vers. 47. Quamuis enim vſusfructus finiatur capitis diminutione , l. 1. quibus modis vſusfruct. amittatur; tamē is qui monasterium ingreditur , censetur capite diminutus, vt docui supra quæst 4. & quæst. 7. Azo in summa, quibus modis vſusfructus amittatur. Et hoc habet locum etiam in monasteriis , quibus nec priuatim , nec communiter aliquid possidere permisum est, vt sunt Mendicantes: nam quamvis illi nihil possidere possint; id tamen intellegendum

lendum est, ut tenere & possidere possint. Cæterum vendi possunt bona, & vsumfructus, ut pecunia ad cōstructionem, instaurationem, & reparationem, cæterosque v̄sus necessarios, vel in alimoniam Monachorum impendatur, ut suprà docui. Eadem ratione dicere possumus, patrem, qui vsumfructum habet in bonis filij aduentitiis, non amittere vsumfructum, si ingrediatur monasterium, sed ad monasterium pertinere, quamdiu pater vixerit. gloss. in Authent. idem est. C. de bonis, que. & ibidem Baldus, Castrensis & alij. Decius in c. in præsentia, num. 66. de probationib. Alij contrà existimant per ingressum in monasterium, patrem amittere vsumfructum, quem habet in bonis filij iure patriæ potestatis. Iason & alij in Auth. ingressi. C. de sacrosanct. Salicetus, Cynus & Alberic. ad dict. Auth. idem est. Hippolytus singulari 668. Rationem eius rei reddunt, quia per ingressum in Religionem pater amittit patriam potestatem, quam habet in liberis. glossa in l. si ex causa. §. Papinianus. de minoribus. gloss. in cap. 1. 20. quest. 2. Innocent. in cap. scripture. de voto. Archidiacon. in cap. non dicatis. 12.

quest. 2. Boërius quest. 121. num. 11. & 12. Quam t̄ ob causam Bartolus in dicta Authent. idem est, existimauit dimidiā vsumfructus partem ad monasterium pertinere, alteram verò dimidiā ad filiū. argumen-  
to l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de bonis que lib.

Sed t̄ hæc omnia apud Gallos non obseruantur, quia, ut suprà dixi, Auth. ingressi, non obseruantur. Nam si quis ingrediatur monasteriū, & professionem faciat, non censetur dedicasse bona vel vsumfructum, quem habet, monasterio, sed bona ad proximiores deferuntur. Et ideo vsumfructus non transit ad monasterium; sed tamen dicēdum non est vsumfructum finiri per ingressum in Religionem, & ad proprietarium recurrere statim: nam licet non transeat ad monasterium, tamen quandiu vivit Monachus, hæres illius vtitur & fruitur, per textum in l. vxori vsumfructum ville, 35. de usufructu legato. Itaque post mortem Monachi fructuarij consolidatur vsumfructus cum proprietate, non antea. l. cùm pater. §. hereditatem.. de legatis 2. l. Statius Flores. §. Cornelio Fe-  
lici. de iure fisci. l. sed si mors. de donat. inter virum. l. exec-  
parte:

*parte. §. insulam. de verb. obligation.*

## IAC. FERRERIVS.

**I**T & refert iudicatum fuisse Arresto Parlam. Parisien. Charundas lib.9. cap.29.

## Q V A E S T I O X I I.

*De Eremitis, & vtrum testari & disponere possint de bonis suis.*

## S V M M A E R E R V M S.

1. *Antiquos Eremitas veneratos fuisse.*
2. *Eremite, sive Anachoreta unde dicti.*
3. *Non sunt propriè Monachi, nec personæ Ecclesiastice, & num. §.*
4. *De suis possunt disponere.*
6. *Non cedunt suis facultatibus, sicut Monachi.*

**B**E Eremitis Boërius tractatum integrum fecit: ex quo desumpta sunt hæc quæ sequuntur axioma. In primis certum est antiquos veneratos fuisse Eremitas *laicæ*, qui in *donatioribz.* se recipiebant, & locis

desertis, quos ideo Eremitas & Anachoretas vocabant, quales definit Gregorius Nazianz. *in Monodia S. Basilij.* Hi & propriè Monachi non sunt, quia professi non sunt tria Monachorum vota, nec sunt sub aliqua constituti regula. Baldus *in Authentica si qua mulier C de sacrosanctis Ecclesiis.* Ioannes de Turre-Cremata *in can. qui verè. 16. quest. 1.* Et & ideo testari possunt de bonis suis. *glossa in c. ex parte. de conuersione coniugator.* Bald. *conf. 120. vol. 2.* Ideoque D. Paulus primus Eremita vestem suam Dalmaticam reliquit Anastasio Alexandri Episcopo, & tunicam D. Antonio. *can. perlatum. §. è contra Paulus. 19. quest. 3.* Ergo Eremitæ si nullam Religionem professi sunt, non sunt propriè Monachi, & disponere possunt de bonis suis. Imò & nec sunt personæ Ecclesiastice, nec gaudent aliquo prioriæ Clericali, nisi sint Clerici vel professi in aliqua Religione approbata. *can. si quis suadente. 17. quest. 4.* quia sicut laici nati sunt, ita laici perseverant sub iurisdictione Principis, ut docet Boërius *in d. tractatu de Eremitis.* Adde & quod Eremitæ suis bonis & facultatibus minime cedunt,

vt Monachi faciunt. *can. plaut. 16. quest. 1.* ita vt Monacho non liceat ad Eremiticam vitā transire sine superioris licentia & venia; & contrā liceat Eremitæ Monachi professionem facere, & monasterium ingredi. Ergo Eremita si Sacerdos non est, vel sacris initiatus, vel sub approbata Regula, inter personas Ecclesiasticas non habetur, & manet sub iurisdictione laicorum magistratum: ideoque damnatus fuit à Senatu Tholosano famosus latro, licet Eremita, ut refert ibidem Boëtius ex Aëfrerio *ad Clementinam primam, de officio ordinary.*

## IAC. FERRERIVS.

**V**ide Chopinum *de sacra politia lib. 3. tit. 5. num. 15.* & monasticon *lib. 2. tit. 2. num. 25. & num. 26.* Capellam Tholosan. *quest. 8.* Inter Eremitas possumus collocare Monachos Columnarios & Stylistas: fuit enim olim quoddam Monachorum genus contemplationi deditorum, qui Columnarij dicebantur, qui per continuos dies & annos in Columnis stabant. Magnus ille Simeon miraculis notus domicilium in colum-

na primus instituisse fertut, vnde & Stylites dictus est. Niccephorus *lib. 4. cap. 30. & lib. 15. cap. 19. & lib. 18. cap. 9. & 51.* Vide Cedrinum de eodem, vbi scribit Theodosium Imperatorem ei multum detulisse. Daniel eandem vitæ rationem postea sequutus est, nec minus authoritatis apud Imperatorem obtinuit. Et cùm incendiu magnum in vrbe Constantinopolitana exortum non posset extingui, ille de Columna in Vrbem venit, & vim ignis extinxit. Nicephorus *lib. 15. cap. 22. & lib. 16. cap. 6.* vide Cedrinum. Hi ita orationi & vitæ solitariae & contemplatiue erant dediti, vt per quinquaginta & sexaginta annos in Columnis manerent. Theodor. *lib. 4. cap. 28.* scribit Monachum quandam sexaginta annos neque loquutum cum ullo, nec à quam fuisse conspectum.

## QVÆSTIO XIII.

*Vtrum Summus Pontifex possit indulgere Monacho testandi facultatem.*

## S V M M A E · R E R V M .

1. *Possit Rom. Pontificem testandi facultatem dare Monacho ex iustissima causa.*  
Et num. 3.
2. *Declaratur cap. cum ad monasterium. de statu Monach.*

 **V**ÆRITVR an Summus Pontifex possit Monacho indulgere testandi facultatem, postquam votum & professionem emisit. Sunt qui existimant non posse Summum Pontificem concedere Monacho testandi facultatem; in primis per textum in cap. cum ad monasterium. de statu monachorum. ibi, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regule monachali, ut contra eam non possit Summus Pontifex licentiam indulgere. Secundò quia Romanis Pontifex à voto continentiae Monachum legibus soluere non potest. dicto cap. cum ad monasterium. D Thomas in 2. 2. quest. 88. art. 11. glossa in cap. sunt quidam. 25. quest. 1. Syluester in summa, in verbo votum, in 4. & in 5. Ergo eadem ratione videtur dicendum Summum Pontificem non posse liberare

Monachum à voto paupertatis, & permettere Monacho tanquam proprietario de bonis disponere. Verius tamen est posse Romanum Pontificem ex iustissima causa testandi gratiam Monacho facere; eiisque sententia fuere D. Thomas distinct. 38. quest. 1. artic. 4. De Turre-Cremata in cap. de illo Clerico. distinct. 32. Interpretes ad cap. cum ad monasterium. de statu monach. Felinus in cap. si quando. de re scriptis. In primis, quia in his votis authoritas Romani Pontificis semper excepta videatur. cap. 1. cap. debitores, cap. venientes. de iure iur. glossa & Felinus in cap. constitutus. de re scriptis. D. Thomas in 2. 2. quest. 89. artic. 1. Secundò Romanus Pontifex potest quoad continentiae votum ex iusta causa & ratione, veniam facere. Et generaliter receptum est ex iustis causis Rom. Pontificem legibus soluere posse, præterquam si de articulis fiduci agatur. Innocentius & Hostiensis in cap. quanto. de translatio. Episcop. Vincentius in cap. proposuit. de concessione præbenda. & ibidem Andreas & Panormitanus; Ancharanus consil. 374. Decius in cap. qua in Ecclesiistarum. de constitutionibus. Nec obstat dictum tamen c. cum 2.

*ad monasterium.* nam ea verba quæ ibi sunt, non possit summus Pontifex licentiam indulgere, intelligenda sunt mānen-te voto, non enim posset Summus Pontifex indulgere, ut existens Monachus testari possit, vel vxorem ducere. Verū à voto Religionis, publicæ utilitatis causâ, potest eximere & liberare Monachum. Vel melius hæc verba dicti capitis cùm ad monasterium, (non possit) interpretanda sunt ut non soleat, vel non possit de facto sine iusta & maxima causa, glossa *in can.* sunt quidam, & *in can. contra,* 26. quest. I. Præterea verba illa (non possit) ita interpretationem accipiunt: non congruit eius potentia, glossa *in can.* si Paulus 32. quest. 5. Sic Aristot. lib. 5. Metaph. scribit ea fieri non posse quæ fieri quidem possunt, non tamen redē fieri possunt. Itaque ex iustissima causa Papa potest 3. cum monacho dispensare, cūt Abbatis tamen consensu. *Staphilæus in tract. de rescriptis Apostolicis, in forma brevis.* Quod si securus fecerit, & peccat ipse, & is, cum quo dispensatur, tutus non est in conscientia. glossa *in cap. non est. de voto, in verbo adimplere.* *Fulminus in cap. si quando. de re-*

*scriptis.* Quinimò hoc casu in Francia licet ab executori eiusmodi dispensationis appellare ad Senatum tanquam ab abusu.

## QVÆSTIO XIV.

### DE EVICTIONIBVS.

*Queritur si is, qui euicit, rem euictam legauerit, vel donauerit emptori, an nihilominus de euictione contra venditorem agere possit. Et vtrum si res euicta sit, venditor condemnatus liberetur, offerendo emptori rem euictam.*

### S V M M A R E R V M.

1. *Vincere, & euincere differunt.*
2. *Emptorem agere posse de euictione, si postquam dominus rem euicit, & abduxit, donauit vel legauit emitori.*
3. *Re per sententiam euictam, & postea à venditore redemptam, emtorique oblatam, venditorem condemnatum liberari offerendo rem euictam cum expensis*

*expensis & domno.*

4. *Accurſij lapsus.*

**C**IENDVM est, quod si emptor vi-  
tus sit per senten-  
tiam , nihilominus  
tamen quamdiu res euicta  
non est, & sententia executio-  
ni mandata , & per eam res  
abducta non est, emptor qui  
possidet , de euictione agere  
non potest. *l. qui rem. C. de euic-  
tionibus. l. habere licere 57 ff. de  
euictio.* Aliud est , + vince-  
re, aliud est euincere, quia plus  
est euincere , quam vincere.  
Nam dominus qui vicit, si non  
euincat , id est , rem abducatur,  
vel auferatur ab emptore , em-  
ptor de euictione agere non  
potest contra venditorē: quia  
quamdiu res ablata non est, li-  
cet emptori habere. *dicta l. li-  
cere. Alexander consil. 4. volum.*  
*3. His ita præmissis , queritur.  
si post sententiam dominus  
donet emptori, vel leget rem  
quam euicit : an emptor, de  
euictione agere possit. Et in  
hoc quæstione distinguendū  
est, vel enim dominus dona-  
uit, aut legauit emptori ante-  
quam rē abduceret, vel post-  
quam rem absculit ; si ante-  
quam euinceret & abduceret  
donauit, non cōpetit emptori  
de euictione actio contra ven-*

diteorem. Quod t̄ si postquam  
dominus rē euicit & abstulit,  
donauit vel legauit emptori,  
hoc casu datur emptori cōtra  
venditorē actio de euictione.  
*l. habere licere. §. 1. de euictio.*

Sed quæstionis est ; si res  
euicta sit per sententiam , &  
aliquo postea tempore eam  
venditor redemerit , & obtu-  
lerit emptori , an liberetur  
actio , qua condemnatus  
erat ob euictionē ad id quod  
interest? Et placet in hac quæ-  
stione , + venditorem libe-  
rari offerendo rem euictam  
emptori cum expensis , & si  
quod damnum passus sit ob  
euictionē quamdiu re caruit.  
*l. emptori 67. C. de euictio.* Vbi  
Papinianus ait, quod si vendi-  
tor seruum venditum offerat  
liberatur, si eum seruo offerat  
quanti interest emptoris ser-  
uo euicto caruisse. *Quod &*  
*Duarenus & Guiacius docent  
ad l. si Insulam 84, ff. de verb.  
oblig. quia omnia iudicia sunt  
absolutoria. §. ult. de perpetua  
& tempor. actio. Idem decidit  
in l. fideiussor 15. de except.  
doli : quæ lex non est contraria  
l. emptori; de euictio, ut ma-  
tē + Accurſius existimauit.  
Obstat videtur textus in l.  
si verò. §. ult. ff. soluto matrim.  
Vbi licet maritus qui negotia  
vxoris gerit, vel qui inuita*

2.

3.

4.

maliere manumisit seruum dotalem, & qui successit liberto, quasi patronus teneatur reddere mulieri aestimationem hereditatis liberti: tamen liberatur praestando si velit res singulas hereditarias liberti sine aliis impensis, vel co quod interesse potest mulieris quod benignè receptum esse scribit Iurisconsultus. Cur ergo idem in venditore non dicimus, ut liberetur rem euictam restituendo emptori sine alio danno, &, ut loquar cum nostris interpretibus, sine alio interesse. Responde, differentiam esse inter mulierem in hac causa, respectu mariti, & emptorem respectu venditoris: quia mulier, cui res hereditarie restituuntur, nullum detraimentum patitur. At ita non est in emptore à quo seruus venditus euictus est, quia in danno versatur, eo quod post euictum seruum & abductum caruit interim operis illius, & mercedibus, & acquisitionibus. Debet ergo venditor non solum seruum offerre, sed etiam si quod damnum passus est emptor post euictionem. Certissimum ergo est venditorem postquam condemnatus est ob rem euictam, posse liberare offerendo rem euic-

## D V R A N T I

& tam emptori cum expensis, & si quid intersit emptoris, & ita iudicatum fuit Arresto Parlamenti Tholosani, mensis Iulio anno Dom. 1558.

## QVÆSTIO XV.

*An pœnæ secundarum nuptiarum habeant locum in favorem liberorum alterius matrimonij, & quod mater, licet conuolauerit ad secunda vota, succedat ultimo morienti ex filiis, si nulli alij supersint:*

## S V M M A R E R V M

1. *Patrem, vel matrem secundum nubentes, filio succedere absque liberis mortuo.*
2. *Glossa Auth. ex testamento verb. filij. C. de secundis nuptiis, refellitur.*
3. *Quid si extent liberi ex alio matrimonio, cum matre que secundo nupserit.*

 **E**RTVM est † matrem quæ ad secunda vota cōuolauit (idem de patre dicimus) siue ante; siue post mortem filij, ei succedere non solum in usufructu,

- etu, sed & in proprietate, nullis existentibus liberis, immo  
 2. probata opinione glossæ, † in *Auth. ex testamento. C. de secundis nupt. in verbo, Filij.* Bartolus, Baldus, & de Garronibus in d. *Authentica ex testamento.* Bartolus *confilio* § 4. & in §. hoc autem, & ibi Angelus, de non eligendo. Baldus *confil.* i § 4. *volum.* 5. quod Senatus Tholofanus multis Arrestis comprobauit. Sed queritur an  
 3. idem iuris sit, † si liberi extent ex alio matrimonio „ verbi gratia, in hac facti specie. Ioannes Columberi deceſſit interstatus, superstitibus duobus filiis, Antonia ex priore matrimonio, & Gaspardo ex Ioanna Picardia secunda uxore: Gaspardus deceſſit relicta matre quæ secundò nupserat, & Antonia sorore ex primo patris matrimonio nata: Antonia contendebat, matrem non posse succedere Gaspardo in proprietate bonoru quæ ex parte patris prouenerant, dicta *Authent. ex testamento.* Videatur dicendum, Antoniam ex primo matrimonio filiam iustis rationibus fultam esse. Primò per textum *I. mater C. ad Tertullia.* ibi, proprietatem sororibus & fratribus transmissura defuncti, quæ verba generalia sunt, & comprehen-

dunt tā fratres utrinque coniunctos, quam cōsanguineos, vel vterinos. Secundò mulier quæ secundò nubit, proprietatem bonorum amittit ob iniuriam quam defuncto & liberis facit, vt dicitur in *Nouella* 21. & *Nouell.* 22. Et hanc opinionē sequitur Cōrneus *confil.* 242. *volum.* 1. Contraria tamen sententia verior est, in primis, quia iura quæ proprietatem liberis reseruāt, uxore vel viro ad secundas nuptias conuolante, de liberis ex eodē matrimonio progenitis nominatim loquuntur. *I. famina.* §. illud. *C. de secundis nuptiis.* ibi, alii ex eodem matrimonio procreatis. Secundò patens ita successione vocatur cum fratribus & sororibus utrinque cōiunctis. *Authent. defuncto. C. ad Tertullianum;* & fratres ex uno latere excludit. Cum ergo pater vel mater, fratres ex uno latere excludat, fieri non potest, vt mater excludatur à proprietate per fratrem & sororem quæ succedere non potest. Tertiò, respectu fratum consanguineorum, non possumus dicere matrem secundis nuptiis funestatam, corum enim mater non est. Cum ergo verba non conueniant, locus esse non potest constitutioni.

Ripain d. l. fæmine. in §. illud.  
Ioannes de Garronibus in di-  
cta Auth. ex testamento. Nec  
obstat in primis l. mater. C. ad  
Tertullian. Nam etsi de fratri-  
bus & sororibus simpliciter  
loquatur, tamen de utrinque  
coniunctis intelligenda est.  
Nam appellatione fratrum re-  
gulariter utrinque coniuncti  
continentur. §. 1. de legitima  
agnato. successio. l. 1. de successo-  
rio editio. & in Auth. matri &  
ani. C. quando mulier. Accedit,  
quod dicta l. mater, interpre-  
tationem accepere debet ex  
aliis legibus, neimpe ex dicta  
l. fæmina. §. illud. quæ expressim  
verba facit de liberis ex eodem  
matrimonio natis. & haec  
opinio verissima est, & secundum  
eam iudicatur in Parla-  
mento Tholosano.

## QVÆSTIO XVI.

An minor portio, cuius mentio  
fit in l. hac editali. C.  
de secundis nuptiis, le-  
gitimam vel eius supple-  
mentum comprehendat: an  
vero id solum quod nomi-  
natim a parentibus reli-  
ctum est.

## S U M M Æ R E R V M.

1. Non plus largiendum se-  
cundo coniugi, quam vni  
ex liberis prioris matri-  
monij, cui minus est reli-  
ctum. & num. 4.
2. Minor portio que.
3. An referatur ad legitimam.
5. Enucleata verba l. hac edi-  
ctali. C. de secund. nupt.  
& num. 6.
7. Quando ad repletionem le-  
gitimæ recurrendum.

**E**x lege hac editali. C. de  
secund. nupt. non + li-  
cer coniugibus secun-  
dò nubentibus plus largiri se-  
cundo coniugi, quam vni ex  
liberis prioris matrimonij, cui  
minor portio relicta est: sed  
quemadmodum interpretan-  
da sit minor + illa portio, non +  
omnes conueniunt. Quidam  
+ enim existimant minorem  
portionem ad legitimam li-  
berorum referri, vt secundo  
coniugi licet consequi usque  
ad legitimæ estimationem.  
Primò per textum in dicta l.  
hac editali, in hæc verba,  
*Quam filius vel filia habet.* Ha-  
bere enim dicimus quod quo-  
cunque titulo consequimur,  
vel aliquius beneficio, vel le-  
gis prouidentia, qualis est le-  
gitima,

gitima , vel supplementum legitimæ , quæ liberis debetur , non solum patris dispositione , sed legis beneficio , nempe per conditionem legis omnimodo . C. de inoffic. testam. Vitricus ergo vel nouerca si eandem portionem debet consequi quam filius vel filia habet , videtur dicendum portionem illorum redigendam esse ad legitimam liberorum . Secundò filius legitimam consequi censetur non solum à lege , sed ab ipso testatore , quia si minus ei relictum sit à parentibus , nihilo minus integrum legitimam consequitur per legis dispositionem , quæ supplementum attribuit liberis ad confirmandum testamentum , ita ut , quasi testamento relictum sit supplementum , filius illud consequatur . Cùm ergo filius ex testamento reptionem legitimæ consequatur , legitima liberis censetur à parentibus testamento relicta . Ergo minima portio , de qua agitur in dicta leg. hac editali , debet referri ad legitimam filiorum . Tertiò l. hac editali , illud videtur apertè demonstrare in hæc verba , ut quarta pars quæ eisdem legibus debetur , nullo modo minatur . facit textus in L. quoniam præterita . C. de secund.

nuptiis ibi danda vel relinquenda . Et hanc opinionem sequitur Baldus in l. hac editali , & in l. i. C. de secund. nupt. Bertrand. & alij in dicta l. hac editali . Molinæus ad consil . De ejus 265 .

Contrarium tamen verius est , & in iudicando & in consulendo : non enim licet secundo coniugi plus relinquere , quātū vni ex liberis prioris matrimonij cui minus relictum est , etiamsi ei unus tantum munus legatus sit . Salicetus in dicta l. hac editali . Corneus consil . i 18 . volum . i . & consil . 51 . volum . 4 . In primis per l. hac editali , ibi , cui minor portio data vel relicta est . Nec enim in dicta constitutione Imperator obseruat quod dari vel relinquere debeat liberis , sed quod illis datum est . Secundò hanc sententiam iuuat Iustinianus in Novell . 22 . § . optimè , ibi , quantum unus habet filius . quæ verba trahi non possunt ad supplementum legitimæ : non enim quod suppletur post mortrem patris , in vita datum videtur . Tertiò obseruanda est ratio illius l. hac editali , quæ in odium coniugum introducta est fauore liborum , quibus per secundas nuptias fit iniuria . Itaque in odium eorum retorqueretur

si semper portio reduceretur ad legitimam filiorum. Nec obstat *t. d. l. hac editali*, in his verbis, *quām filius vel filia habet*, ibi enim verbum, *habet*, ex præcedentibus & sequentibus interpretationem recipit. Porro verba hæc quæ sequuntur in dicta lege, *cui minor portio data, vel donata, planum faciunt verbum habere*, de eo quod liberi habent, vel ad eos peruenit ex testamēto, vel contractu paterno, non verò si quid ex legis beneficio post mortem patris consequi possunt. Nam etsi filius repletionem petendo legitimæ post mortem patris testamentum paternum non cuerat, *dicta l. omnimodo. C. de inoffi.* non sequitur tamen cuin repletionem consequi à parente vel eius testamento, quinimo supplementum assignatur à lege, idque non solum præter voluntatem, sed etiam contra voluntatem patris. *d. l. omnimodo, in verbo, exigere. l. fideicomissa. §. si rem. de legatis 3.* Nam pater certum aliquid filio relinquendo videtur ne plus petat promisso, et si id nominatum expressum non sit. *l. cùm ita. ff. de condi. & demonstr. l. cùm maritus. C. de procurato.* Qua ratione cueritur vulgata illa distinctio, de qua

Baldus, Bertrandus & de Garonibus *in dicta l. hac editali.* vt si parens vetuerit plus petere, repletio fiat contra ciui voluntatem, & tunc minima tantum portio relicta vni ex liberis coniugi debetur: si verò parens nihil dixerit, & non vetuerit filium plus petere, tunc fiat repletio secundum voluntatem parentis, ita vt minima portio usque ad legitimam extendatur, quod ramen falso puto. Nec obstat rursus *t. dicta l. hac editali*, in his verbis, *ita tamen ut quarta pars.* Nam hæc verba contraria sententiam expugnat & nostram confirmant: non enim ibi prohibet Imperator legitimam minui ratione coniugum, sed fauore liberorum. Sanè *t. uno casu ad legitimæ, estimationem recurrentum est*, quoties parens filium instituit in decem Imperialibus, & in eo quod iure petere potest: tunc enim filius repletionem petit, non solum cōdictione ex lege, sed actione ex testamento: & eo casu integra legitima videtur filio relicta. Fulgosius & Castrensis *in dicta l. omnimodo.*

IAC. FERRERIVS,

in questio. tomo primo , que-  
stio 57:

**D**E hac quæstione vide Fachinæum libro 3. controværsa. cap 67. & cap. 70. Porro opinio authoris nostri verissima est, ut scilicet coniux qui quæve conuolauit ad secunda vota, non possit nouercæ vel vitrico plus donare quam vni ex liberis, cui minor portio relicta est, ita ut ad existimationem legitimæ recurrendum non sit; nec possit coniux tantundem petere, quantum legitima filiorum est, & ita iudicatur in Parlemento Parisiensi, ut refert Charundas in memorabilibus, in verbo, donationi. Chenu in collectione Arrestorum in quest. 65. & 66. in secunda editione. Chopinus in consuetud. Andium lib. 3. cap. 1. tit. 1. num. 9. Sed queritur si filius primi matrimonij hæres institutus à patre, se immisceat hereditati, & inventarium non conficiat, teneatur insolidum præstare nouercæ quod supra portionem filio competentem datum est, pro non dato habeatur, ut saltem æqualiter diuisio facienda sit inter filiam & nouercam? Dic quod diuisio æqualis fieri debet inter filiam & nouercam. Marcus

## QVÆSTIO XVII.

*Si Princeps alicui ex ciuibus cuiusdam loci concesserit immunitatem & priuilegium non soluendi tributa: an nihilominus integrum tributum à reliquis ciuibus soluendum sit, ita ut reliqui ciues teneantur soluere portionem eius cui tale priuilegium concessum est.*

## SUMMÆ RERVM.

i. Immunitatem alicui concessam, aliis non nocere, ve-  
rior opinio.

**D**E hac quæstione, an tributum, à quo quis à Principe eximitur, aliis ciuibus sit oneri, Bartol. Castren. & alij in l. ab omnibus. de legat. 1. Bald. ad l. si vnu. §. generaliter. de pænis. glossa & Ioannes de Platea ad leg. vacuatis. C. de Decurionibus. notatur in leg. sacrosanctæ. C. de sacrosanctis. cap. accedentes. de prescriptionibus. Cre-

brior opinio est inferioris, Principes & dominos quibus inductionis facultas competit, non posse in perniciem aliquum quemquam eximere: Principem verò qui summum imperium habet, posse, modò id motu proprio faciat. Masurius *tit.de taleis.* Capella Tholosa. & *ibidem* Aufrius *quest.* 348. *l. vacuatis.* *C. de Decurionibus.*

1. Mihi t̄ verius & æquius videtur immunitatem alicui concessam non nocere cæteris, qui tributum debent, ciùsque partem Principem qui immunitatem concessit, subducere debere, & acceptum ferre. Primò per textum *in l. omnes. C. de annonis.* ibi, quod alij remiserit; de propriis facultatibus dare compelletur. Secundò per *l. i. C. vt nullus ex vicaneis.* Terтиò per *l. hac definitione. C. de omni agro deserto. l. forma. §. illum. de censibus.* Quartò per cap. 2. de Ecclesiis adficandis. Cassiodorus lib. 2. varia. cap. 17. Munificentiam nostram, inquit Theodoricus Rex, nulli volumus esse damnosam, ne quod alteri tribuitur, alterius dispensiis applicetur. Nec inferri cuiquam volumus, quod alteri humanitate nostra remisimus: ne, quod dicta nefas est, benè meriti manus innocentis contingat esse

## D V R A N T I

*dispendium.* Et hæc sententia obtinet & locū haberet in Provincia Occitana & cæteris, in quibus inductiones rebus imponuntur, & reales sunt. Qua ratione plerisque constitutonibus Reges nostri abrogarunt in hac Provincia omnes immunitates priuilegiariis cōcessas, iubéntque singulos inductiones præstare pro modo patrimonij. Reges nostri concesserunt professoribus Academiz Tholosanæ immunitatem, sed postio illorum non nocet cæteris tributariis, sed subducitur, ita ut Princeps portionem priuilegiatorum in se suscipiat. *le Roy prend la portion des priuilegiez pour deniers contens & non receus;* vide Philipp. *in prefatione ad ordinationes Regias de potestate generalium,* num. 78. 79. 80.

## I A C. F E R R E R I V S.

**V**ide Philipp. *in collectio-*  
*ne sua Arresto. artic. 22:*  
*& tit. de immunitate nemini*  
*concedenda. & eundem Arrest.*  
162.

## QVÆSTIO XVIII.

*Si agri bellorum iniuriā defen-*  
*rantur, aut steriles omnino*  
*reddantur*

reddantur, aut prædia ur-  
bana diruantur, queritur  
an portionem deficientium,  
vulgè les non valoirs, fe-  
rat Princeps: an verò ea  
portio ceteris tributariis  
superinducatur.

## S U M M A E R E R V M .

1. Vniuersitatis esse præstare ea  
quæ territorio erant impos-  
ita.
2. Deficientum portionem quan-  
doque subduci Principis  
inssu.
3. Legis, territoriorum, l. i. & l.  
qui utilia. C. de omni agro  
deserto, intellectus. di-  
stingue ut ibid. & seqq.

**N** hac quæstione  
certum est, + vni-  
uersitatem præstare  
debere indictiones  
quæ territorio erant impos-  
ita, ita ut quæ prædiis desertis  
indictæ fuerant, tota vniuersi-  
tas suscipere debeat, quod  
constitutionibus Regum Frâ-  
ciæ sub tit. des Generaux, artic.  
4. & sub tit. des Aydes, artic. 71.  
& multis præiudiciis iudica-  
tum docet Philipp. in prefat.  
ad ordinationes Regias, de iuris-  
dictione generalium, argumen-  
to legis, omne territorium. de

censibus. l. i. l. qui utilia. C. de  
omni agro deserto. lib. ii. tit.  
57. & 58.

Quandoque tamen portio-  
nem + deficientum iube-  
bat Princeps subducere, quod  
olim fieri consuetum docet  
D. Saluian. lib. 5. de prouiden-  
tia Dei. ibi, si quando enim, vt  
nuper factum est, defectis urbi-  
bus imminuendas in aliquo tri-  
butarias functiones, &c. l. hac  
definitione. C. de omni agro. ibi,  
neque eorum prædiorum defectio-  
ne prægrauari. deserta enim  
prædia defici dicuntur. l. for-  
mam. §. illam ff. de censib.

Nec obstant + dicta l. ter-  
ritorium. l. i. l. qui utilia. lo-  
quuntur enim vbi unus idem-  
que, & sterile quod leuaritur, &  
fertile quod superinducitur,  
possidet At vbi unus fertile,  
alius sterile possidet, æquum  
non est alium pro alio onera-  
ri. d. l. hac definitione. Planè  
vbi prædia non sunt omnino  
deserta, & sterilia, verùm do-  
minus eorum non appetet,  
aut ad fiscalium solutionem  
non sufficiunt, iis tradi debet,  
qui conserua aut contributo-  
ria prædia possident. §. si verò  
aliquando. Nouell. de collat. Vbi  
verò prædia prorsus inutilia  
sunt, iure ciuili constitutum  
non erat deficientium portio-  
nem ceteris tributariis super-  
induci.

induci. At quia vſu & iure Gallico idem receptum est, hoc accipiendo est, quoties chasmae & terræmotu, aut hostium impetu, aliisque casu fortuito prædia urbana solo æquantur, vel rusticæ profus deseruntur, aut sterilescent. Si autem culpa possessorum id fiat, nulla sit diminutio. *l. 2. ff. de cens. l. formam. eod. l. hac definitione. C. de omni agro.* Sicut enim diligentia nemini damnosa est. *l. fin. C. de alluvionibus.* ita & negligenter nemini lucro esse debet. *l. sicut. de fals.*

Cæterum an desertorum & steriliū, aut dirutorum prædiorum portio superinducatur ciuitati, aut vico, vbi sita sunt, an vniuersæ diœcesi, vel prouinciæ, queri solet. Distinguendum videtur, an leue damnum sit, vel adeò grande, ut maiorem territorij partem attingat. Priore casu cæteri ciuitatis vel vici vniuersum quous agnoscere debent. *d. l. omnè territorium;* posteriori vero casu æquum est vniuersæ diœcesi hoc superiudici. arg. *l. de vſu. de var. & extraord. l. 3. §. eos milites. de mun.* Philipp. in prefat. ad edicta iurisdict. Curie.

**A**GRI deserti, id est, inculti, Galli vocant, terres qui sont en friche, qui etiam agri dicuntur defecti, *l. 7. C. de omni agro deserto;* & destituti vocantur in *l. 8. eodem.* De hac quæstione vide Philipp. ad ordin. Regias, de potestate generali, in prefat. numer. 82. & in collectione Arrest. artic. 47. & in suis responsis, in primo responso.

## QVÆSTIO XIX.

*De naturalibus liberis, & eorum successione.*

## S V M M A R E R V M.

1. *Iure Pandectarum naturales & spuriæ succedebant matrem ex testamento, quam ab intestato.*
2. *Querelam habebant inofficioſi.*
3. *Non succedebant patri ab intestato.*
4. *Num eodem iure Pandectarum pater filios naturales instituere, vel eis legare, aut donare poterat.*
5. *Concubinis licet donabatur, etiam in immensum.*
6. *Natu-*

6. Naturalibus patrem relinquerre posse ex testamento, vel contractu.
7. Concubinatus iure Pandectarum licitus est.
8. Naturales iure Pandectarum bonorum paternorum incapaces esse, verior sententia.
9. Nec institui posse, vel iis donari aliquid.
10. Lex Lucius. & l. si is qui ex bonis. ff. de vulgari, declarantur.
11. Plus ceditur naturalibus ex consortiis seruorum, quam iis qui ex concubinis.
12. Valentin. Valens & Gratian. Imppp. vnciam naturalibus donare, concedebant patribus.
13. Totam substantiam naturalibus relinquere ex constitutione Iustiniani licitum, si non extant legitimi.
14. Vnciam si extant.
15. Ab intestato in duabus succedebant vnciis.
16. Non habebant querelam in officio, vel bonorum possessioem contra tabulas.
17. Nec actionem ad petendum partem aliquam bonorum paternorum, sed alimenta officio iudicis.
18. Matri succedebant sive extant legitimi, sive non; &
- inuicem mater naturalibus.
19. Mater tutelam habebat naturalium.
20. Spurios impugnare posse testamentum matris.
21. Fallit in matre illustri, cui succedere non possunt.
22. Fratres sive naturales omnes, sive aliqui sint naturales, aliqui vero legitti mi, an & quando inter se succedant.
23. In Gallia naturales nullo modo patri, nec etiam matri succedere.
24. Nec fratrem fratri, vel cognato ab intestato.
25. Alter haberet ex testamento.
26. Concubinatum lege diuina damnatum.
27. Can. is qui, & can. Christiano. dist. 34. diluuntur.
28. Concubina pro uxore sumta.
29. Concubinatus inter solitos apud Gallos multatus.



Naturales liberi, sive nothi, paternae vel maternae successionis ex testamento, vel ab intestato capaces sint, iura ac tempora diuersa consideranda sunt: nam † quod pertinet ad ius antiquum Pandectarum, naturales & spurij ad maternam successionem nedum ex testamento, sed ab intestato admit

2. admittuntur: imò t̄ habebant querelam inofficiis testamenti. *l. si suspecta.* §. 1. *de inoffic.* l. 1. §. sed & vulgo l. 2. §. 1. *ad Tertullia.* l. si spurius. l. *Modesti-*
3. *nus.* unde cognati. Sed t̄ tamē à paterna successione ab intestato arcebantur. Quæ-
4. ritur t̄ autem an iure Pandectarum pater filios naturales instituere possit, vel eis legare aut donare? In qua quidem quæstionē non omnes conueniunt. Sanè t̄ quod ad concubinam pertinet, certum est licuisse etiam in immensum donare & relinquere. *l. affectionis.* l. *donationes in concubinam.* ff. *de donationibus.* Quod
6. attinet ad liberos t̄ naturales, sunt qui existimant licuisse patri eis ex testamento relinquere, vel contractu largiri, in primis per textum in *l. si is qui ex bonis.* de vulgari. vbi Accursius. Secundò ex *l. Lucius.* de vulgari. Tertiò ex *l. naturali.* ff. *de confirmando tute.* ibi, cui nihil relictum est. *l. cum pater.* §. *volo.* l. *Lucius.* §. *vit. de legatis 2.* l. *ex facto.* §. *si quis ro-* gatus. *ad Trebellianum.* Apud Græcos, quorum instituta Romani sunt sequuti, licebat nothis dare usque ad mille drachmas, vt Suidas scriptum reliquit in verbo *Nothos.* Vlysses apud Homerum *Odyssæ lib.*

14. innuit tunc nothos ex parte successisse; imò & apud veteres Græcos nothi non minus in honore erant, quam legitimi, vt Eustasius apud Homerum scripsit. Postremò t̄ iure Pandectarum permisus erat concubinatus, & concubina vice coniugis erat, vt cōstat ex Cuiacio ad *leg. donationes in concubinam.* *de donatio.* Quare verisimile non est, filios ex concubina natos detinoris conditionis esse, qui institui possunt, & quibus donari potest. *l. extranum.* C. *de heredibus instituendis.*

Sed t̄ verius est, naturales & filios iure Pandectarum bonorum paternorum etiam ex testamento incapaces esse. Primò ex *Nouella 89. in principio,* vbi Iustinianus ait, legislatores Romanos nothorum siue naturalium nomen nullo studio prosequutos fuisse, & prorsus alienos & peregrinos fuisse habitos; deinde in cap. 8. eiusdem *Nouella,* versiculo, oportet enim, dicit, vetustatem fuisse amaram, quæ vetustas ad iura Pandectarum referri debet; & in cap. 12. eiusdem *Nouelle,* Iustinianus docet Valenti, Valentiano & Gratiano primis placuisse circa naturales aliquid benignè agere. Quæ verba aperte indicant ante

ante ea tempora nihil huma-  
num in gratiam eorum con-  
9. stitutum fuisse. Accedit t̄  
quòd nulla lege Pandecta-  
rum probatur ; naturales ex  
concubina institui posse , vel  
10. eiis aliquid donari:nec obstat t̄  
*l. Lucius. de vulgari.* nam ea  
lex intelligi debet de filio na-  
turali , & legitimo. Minus ob-  
stat *l. si is qui ex bonis. ff. de vul-*  
*gari.* nam illa lex ad naturales  
liberos minimè pertinet , sed  
de orbo est accipienda , qui  
tunc temporis solidum capere  
non poterat, ut constat ex Eu-  
sebio *de vita Constantini.* Sozo-  
men. lib. 1. cap. 9. Vel intelli-  
genda est de vxore, quæ ex te-  
flamento mariti decimam  
tantum capere poterat ; vide  
*Vlpian. in titul. ad dictam l.*  
*naturali. de confirm. tuto.* Re-  
spondendum est , probabile  
esse hæc verba in illa legi po-  
sita ( cui nihil relictum est ) à  
Triboniano addita esse , argu-  
mento textus *in l. vlt. C. de*  
*confirm. tuto. & l. vlt. C. quando*  
*mulier.* Præterea verba illa non  
concludunt filio naturali ali-  
quid relinqui potuisse : imò  
potius contrarium indicant,  
quasi ibi voluerit Iurisconsul-  
tus tutorem dari non posse fi-  
lio naturali, cui nihil relictum  
fuerat, quia eo iure nihil ei re-  
linqui poterat. Alię t̄ verò  
11. linqui poterat.

leges suprà allegatae loquun-  
tur de naturalibus liberis, qui  
ex fetuorum consortiis na-  
scuntur. *l. Lucius. §. vlt. l. cum*  
*pater. §. volo. de legatis 2.* qui-  
bus lex amplius facit quām  
naturalibus ex concubina na-  
tis. §. 1. *de seruili cognat.* Ca-  
terūm post iura Pandectarum  
Constantinus leges de natu-  
ralibus liberis edidit, alteram  
quæ est *in l. 1. C. de naturalibus*  
*liberis.* alteram verò quæ natu-  
rales à paterna successione ab  
intestato , vel ex testamento  
prorsus arcebat , quæ si non  
extat,tamen eam fuisse conii-  
cimus, ex eo quod Iustinianus  
*in Nou. 89. testatur* Constan-  
tinum fecisse primū de na-  
turalibus constitutionē, quod  
referri non potest ad *l. 1. C. de*  
*naturalib. liber.* Id etiam col-  
ligitur ex *l. 1. C. de natur. lib. in*  
*C. Theodos. vbi legem Constan-*  
*tini temperant Imperatores*  
*Valent. Valens & Gratianus,*  
& indulgent patribus t̄ vn-  
ciām donare naturalibus. quæ  
verba satis indicant non li-  
euissē ex lege Constantini  
quidquam donare. Sanè t̄ ex  
constitutione Iustiniani lice-  
bat patri, qui legitimam sobo-  
lem non habebat, totam sub-  
stantiam naturalibus relin-  
quere, & si parentes habebat,  
licebat relictā parentibus le-  
12. 13.  
I gitimā

- gitimâ, totam substantiam inter liberos naturales diuide-
14. re: si verò † legitimos liberos habebat, non licebat patri relinquere naturalibus, vel matri eorum, nisi vnciam, quæ erat duodecima pars bonorum. *l. matri, cum Authentica sequenti. C. de naturalibus.* Ab
15. intestato † verò succedebant naturales in duabus vni- ciis: sed tamen id totum pendebat ex voluntate patris na-
16. turalis, qui si † testamentum fecisset, & nihil reliquisset naturalibus liberis, non poterant conqueri, nec habebant querelam inofficiosi testamenti, vel bonorum possessionem contra tabulas. *l. i. & ibi gloss. de bonorum posseſſ. contra tabulas.* Non habebant † etiam actionem ad petendam aliquam partem in bonis patris, sed alimenta officio iudicis. *cap. cùm haberet. de eo qui duxit in matr. l. humanitatis. C. de naturalibus.* ibi, si hoc scilicet pater naturalis voluerit.
8. Sanè † quod ad matrem pertinet, succedebant liberi naturales matri, siue liberi legitimi extarent, siue non, & inuicem mater eis succedebat, quæ semper est certa. *§. vulgò quæſitos. de ſucceſſione cognatorum. §. si quis. quibus mo-*

*dis naturales efficiantur legitimi. l. hac parte. l. ſi ſpurius. §. vi- timo. ad Tertullianum. §. nouiſi- mè. ad Orphicianum. Imò † ve- rò mater filiorum naturalium tutelam legitimam habebat. Auth. ad hac. l. fin. C. quando mulier. Imò † ſpurij filij ma- tris testamentum inofficio- sum dicere poſſunt. l. ſi ſu- pēta. §. i. ff. de inofficio. Chaffa- neus in conſuetud. Burgünd. titul. des Baſtards. Iuſtinianus excepit † illuſtres fœminas, quibus ſpurios ſuccedere no- luit. l. ſi qua illuſtris. C. ad Or- phicianum. Quod ad fratres attinet diſtinguendum eſt ſe- cundūm Angelum in dicto §. vulgò quæſitos. aut enim † coniuncti ſunt ex linea paterna nati ex eodem patre & diuer- ſis matribus, & tunc licet agnati ſint, nullo modo ſuc- cedunt inter ſe, ſiue omnes naturales ſint, ſiue aliqui na- turales tantum, aliqui na- turales & legitimi. leg. hac parte, & ibi glossa, unde cognati. Aut ve- rò coniuncti ſunt ex linea ma- terna, quia ex eadem matre nati, & diuerſis patribus, & tunc inuicem ſibi ſuccedunt. dicto §. vulgò quæſitos. Aut verò fratres coniuncti ſunt ex vtro- que parente, patre & matre, & tunc inuicem ſuccedunt, ſiue omnes naturales ſint, ſiue qui- dam.*

- dam naturales, quidam legitimi & naturales, & sic agnati nullo modo succedebant, cognati autem succedebant. *I. si spurius vnde cognati.* quia agnatio patrem respicit, cognatio vero matrem: quæ omnia vera sunt de iure ciuili in liberis naturalibus natis ex non damnato coitu, alioquin si ex damnato coitu nati essent, nullo modo nec patri, nec matri, nec fratribus succedebant. *I. licet. C. de naturalib. lib. Authent. ex complexu. C. de incestis nuptiis.*
- 23.** In þ hoc verò Regno Franciæ naturales nullo modo succedunt patri vel matri, nec ab intestato, nec ex testamen-
- 24.** to: nec þ fratribus, vel aliis
- 25.** cognatis ab intestato: aliud þ est ex testamento, nam frater, vel auunculus, vel aliis cognatus non prohibentur testamento vel donatione donare fratri naturali, vel cognato naturali. Quòd autem naturales, vt dixi, in hoc Regno non succedant, docet Masuerius tit. de successionibus ab intestato. Guido Pap. questione 280. Bened. ad cap. Raynalius. de testamento. in verbo, & vxorem. Boërius questione 127. Molin. in consuet. Paris. §. 30 numer. 183. Dion. Pont. in consuet. Blesen. artic. 20. in ver. illegitimorum. In primis, quia

concubinatus þ legc diuina est 26. damnatus. D. Aug. in can. audite 34. distinct. can. nemo. can. meretrices. can. dicat 32. quest. 4. D. August. de bon. coniug. cap. 6. in 1. Syn. Apost. Acto. c. 15. & cap. 20. ibi, visum est Spiritui sancto & Apostolis Christianos abstinere à suffocato & sanguine & scortatione. quem locum enarrans Socr. lib. 5. hist. cap. 19. arguit eos, qui scortantur. Syn. Trident. sess. 24. cap. 8. D. Thom. in 2. 2. quest. 154. artic. 2. Harmen. lib. 4. tit. 7. Nec aduersatur quòd tunc demum dicatur damnatus concubinatus cum criminaliter agi potest, vel pœna aliqua irrogari secundum opinionem quorundam. Salicet. in Auth. ex complexu. C. de incestis. Ioannes Faber in §. nouissimè. ad Tertul. Ita ut ex sententia illorum concubinatus vel fornicatio simplex non puniatur: imò ex eorum sententia concubinatus iure Canonico videtur permisus. Synod. Tolet. I. cap. 17. can. is qui. can. Christiano 34. distinct. Id enim falsum est: Ecclesia enim contubinatum & scortationem prohibuit. nec obstat dictus þ can. 27. is qui, & can. Christiano. quia ibi concubina þ accipitur pro 28. vxore, quæ sine tabulis & aliis

solēnibus copulata est. quod & Gratianus ibi admonuit, & D. August. de bono coniugali cap. 5. can. solet. 32. quest. 2. concubinæ verò quæ fornixario affectu habentur, prohibitiæ sunt. dicto can. nemo. can. concubina. 32. quest. 2. Nam † & apud Gallos concubinatus inter solutos pecuniâ mulctabatur; quare cùm sit prohibitus concubinatus, liberi ex eo non sunt iusti, & tanquam ex nefario concubitu prohibentur succedere in Regno Franciæ, in quo semper castitas habita fuit in pretio: nec enim verum est quod quidam existimant Ioannem Fabrum scripsisse in §. ex non scripto. de iure naturali, & ad l. 4. C. que sit longa consuetudo. adulterium in Francia permisum esse: nam ibi Ioannes Faber docet periisse casta illa tempora, quibus apud Gallos adulteria rigidè & severè puniebantur, ut scribit Cæsar lib. 6. de bello Gallico.

## Q V Æ S T I O X X .

Vtrum nepos naturalis, & legitimus ex filio naturali vel spuri procreatus, ab auo institui vel substitui possit,

*non extante legitima sōbole.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Spurios non succedere patri ex testamento, vel ab intestato, nec etiam ex contractu.*
2. *Spurij à nothis differunt.*
3. *Spurium pro vulgo questo frequentius sumi.*
4. *Apud Gallos non esse differentiam inter naturales & spurios, quoad successionem. & num. 8.*
5. *Nepos legitimus ex spurio an institui, vel substitui possit ab auo.*
6. *Illum nullo modo succedere verior sententia.*
7. *Explicatur textus l. vlt. C. de naturalib.*



E R T V M est etiam iure ciuili † spurios 1 paternæ successionis ex testamento & ab intestato incapaces esse: imò nec ex contractu succedunt. Azo in summa C. de incestis nuptiis. Oldradus confil. 109. Bartolus ad l. vlt. quibus ut indig. Baldus ad l. t. C. de naturalib. Afflct. decif. 203. Didacus de sponsalibus parte 2. cap. 8. §. 5. Solis enim nothis

- nothis & naturalibus ex concubina in domo retenta, ius successionis à Iustiniano indulatum est, ut suprà dixi in quæst. præcedenti, *Nou. 89. §. vlt. Nou. 18. §. concedimus. Spurijs.*
2. rīj † verò à nothis distinguuntur. *I. priuignus. de gradib.* Nothus enim certum patrem habet, spurius incerto patre ex scorto natus est. *Cuiac. obser. 5. & 6.* Et quamvis spurius generaliter dici possit omnis qui ex incesto vel damnato coitu nascitur, ut docet *Vlpianus in titul. Catus, in lib. Instit. I. spurijs.*
3. *de decurio.* Frequentius tamē † accipitur pro vulgo quæsto, qui sine patre ex scorto nascitur. Apud † Gallos quoad ius succedendi parentibus, non differunt naturales à spuriis, vt dixi in quæstione præcedenti.
5. Sed queritur, † an nepos legitimus ex spuriō, ab aucto institui vel substitui possit? Dubitatum fuit inter Interpretes, Cynus negat institui posse, Roffredus distinguit, utrūm contemplatione patris spurijs fiat institutio, vel substitutio nepotis. Bartolus *ad l. Gallus. §. quidam. ff. de liberis. & conf. 118.* nepotem capacem esse contendit. Baldus *in d. l. Gallus. §. quidam*, contrarium existimat, si extet legitima proles.

Alexander, Castrensis, & Iason *in d. §. quidam.* opinionem Bald. sequuntur. Alexander *conf. 74. vol. 3.* Chassaneus *in consuet. Burgundiae tit. des successions des bastards. §. 3. numer. 15. per textum in l. vlt. C. de naturalib. liberis.*

In hac quæstione † verius est, si dicamus nepotem legitimum & naturalem ex spuriō natum nullo modo succedere: nam qua ratione spurius reiicitur, nepos ex eo repellendus est. *I. queritur. de bonis libert.* Alioquin melioris conditionis essent nepotes quam filii, quod lex non patitur. *I. si viua matre. C. de bon. mat.* Secundò, quidquid ab aucto nepoti relinquitur, filii contemplatione relictum intelligitur. *I. dotem. de collatio. bonorum. I. si forte. de castrensi peculio. I. sed si plures. §. in arrogato. de vulgari.* Nec obstat † *textus in dicta l. vlt. C. de naturalibus.* quia in ea lege agitur de naturalibus ex concubina natis, qui non erant incogniti iure, immò in aliqua parte succedebant, ut dixi in præcedenti quæstione. Itaque eorum liberis, non existente legitima prole, potest auctus bona sua vel inter viuos, vel in ultima voluntate, relinquere: nos verò de spuriis agimus,

- qui iure Ciiali, & corum lib  
heris incogniti sunt. Quare +  
cūm apud Gallos naturales  
habeantur pro spuriis, ac pro  
natis ex damnato coitu: quia  
concubinatus omnino prohibitus  
est; itaque consequens  
est, nepotes ex filio naturali,  
vel spurio, ab aucto institui vel  
substitui non posse, vel per fideicommissum, vel pupillari-  
ter. *I. si is qui ex bonis. de vulga-  
ri.* Et ita iudicatum fuit Arre-  
sto solemini Parlam. Tholof.  
23. Decembris anno Dom.  
millesimo quingentesimo o-  
ctuagesimo quinto. inter Mi-  
chaëlem Botauin, Ludouï-  
cum Codere, Magdalenanam  
de Furno, & Herculem de  
Furno.

## IAC. FERRERIVS.

**C**HARVNDA'S refert hoc  
Arrestum libro septimo tit.  
16. Vide Iulium Clarum §. te-  
stam. quest. 32. Benedictum cap.  
Raynuttius. in verbo, & uxorem,  
in quinta decisione numer. 131.  
Maynard. lib. 6. cap. 13. & 14.  
Baquet du droit de bastardise,  
parte prima cap. 4.

## QVÆSTIO XXI.

*An filius familias testari pos-  
sit fauore piae causæ, vel  
fauore liberorum: & ut-  
rum filii familias in Fran-  
cia sint in potestate paren-  
tum; & de statuto Tholo-  
fano, quo filij vel filiae nu-  
ptiis collocati & collocate,  
sui iuris esse censemunt, an  
testari possint.*

## S V M M Æ -R E R V M.

1. *Filius fam. non posse testaria peculio castrensi, vel quasi.*
2. *Testari posse fauore piae causæ, permittente patre.*
3. *Item fauore liberorum, patre etiam volente.*
4. *Quid si viuo patre testamen-  
tum fecerit, an reconna-  
lescat postmortem patris.*
5. *De fideicommisso quid.*
6. *Filius fam. an testari possit in Gallia. & num. 14.*
7. *An disponere de bonis ad-  
uentitiis.*
8. *Gallos liberos suos habere in  
potestate. & num. 13.*
9. *Gloss. §. I. de patria potestate,  
reiicitur.*

10. *Iustinianus Imp. declaratur.*  
Et numer. 12.
11. *Lex patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni, diluitur.*
15. *Liberi an & quando pro emancipatis habeantur in Gallia.*
16. *Dignitas Episcopalis an & quando à potestate patris liberet.*

1. **E R T V M** est, † quod filiifamilias testari non possint, etiam patre permittente. *l. qui in potestate. de testamentis.* Alexander & Iason in *l. senium.* *C. qui testamenta.* nisi de peculio castrensi, vel quasi. *l. vlt. C. de inofficio.* Imò testari non possunt de bonis, quorum vsusfructus ad patrem non pertinet. *l. vlt. C. qui testamenta.* Sed quæritur an possint testari fauore piæ causæ patre permittente?

2. Et † verius est posse testari. Alexander *ad legem primam. §. hoc autem ad Trebellianum.* Aretinus in *l. qui in potestate. de testamentis.* Tiraquel, *de priuilegiis pie causa, priuilegio 78. cap. licet. de sepulturis.* ubi Bonifacius scripsit filiumfamilias posse sibi eligere sepulturam patre permittente, & eligere sepulturam, dixit, *pro legare sepulture causa.*

Adhuc quæritur, an filiusfamilias testari possit fauore liberorum? & † placet si filiumfamilias testari posse fauore liberorum patre non consentiente. Benedict. *ad cap. Raynutius, in verbo, matrem, numer. 11. 12. & numer. 5.* quia idem fauor est, & eadem ratio in testamento inter liberos, & in testamento fauore piæ causæ. Accedit quod in testamentis & dispositionibus fauore liberorum, solum ius gentium spectamus, non formam, nec præcepta iuris ciuilis, quo iure constitutum fuerat, vt solus paterfamilias, non filiusfamilias, testaretur. Certum ergo est, filiumfamilias non posse testari nisi fauore piæ causæ patre consentiente, vel fauore liberorum. Sed † quæritur si filiusfamilias viuo patre testamentum fecerit, & postea pater moriatur filio superstite, an testamentum reconualescat? & placet testamentum non reconualescere: nam quod ab initio nullum est, tractu temporis conualescere non potest: de hac quæstione habemus textum in *l. l. §. 1. ff. de legatis 3. l. si filiusfamilias. ff. de testamentis. §. 1 quibus non est permisum.* quod si non fecerit filiusfamilias testamentum, sed † fideicommissum

missum reliquerit viuente pa-  
tre , valet fideicommissum si  
filius patri superstes fuerit. *l. 1.*  
*§. 1. ff. de legatis 3.* Ratio eius  
rei est , quia legata & fidei-  
commissa ex sola voluntate  
disponentis pendent *l. penultima. de legatis 1.* *l. cùm propone-*  
*batur. de legatis 2.* *l. nutu. de le-*  
*gatis 3.* Quam ob rem huius-  
modi fideicommissa confir-  
mantur ex euentu si filius pa-  
tri superuixerit , & ideo testa-  
mentum factum à filiofamilias  
fauore piæ causæ , vel fa-  
uore liberorum conualefecit  
morte patris : quia in eiusmo-  
di testamentis solam volunta-  
tem disponentis spectamus.  
*cap. cùm esses, cap. relatum. de te-*  
*stamentis.*

6. Adhuc quæritur , † an fi-  
liifamilias in Gallia testari  
possint ? Sunt qui putant eos  
testari posse , quia non sunt in  
potestate patris : Galli enim  
non habent liberos in pote-  
state. *glossa in §. 1. de patria*  
*poteſt.* *Baldus in cap. 1. an mari-*  
*tus succedat.* *Alexander & Ro-*  
*manus in l. penult. C. qui testa-*  
*menta.* *Iason in l. 2. de vulgari.*  
*Panormitanus in cap. finali, de*  
*conversione infid.* *Connanus lib.*  
*2. cap. 13.* *Alciatus in l. potesta-*  
*tis. de verborum signif.* & *Parer-*  
*gen lib. 4. cap. 6.* & *lib. 2. dif-*  
7. *punctionum cap. 22.* Et † quod

filiusfamilias in Gallia possit  
de aduentitiis bonis dispone-  
re , existimat Benedictus in  
verbo , *matrem, numer. 22.* &  
*in tract. pupilla. substitut.* Tira-  
quell. *in tract. de retract.* *§. 1.*  
*glossa 9. numer. 60.* Boëtius in  
*conſuetud.* *Bituric. tit. de ſtatu*  
*perſon.* *§. 3.* Verius tamen est,  
ſi dicamus Gallos ſemper ha-  
buiffiſe filios in potestate. Pro-  
ſper Aquitanicus testatur  
Aquitanos in ſuos liberos pa-  
tria potestate vſos fuiffiſe : id  
probatur per textum *in l. ſi*  
*quis inter. §. 1.* & *§. vlt. de ex-*  
*cusa. tutorum.* vbi fit mentio re-  
ſcripti ad Legatum Lugda-  
nenſem ; & ibidem fit etiam  
mentio filiifamilias , qui erat  
in potestate patris. Itaque  
apud † Gallos patres libe-  
ros in potestate ſemper ha-  
buiffiſe certum eſt , non ſolum  
in patria Occitana , quæ ex  
vnione comitatus Tholofani  
Coronæ Regni Franciæ iure  
ſcripto regitur , vt docet Be-  
nedictus *in verbo* , & *vxorem.*  
ſed etiam in Aquitania cæte-  
riſque huius Regni prouin-  
ciis , in quibus extant con-  
ſuetudines de liberorum  
emancipationibus , & de mo-  
dis quibus filij liberantur à  
patria potestate , quo argui-  
tur pattiam potestatem apud  
Gallos receptam fuiffiſe. Ex-  
tat

- tat etiam pro patria potestate  
Senatus consultum Parisiense;  
cuius meini init Chassaneus in  
confuet. tit. des enfans de plu-  
sieurs liés, §. 30. Aliud quo-  
que eiusdem Senatus placitum  
commemorat Imbertus  
in Enchiridio, in verbo, Gallorum  
9. filij. Et opinionem glossæ + in  
dicto §. 1. de patria potest. con-  
demnant plerique ex inter-  
pretibus, Lancellotus in tract.  
pupillaris. Ripa in l. 2. de vulga-  
ri; & multi alij. Nec obstat  
10. quod Iustinianus + scripsit ius  
patriæ potestatis esse propriū  
ciuium Romanorum: nam  
certum est, patriam potesta-  
tem esse iuris naturalis, quod  
ex Aristotele lib. 8. Ethic,  
euinci potest in his verbis, na-  
turā pater filiorum, aius nepo-  
tum imperium obtinet. l. pronun-  
ciatio. § familiæ. de ver sig. ibi,  
iure. proprio familiam dicimus  
plures personas, que sunt sub  
vnus potestate, aut natura, aut  
iure subiectæ, puta patremfami-  
lias. Nec obstat + lex patre fu-  
rioso. ff. de his qui sunt sui vel a-  
lienii iuris. vbi Vlpianus in hac  
verba, cum ius potestatis moribus  
sit receptum. Nam responde-  
mus quod in ea lege Vlpiani-  
nus non negat ius patriæ po-  
testatis esse iuris naturalis, &  
à natura institutum: verum vult  
docere ius illud à natura pro-

fectum moribus receptum es-  
se; & vt putauit Connarus,  
hæc patria potestas moribus  
dicitur recepta à Romanis  
quod eam non acceperint ab  
Atheniensibus, vel Lacedæ-  
moniis, vel à duodecim suis  
tabulis, sed multo antè ab Ur-  
be condita sibi Romani eam  
potestatem in liberos vendi-  
cauerint, non lege lata, sed  
sponte atque omnium ciuiū  
approbatione: minus etiam  
obstat, quod idem Iustinianus  
scripsit, + ius patriæ po-  
12. testate proprium esse ciuium  
Romanorum, nec enim hoc  
ita accipiendum est, vt ius  
illud primò Romæ natum sit,  
& inuentum, vel quod alij po-  
puli non habuerint ius istud,  
aut à Romanis acceperint,  
verum quod illud ius Roma-  
ni suis moribus reperint,  
statim ab initio Ciuitatis, non  
à Græcis aut aliis nationibus  
instructi: præterea Iustinianus  
ibi hoc limitat dum ait, nul-  
lam gentem esse, quæ tales  
potestatem in liberos habeat,  
qualem habent Romanis; mul-  
tas enim constitutiones fecer-  
ruint circa pattiam potesta-  
tem, quæ alijs nationibus  
communes non erant: non  
vult ergo Iustinianus docere  
ius patriæ potestatis ad solos  
Romanos pertinere: ergo + 13.  
K filij

- filiij Gallorum sunt in potestate parentum, & pater illis pupillariter substituere potest,
14. & t̄ filiifamilias exceptis casibus supradictis testari non possunt in hoc Regno. Sunt tamen quædam consuetudines in hoc Regno, quibus receptum est, patrem qđi filium in matrimonium collocauit, & pactis dotalibus ei aliquid donauit, & filius seorsum viuat à patre, vel in domo patris tanquam paterfamilias, vel filiam dotatam, pro emancipatis haberi; ita vt testari possint, vt videre est in consuetudinibus Tholosanis, sub titulo *de emancipatione liberorum*. Et quòd hi hberi testari possint, docet Benedict. *ad cap. Raynulfi, in verbo, matrem, num. 24. & 25.* Ferronus in *consuet.* Bürdeg. *tit. de statu personarum. §. 2.* Chopintis *in consuetud.* Parisien. *lib. 2. tit. 4. num. 7.* Meynard. *lib. 5. cap. 2.* & ita iudicatur in hoc Parlamento. Vide Boëtium *in consuet.* Bitur. *cap. 2. de iure & statu person.* vide Sanxon. *in consuet.* Turo. *sub titul. de emanca- pa Pyrrhum in consuet. Aurelia. tit. quibus modis ius patriæ.* Ioannes Faber *in §. 1. de Tertullia-*
15. *no, existimat t̄ filias in hoc Regno dotatas pro emancipatis haberi, & in §. 2. quodcum*

*eo. Masuer. in tit. de dote & matrimonio. §. item de consuetudine. Tiraqucl. de legibus con-nub. l. 1.* Porrò hæ consuetudines vt filij pro emancipatis habeantur, habent locum in his quæ vtilia sunt liberis: nam si inutilia sunt & dannosa, pro emancipatis non habentur. Bened. *in ver. si absque liberis. in tract. de pupil. substit. numer. 45.* Sanxon *in consuet. Turon. tit. de emanca- pa. argumento eorum quæ scripti Bartolus in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui. glossa & Baldus in l. nepotes. ff. eodem titul. Similiter t̄ dignitas Episcopalis liberat filium à patris potestate, in his quæ ei vtilia sunt.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**I**N hoc Parlamento Tholosano iudicatur vt filiisfamilias testari possit fauore liberorum sine patris consentia. Meynardus refert ita iudicatum lib. 7. cap. 19. *in collectione Arrestorum.* & lib. 5. cap. 1. & 2. & ita iudicatum fuit relatore D. de Gargas Senatore meritissimo vigesima quinta Novembris 1604. inter Mariam de Thoron, & Franciscam de Thoron.

Q V E

## Q VÆST. XXII.

Bonorum appellatione, an iura & actiones continentur, item an appellatione mobilium, vel immobilium, & utrum bona venalia appellatione bonorum comprehendantur.

## S V M M Æ R E R V M.

1. Bonorum appellatione continent bona mobilia & immobilia; item iura & actiones.
2. Verbum meum, declaratum.
3. Chassanei lapsus.
4. Bonorum appellatione an continentur venalia.
  
5. **D**onorū + appellatione continentur bona mobilia & immobilia. l. bonorum. §. 1. de verb. sign. continentur etiam iura & actiones. l. Princeps bona. ff. codem. l. nomen. C. quæ res pignori. l. si legatus. §. si quis bona. ad Trebell. Tiraq. ad l. si unquam, in ver. bona num. 7. C. de reuoc. don. Quod & in penalibus obtinet. l. si ademptis. C. sentent.

passio. Guido Pap. quest. 341. etiamsi pronomen *meum*, adiectum sit: ut si scriptum sit, *bona mea*. Nam iura & actiones continentur. Bartol. in L. Quintus. §. argento. de auro. l. uxori mea. de usu legato. l. meorum, & ibi Alciat. de verb. signi. Nam pronomen *+ meum*, non 2. restringit significationem nominis *bonorum*.

Quod si fiat mentio bonorum mobilium & immobilium, tunc iura & actiones non continentur: nam iura & actiones constituant bonorum speciem diuersam à mobilibus & immobilibus: nec iura mobilia & immobilia dicuntur. l. à Dino Pio. §. in venditione. de re iudic. l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. Tiraquellus fusè de retract. consangu. §. 1. gloss. 7. Guido Pap. quest. 584. Quare in donatione mobilium & immobilium iura non continentur, nec actiones. Oldr. consil. 219. Bart. in l. si. de usufr. leg. Guido Pap. quest. 211. De cius in l. 1. de rebus creditis. & consil. 237. Capella Tholosa. questio. 515. ad l. si. C. de pactis. Idem est in publicatione bonorum mobilium & immobilium, quæ non comprehendit iura & actiones. Baldus & Alexander in l. si inconstante.

§ si solut matr. Alex *conf. 244. vol. 6* vbi assert hoc obtinere nedum si simpliciter bonorum mobilium & immobilium facta est mentio , sed etiam si generaliter & uniuersaliter quis dixerit, omnia bona mea mobilia & immobilia , ita ut per vniuersalem clausulam, omnium bonorum, iura non comprehendantur, quoties mobilium & immobilium facta est mentio Bart. *conf. 50.* Decius *conf. 30 & 237.* Capella Thol *quest. 315.* Guido Pap. *decis. 211.* Alij tamen contrarium putant, si facta sit mentio generaliter omnium bonorum mobilium & immobilium , ut hoc casu actiones continentur. Molinaus ad Alex *conf. 45 vol. 1.* Didac in cap. relatum de testam. Alciat in l. mouentum de verb. 3 signi. Itaque † ciruuit Chassaneus in consuetud Burgund tit. des confiscat § 1 in verbo, appartenent , scribes publicatis bonis mobilibus nomina debitorum continet, si iura & actiones ad mobilia competant, sanè in criminibus vbi à lege omnia bona publicanda sunt, sententia publicationis, in qua mobilium & immobiliū mentio facta est, secundum iuris dispositionem , est interpetanda ut iura & actiones con-

tineantur. Molin ad Alexan. *conf. 244 vol. 5.* Sanè in hypothecis , quia de minimo præiudicio agitur, bonorum mobilium & immobilium appellatione iura & actiones continentur , tum quia agitur de minimo præiudicio , tum etiam quia verisimile est contrahentes etiam de iuribus cogitasse , tum quia adiectio, mobilium & immobiliū ex consuetudine & errore Notariorum magis procedere videtur, quam ex mente contrahentium, ut notat Bart in l. 1. de codicilla. Accedit quod cā quae instituta sunt ad augendum, non debent operari diminutionem. l legata inutiliter. de legat. 1 nec mutat substantiam verborum non necessaria multiplicatio l pediculis. § Labeo. de auro & argente Non defunt tamen qui idem sentiant in hypotheca quod in donatione. Negusianus de pignor. part. 2. Sed prior opinio verior est. Præterea bonorum appellatione, iura & actiones non continentur quoties locus adiicitur , vel bona ad certum locum referuntur , iura enim & actiones non circumscribuntur loco l Caus de legat. 2. l si fideicommissum §. tractatum. de iudic Tiraq ad l si inquam, in verbo bona.

*bona numer.* 9 Bald. *in l 1. de statu hom.* Alciatus *in l. nominis de verbo sig l. questum § 1. de leg.* 3. *l quæsum.* § *pen. versic.* Papinius. *de fundo instruēt.* Hoc verum est etiam si verbū generale vel vniuersale aduietur loco, puta, omnia bona, quæcumque bona, vbi cumque sita sint, in tali loco. Iason *in d. l à Dno Pto §. in venditione & conf. 5 volum.* 3. & *in l. stipulatio hoc modo de verb oblig.* Decius *confil 237.* Tiraq *de retract consang.* § 1. *gloss 7. numer 29. per dictas leges, l. generali §. uxori de usufructu legato. l. si mihi de leg 3.*

4. Quæritur † an generali bonorum appellatione venalia contineantur? Sanè in contractibus confitentur omnes venalia continei Baldus *in rub. de verb signif* & *in l. 1. de statu hom.* Alex. *in l. si constante. soluto matr arg l cum tabernam de pigno.* In legatis vero non omnes conueniunt sunt qui venalia putant non contineri. Bald *vbi sup.* Decius *conf 76* & *381.* & *in l 1. de reg iur.* Sozin *in l qui Romæ § Callimachus de verb oblig.* Benedictus *ad cap. Raynatius, in verbo, cetera, numer 15.* Quorum opinio probauit potest, primò ex l generali. § *uxori de usufructu leg.*

Secundò ex l. *pediculis.* §. *cum quereretur de auro & arg.* Terterò ex l *seruus de legatis 3.* Quarto ex l 1 C. *de verb signific.* At verius est, legato generali venalia continet glossa in d. § *uxori,* & in d. § *item cum quereretur Alex. conf 118. volum 5.* Afflict. *decis 106. numer 6.* quod & leges suprà citatæ probant nam in d. §. *uxori,* non comprehenduntur venalia, quia ibi non erat legatum simplex, sed relatum ad locum, vbi res erant sit, in loco autem censem nequeunt, quæ ibi existunt, ut quam citò inde transferantur l *questum.* § *predia de leg.* 3; l *ex facto de heredib instit.* Secus ergo esset, vbi nulla loci mentio facta fuisset Didacū lib. 2. variar. cap 5. Lex vero seruus, de leg. 3 suprà citata § item cum quereretur, non loquitur de legato generali bonorum vel rei, sed de legato certæ rei, vel bonorum specie, quo casu non negabo venalia non continentri latius enim protrahitur legatum generale bonorum, quam bonorum certæ speciei. Eodem modo dilui potest lex primi, de verbis significatiō ibi enim agitur de legato generali rerum vel bonorum Præterea in legato predictij instruēti non continentis alia quam

quæ erant natura alia prædiorum, vel ex se, vel ex vsu dominij, non prædij, nomen rerum, comprehendit res diuersas, quæ ibi existunt; qualitas vero instructi prædij non refertur ad acciden talia planè, vbi legatum ad alia referri non potest, quam ad venalia, etiam si sit certorū bonorum, sed comprehendit venalia, ut constat ex d. §. item cum quere retur. Paulus, Iason & alij in d. I. i. C. de verb. sig. Iason in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig..

## QVÆST. XXIII.

*De institutione & legato, & donatione in favorem Ecclesiae & locorum piorum: & quo tempore Ecclesiis relinquere permisum fuerit, & quando capaces fuerint relictorum, & quod piæ causæ semper aliquid relinquendum sit, & quod magis fauetur piæ cause, quam liberis, & de amortisationibus.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. Ecclesia bonorum relictorum capax. limita ut num. 8. num. 10. & seq.
2. Canonis futuram. 12. quest. 1. inscriptio falsa.
3. Lex i. C. de sacros. Eccles. ab rogata.
4. Legatum Deo factum apud Ethnicos.
5. Donatio coniugi facta, ut Deo consecretur.
6. VVicelij lapsus. .
7. Ecclesia bona sibi relictæ alienare an & quando posse.
9. Manicheorum error.
11. Petrus Iacobi refellitur.
12. Ecclesia difficile labitur.
13. Injustia cultrix est.
14. Explicatur c. i. de immunit. Eccles.
15. Amortisatio ab indemnitate differt.
16. De legatis Ecclesie.
17. Parentum legitima utrum minui possit favore pia causa.
18. An eo intuitu interdici Falcidia, vel Trebellianica.

**O**c loco obseruan dum est † Ecclesiæ bonorum prophanorum capaces esse, & liberum esse hæreditates, siue bona prophana eis relin

relinquere, quodd à Constantino singulari beneficio Ecclesiis indulatum crediderint omnes ferè interpretes. argum.

2. text. *in + can. futuram* 12. quest. 1. quod quidem caput falsò Melchiadi Papæ ab Iuon. Burcardo & Gratiano adscribitur. August. Eugubinus *lib. 1. de donat. Constant.* Contrà Laurentius Valla adnotauit; nam Melchiades ad tempora Imperij Constantini minimè peruenit, quia martyrio coronatus est, teste Damaso, quem Platina sequitur; licet Marianus Scotus Melchiadem primo Imperij Constantini anno Pontificatum adeptum, & quarto eiusdem Imperij anno supplicio affetum scripscrit: quod etsi verum esset, fieri non potest caput illud ab eo editum; in eo enim Synodi Nicenæ mentio fit, quæ proculdubio longè post Melchiadem celebrata fuit: nam eodem Scoto auctore, Melchiades obiit anno 324. Synodus verò celebrata fuit anno 337. quare expungendum caput illud *futuram*, nonnulli censuerunt: nam & certum est, ante Constantium concessum Ecclesiis hæreditates capere: Licinia enim virgo sanctissima, Marcellus scilicet Ecclesiam Romanam

fecit hæredem, vt refert historia tripartit. lib. 1. cap. 9. Polydo. Virgilius lib. 6. de inuent. rerum, cap. ultimo. quo cognito Maxentius ira incensus, Liciniam ad tempus relegauit, & Marcellum ad custodiam iumentorum, & animalium damnauit, & longè antea Vrbanus I. imperante Alexandro hæreditates & possessiones, quas vendere solebat, Ecclesiis retinere permisit, & ex sumptibus earum vivere, vt *in constitutione eius decretali, & can. videntes* 12. quest. 1. vt docet Platina *in vita Urbani*. Ex quo apparet longè ante Constantium hæreditates Ecclesiis relictas & acquisitas fuisse, imò ante Vrbanum Pius Papa I. prædia diuinis usibus dicata in prophanos usus converti vetuerat, *epist. decret. 2. can. prædia* 12. quest. 2. quæ quidem constituentio de aliis prædiis quam Ecclesiæ donatis intelligi non potest, quinimo & viuentibus ipsis Apostolis Episcopi quasdam res habebant proprias, quasdam quæ ad Ecclesiam pertinebant, & Dominicæ appellabantur, *can. Apostolorum* 40. *can. sint manifeste* 12. quest. 1. quæ rerum cura & administratio incumbebat Episcopo. *can. Apostol.* 38. quibus quoque canonibus

Aposto

Apostolicis vetitum erat rusticas possessiones vendere, & redditus Ecclesiasticos. *cap. Apostolicos. 12. quæst. 2.* Ecclesia ergo tunc prædiorum, & agrorum capax erat. Sanè Constant. cùm fide Romanorum firmasset imperium. *I. Dini. C. de natural. liber.* quo liberiūs hæreditates & legata relinquunt possent Ecclesiis, + legem primam, *C. de sacros. Ecclesiis*, promulgauit. Verum aliquot post annos Valentinian. Vahlen & Gratianus lege lata Clericis vel Monachis, aliquid quacunque liberalitate viduarum extremo iudicio adipisci vetuerunt, quam legem Theodosius, & Arcadius, ac deinde Martianus abrogarunt, vt constat ex Nouella Martiani *sub tit. de testamentis Cleri. I. generali. C. de sacrosanctis.* eaque lege abrogata Constantini beneficio Ecclesia potita est. Itaque D. Hilarius Arelatensis Episcopus, quod illa tunc habebat Ecclesia, non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliavit, vt scribit Prosper Aquitanicus *lib. 2. de vita contemplat. cap. 9. can. expedit 12. quæst. 1.* Beata Pulcheria moriens, substantiam omnem Templis Dei & pauperibus

dedicauit; cāmque donatiōnem Martianus Imperator gratam habuit, vt scribit Niccephorus *lib. 15; cap. 15.* Et cùm mater Ætij & Alipij quædam Ecclesiæ testamento legasset, neque filij eius voluntati satisfacerent, D. Gregorius Nazianzen. qui Theodosio seniore imperante floruit, *epist. 8. cos* monet, atque hortatur quām primum legata præstare, testatūrque non defuisse qui suapte sponte facultates omnes Ecclesiis obtulerint. Legimus Guntzum Regem multa Ecclesiis contulisse; & testamenta eorum, qui Ecclesiis hæredes instituerant, à Chilperico cōpressa restaurasse. Greg. Turonens. *lib. hist. 7. cap. 7.* Visigothorum legibus licebat quacunque res sanctis Dei basilicis donare. *lib. 5. tit. 1.* Sanè Gallorum Reges antiquiores multa largiebantur Ecclesiis, quod ex Gregor. Turonensi Amm. Monacho, Ottone Phrisingensi & Galliæ annalibus colligere licet. Vtinam ex animo nostro nunquam discedat D. Augustini consilium sermo. *52. de vita & morib. Clericor. ad fratres in herero,* qui sermo etiam exaratus legitur in Concilio Aquilagrensi sub Ludouico *cap. 113. Christi*

*Christianus moriens*, ait Augustinus, *faciat quod s<sup>e</sup>pe hortatus sum: unum filium habet, putet Christum alterum; duos habet, Christum faciat & suscipiat.* Id ipsum monet D. Chrysostomus in epistol. ad Romanos capitulo. Homil. 18. & sermo. de Beat. redd. & quæ sequuntur. *Si Christiane*, inquit, *dum viuis bene egeris, potes tamen & post mortem bene agere: quo pacto si Christum in ipso testamento conscripseris heredem, partemque illi totius fortis tradideris, & postea relinquas filio*tuis* Christum coheredem; rursus postea, si neque filiorum tuorum coheredem Christum feceris, cum is te celorum ipsorum consortem reddiderit.* Et iterum, *si factus fuerit Christus filiorum tuorum coheres, & orphaniam illorum attenuabit, & violentias illatas dissoluet, sycophantorumque ora obturabit, & quæ sequuntur; quæ tamen cautè legenda sunt, his enim verbis hortatur fideles, non iubet.* can. placuit 10. quest. 2. Deinde hæ D. Augustini & Chrysostomi sententiae nos docent & comimonefaciunt, ne ob liberorum numerum Christum prætereamus: liberorum enim numerus parentes ab eleemosyna & liberalitate erga Deum minimè retardare debet: imò quo mul-

torum pignorum parentes sunt, plures sunt pro quibus Deum deprecari obstringuntur; multorum delicta redimenda, multorum precandæ conscientiæ: nam ut in hac vita seculari alendis sustinendisque pignoribus quo maior est numerus, hoc maior est sumptus; ita in vita spirituali atque cœlesti, quo amplior fuerit pignorum copia, esse & operum debet maior impensa. Sic & Iob sacrificia numerosa pro liberis offerebat, quantusque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo & numerus hostiarum. D. Cyprianus in sermo. de eleemosyna, etiam nos docet Christum instituere heredem. In tutto enim hereditas ponitur, quæ Deo custode seruatur: patrimonium siquidem Deo creditum, nec Respublica eripit, nec fiscus inuidit, nec calumnia aliqua forensis euertit. Porro ubi Deus vel Christus instituit, hereditas defertur Ecclesiæ loci illius in quo testator domicilium habet. §. si quis in nomine magni Dei. Nouell. 131. de Eccles. tit. vel pauperibus hereditas distribuitur ex constitutione Emanuelis Comegni, quæ extat lib. 1. inris Orientalis, sub tit. de execut. testam. ibi,

*Christo dulci, iusto ac mundo salutari nomine berede scripto. & postea, hoc autem videntur facere cum pauperibus qui substantias suas diuidi precipiunt.*

4. Olim apud Ethnicos † Deo legatum factum utile erat *l. mancipium.* §. 1. ff. ad *l. Falcid.* Donatio † quoque facta coniugi ut Deo detur, vel consecretur, puta ut oleum in æde sacra ponatur, valet. *l. si sponsus.* §. concessa, de don. inter. quo argumento legatum factum pro lumine Ecclesiæ utile & pium iudicamus. *cap. final.* de testam. Bald. in *l. omnes,* & *l. si quis ad declinandum.* *C. de Episcopis & Clericis.* Itaque cum Ethnicorum relicta Deo ignoto probata fuerint, vero Deo vel eius Ecclesiis à Christianis legata facta inutilia esse passi non sunt Christiani Principes. Veruntamen his aduersari videtur quod in veteri lege vetitum fuerit filiis Leui possessiones habere, vel partem cum fratribus, *Deutero. cap. 10.* iussimque eis viuere de decimis & oblationibus, *Numerorum 18.*
6. *Ezechiel. cap. 44.* quibus locis † VViclef probare contendit Sacerdotes vel Leuitas hæreditatum ac possessionum incapaces fuisse; quod tamen à vero alienum est: nam & Le-

uitis dare vrbes & agros Deus iusserat, *Numer. 35.* & *Iosue 21.* ibi, dederunt filii Israël Leuitas ciuitates & suburbana earum, sicut præcepit Dominus. Licet enim in prima diuisione terra Iudææ non habuerint Leuiti partes cum aliis tribubus, facta tamen priore diuisione præceptum fuit aliis tribubus dari Leuitis quadraginta octo ciuitates, & suburbana illarum quod amplius probari potest *Leuit. 25.* ubi ædes Leuitarum quæ in viribus sunt, perpetuo redimi possunt, & si redemptæ non fuerint, in Jubilo reuertantur ad dominos suos quum domus Levitatum pro possessionibus sint inter filios Israël. hoc ipsum probat *Aet. 4.* ubi fit mentio Iosephi, qui cognominatus est Barnabas Leuita, qui possiden agrum vendidit illum. & *Ezechiel. cap. 42.* ubi de Lyra. Præterea *Numero. 28.* non prohibentur Leuitæ iure aliquid possidere, sed prohibentur in terra eorum, hoc est, in terra Iudæi: licebat ergo eis agros possidere extra terram Iudæi. Denique poterant Leuitæ possidere agros ex voto & oblatione fidelium, *Leuit. cap. ultimo;* quinimo & emptione post priorem diuisionem poterant acquirere in terra

terra Iudeæ, *Ieremia* 32. erat enim Ieremias de tribu Leui. Ex quib. palam sit Ecclesiam inter fideles semper bonorum prophenorū capacem fuisse, sive bona ei querantur testamento, vel contraetu. quo argumento Petrus Iacobi, *in pract. tit. de successio. Regum Franc.* notat Galliæ legem, qua Ecclesiis, collegiis vel monasteriis, prohibetur bona prophana retinere sine amortificatione, nulla ratione nisi: nam, ait ille, *Ecclesia, utroque iure, ciuili & pontificio, bona prophana acquirit testamento, emptione & donatione.* I. illud. C. de Episc. item prescriptione. can. placuit 16. q. 3. consuetudine. cap. penult. de immunit. Ecclef. acquirit autem domos, prædia & alias possessiones. cap. 1. de immun. Ecclef. apud Bonif. præterea ait ille: *ideo apud Gallos Ecclesia non retinet bona legata, vel donata, nisi mortua manus lege solutatur, quod Regi vel dominis damnum inferatur; propter laundimia & publicationes, sive confiscationes.* Cùm enim Ecclesia non delinquat, nec alienare possit; dominus amittit laundimia, iusta caduca & confiscationes, cui ratiocinatio ita Petrus Iacobi occurrit, quod pleraque sint in Regno allodia, in quibus

Rex noster laudimia vel alia iura percipere non consuevit: quare nullum, et si cā querantur, Ecclesia Regi irrogatur præiudiciū. Deinde † Ecclesia bona sibi quæsita alienare potest ex causa: & generaliter ubi vel necessitas, vel utilitas versatur. §. nos igitur. de non alienand. can. sine exceptione. 12. quæstio. 2. Ecclesia etiam delinqueret potest, eiisque patrimonium publicari. l. iubemus. C. de Episcop. Accedit quod aduersa fortuna eius, qui delinqueret potest, non sit expertenda. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. Postremò ait Petrus Iacobi, *consuetudo qua Ecclesia immunitas vel libertas minuitur, nullius est momenti.* Auth. cassa. C. de Episcop. cap. 1. de immunit. Ecclef. apud Bonifac. ubi nominatim prohibetur Ecclesiæ cogere ad distrahendum, alienandum, aut extra manum suam ponendum acquirendam vel acquirendam. Tandem adde permissionem Principis male appellari amortificationem, cùm vinificatio nuncupari debeat, quia fit ad vitam & salutem animæ Regis: cuius animæ non modica iactura fit, dum Ecclesiæ bona retinere prohibet, nisi finaciā vel tributum pendat. hæc Pet.

Iacob. cui addo quod Symmachus lib. 1. epist. 40. scripsit, fiscum bonorum Principum, spoliis hostium, non Sacerdotum damnis, augendū. Damnatur Imperator Phocas, quod lege lata cauerat, ne Ecclesiae immobilibus locupletarentur bonis, ut ait Cedrinus, & alij, necnon lib. 1. iuris Orientalis. Quibus non obstantibus optimo iure receperunt est, Ecclesiæ, ciuitates, ceteraque corpora manus mortuæ, (ut Polydor. Virgilius lib. 17. *Angelica hiffor.* adnotauit) acquisitionum bonorum capaces esse, in præiudicium Regis & dominorum: at cogi bona eis quæ sita distracthere & emancipare intra annum. quo etiam iure vni sunt multis ante sæculis Principes nostri: extantque apud Rationales in eam rem constitutiones D. Ludouici, nec non Philippi III. Philippi Pulchri, Ludouici Utini, Philippi Longi, Philippi Valeſi, Caroli V. VI. & aliorum Regum, qui hucusque eis successerunt. Paria etiam iura obseruant Hispani & Belgæ, constitutione lata à Carolo V. quam multis rationibus probat, & ruetur etiam Driedo lib. 2. de Christiana libertate. cap. 3. Porro huius iuris Gal-

lici meminerunt Faber in l. quoties. C. de rei vendic. Aut. ingressi. C. de sacrosanct. & in §. 10. quibus modis ius patrie potestat. Henricus Bohic. in cap. ex literis. de consuet. Mafuer. in tit. de locato. §. item, si res data. & in tit. de prescriptio. §. item si Ecclesia. Sanxoa in consuetud. Turon. de indemnit. §. 1. Benedict. in cap. Raynatius, in verbo, & uxorem, decis. 1. & decisi. 5. Gallus quæst. 69. Boëtius in titul. de iurisdict. omnium indic. §. 21. & quæst. 263. Molinæus in consuetud. Parisiens. Huius autem iuris variæ rationes afferri solent à Benedict. in verbo, & uxorem. Ægidio Magistro titul. de amortissimis, Chopino lib. 1. de Domanio, cap. 24. Grasalio in tract. regalio. Francie. Prima, quod lege Mosis incapaces prædiorum ac possessionum fuerint Leuitæ. At hac ratio falso fundamento nititur, ex his quæ iam suprà docuimus: altera vero quod naſcente Ecclesia Clerici prædia & possessiones vendebat, ac pretium earum in communem usum conferebant. Ad cap. 5. can. futuram, & can. viidentes 12. quæst. 1. D. Chrysostomus homil. 86. in Mattheum. Verum hic locus Actorum ad rem minimè pertinet, neque de

de Clericis loquitur, quinimo generaliter de his qui in Christum crediderunt, qui possessiones tunc vendebant, quia, ut ait Anacletus, sciebant Ecclesiam in Iudea parum duraturam: præterea volentes vendebant, non verò ex præcepto; nulla enim lege sancitum vel iussum fuerat, sed charitate & dilectione fraterna moti, pretia ante pedes Apostolorum ponebant, ut tanquam communibus & superabundantibus distribuerentur.

Itaque caendum est ab  
9. errore † Manichæorum, qui existimabant Religioni Christianæ aduersari, agros & prædia possidere; quorum errorum refellit D. Augustin. in lib. de morib. Eccl. Cathol. contra Manichæos lib. 1. cap. 35. & cap. 40. Eodem errore imbuitos legitimus hæreticos quosdam, qui se Apostolicos nominabant, & possessores rerum prophanarum vita aeterna indignos prædicabant, quos D. Augustinus refutat. Horum etiam meminit Epiphanius tom. 1. lib. 2. cap. 61. Eundem errorum hac tempestate instaurarunt Anabaptistæ. Tertia in medium adferri solet causa, quare sacra sodalitia bona prophana retinere

nequeant sine permisso Principiis, quia iure nostro non licet aliquid consacrare sine permisso Imperatoris, nec locus sacer dicitur priusquam ab Imperatore vel eo mandante dicatus sit. l. *sacra. ff. de rerum diuision. l. fin. ff. ut in possessio. legat.* Sed neque hæc loca ad nostram accommodari possunt consuetudinem: nam aliud est consecrare, aliud Ecclesiæ donare. Porro de veteri ritu templo consecrandi plura apud Alexand. ab Alex. lib. 6. genial. dierum cap. 14. Licet ergo locus consecrari non possit iure Digestorum sine permisso Principiis: poterat tamen templo donari inscio Imperatore vel Principe. l. omnia. §. final. ff. de annuis legat. Plenius Albertic. d.l. *sacra. Belluga in speculo Principum. cap. de amortisatione.* Postrema ratio, quæ & probabilior est, ut ideo Ecclesiæ ciuitates, cæteraque corpora mortua nequeant post annum bona ipsis quæsita retinerè, sine venia & amortisatione Principiis, propter dampnum, quod Principi vel dominis interrogatur: nam ubi prædiorum, quæ Ecclesiæ donantur, vel aliquo modo queruntur, directum dominium pertineat ad Regem, vel aliquem ex Regulis,

& cùm Ecclesia non moriatur, neque passim aut facilè ea distrahat, perdit Rex vel Regulus laudimiorum iura, nec non ea quæ mutatione vasalli, vel emphyteotæ acquiri solent: præterea raro Ecclesia delinquit, quare Princeps ius confiscationis amittit: nam Regi nostro confiscatio competit, etiam eorum bonorum quæ sub ditione aliquius vasalli sita sunt, in quibusdam casibus, puta in criminis læsa Majestatis, falsæ monetæ, & similibus: quam quidem rationem obseruasse videtur Baldus *in proœmio feudor. §. quinta diuisio. Specul. in tit. de locato.* §. nunc aliqua, vbi Ioannes Andr. Oldradus consil. 17. quòd autem ratione eius quod interest Regis vel alterius domini, Ecclesia cogatur bona sibi relicta vel aliter quæsita distrahere, &, ut vulgo dicitur, extra manum suam ponere: ex eo apparet quòd Ecclesia iure & ritè omnia acquirat testamento vel cōtractu, & capax sit omnium relictorum ac lucrorū; sed † cogitur distrahere reseruato sibi pretio quod in commoda & utilitates Ecclesiæ conseruari debet. Imò Ecclesia potest bona ipsa retinere, si ius morticinij impetraverit; quod

10.

quidem non denegatur si Regi certa summa pendatur vice partis tertiaræ bonorum, quæ in scripto iuris morticinij continebatur: quæ quidem tercia pars ab Ecclesia, vel a corpore mortuo ex ordinatione Caroli V. fisco præstanda erat. Cuius ordinationis meminit Ægidius Magister præses Parisi. *in tractata des. a mortissimis.* Ea autem summa vice partis tertiaræ exoluenda est, quo Regis iactura pensetur. Addo quòd inferiores Reguli & domini, non possint cogere Ecclesiam bona distrahere, vel extra manum suam ponere, si Ecclesia malit indemnitatē præstare, hoc est, certam summam loco iurium utilium, quæ probabiliter dominus percepturus est, vel vicarium dare morientem & viuentem. id est, quo moriente iura consueta domino præstantur, & si res censualis fuerit, certa summa nomine laudimiorum pendatur. Dare etiam tenetur Ecclesia vicarium confiseantem, cuius noxa vel felonias feudum appetiatur, vel publicetur, ut docet Ægid. Magister, vbi supra: quamuis Molinæus *in consuetud. Parisi. tit. des matieres fraudulees,* §. 41. *in antiqua editio.* putet verum non esse Ecclesiam

siam cogi dare vicarium confiscantein. Sed sanè decipitur: nam prior opinio vñu recepta est, quod & ille confiteretur, ex tantque Senatus placita apud Aegid. Magist. cap. 6. nam ali- ter dominus non succurreretur, quorum interest non solùm propter iura vtilia, sed propter publicationes sive confiscações: quare domini- nis, quibus merum Imperium competit, etiam si non sint domini directi, cogitur Ecclesie vel indemnitatem præsta- re, vel hominem confisca- tem. Masuer. *in tit. de locato.* §. item si res data. & *in tit. de pre- scriptiōnib.* Benedict. *in c. Ray- nutius, in verbo, & uxorem, de- cis. 5. num. 2.*

Porrò argumenta Petri Ia-  
nii. cobi † facile dilui possunt; nam quod ad primum per-  
nit, fatemur utroque iure bona  
acquiri Ecclesiis: at Gallo-  
rum iure receptum esse Ec-  
clesiam ea quæ sibi quæsita  
sunt retinere non posse post  
annum: queruntur ergo bona  
Ecclesiæ iuxta iuris nostri  
constitutiones. at cogitur Ec-  
clesia distrahere; ita tamen  
ut pretium in vtilitatem eius  
conuertatur, videturque Ec-  
clesia bona re ipsa retinere,  
quia qui pretio vtitur, re ipsa  
frui videtur. *vulg. leg. quia qui*

*pretio. ff. de rei vendic.* Eodem  
iure etiam Hispani vtuntur,  
vt constat ex Speculo *in can.*  
*de amortisat.* Paric etiam ferè iu-  
re vtuntur Angli ex lege E-  
doardi, quæ repetita est in  
magna charta Polydor. lib. 17.  
Quod verò de allodiis vati-  
cinatur Iacobi, æquè facile  
dilui potest: sunt enim qui  
contendunt nulla esse in Re-  
gno allodia, Regique nedum  
quoad protectionem & supre-  
mam iurisdictionem, sed et  
iam quoad dominium direc-  
tum, vbi non est alius domi-  
nus directus, bona omnia  
prophana sub Rege esse, ar-  
gumento eius quod scriptum  
est libro primo Regum cap. 8.  
Boërius *in consuet.* Bituric. §.  
23. *sub titulo de feudiis.* Sanxon  
*in consuetud.* Turon. *sub tit. des*  
*droict de basse Justice.* Corset.  
*in tract. de potest. & excell. Regis,*  
*queft. 59. & 503.* Præterea et si  
apud nos Gallos bona cen-  
fiantur allodialia, nisi de one-  
re appareat, in his nihilominus  
iactura afficitur Rex, pro-  
pter publicationes & confisca-  
ções. Masuetius *in tit. de*  
*prescriptiōnibus.* §. item si Eccle-  
siæ. Versatur etiam vtilitas pu-  
blica. Nam laici munera om-  
nia subeunt, Ecclesiæ verò ab  
his omnibus ferè eximuntur;  
quanto ergo plura bona pös-  
sident,

- sident , tanto plus oneris ac muneris laici ferunt & sustinent. Denique Ecclesia cæteraque corpora bona omnia immobilia successu temporis acquirerent; nisi Reges nostri impeditarent; quod verò pertinet ad alienationem , et si res Ecclesiæ ex causa alienari possint , innumeræ tamen solemnitates exiguntur , & raro accidit eas res alienari. Quare cum illud sit adeò difficile , & impossibile iudicatur. *I. apud Iulianum. §. fin. ff. de legat. 1.*
- Quod autem ad delicta pertinet, non facilè + Ecclesia delinquere iudicatur , neque enim Prælati culpa Ecclesiæ imputatur : multa quippe cōcurrere debent, ut vniuersitas delinquere videatur. Iason plenè in *I. ciuitas. ff. de reb. cred.* & in *I. iubemus. C. de Episcop.* Sanè etsi aduersa fortuna eius qui rem aliquam acquirit , ut possit crimē committere, non sit expectanda ; futuris tamen damnis occurrendum est. *I. Gallus. ff. de liber.* & posth. Cæterū etsi statura & consuetudines in perniciem libertatis & immunitatis Ecclesiasticæ , vanæ & inutiles sint : tamen hac lege Regni non minuitur libertas Ecclesiæ , sed ius Regis & dominorum conservatur : Ecclesia autem +*
12. net, non facilè + Ecclesia delinquere iudicatur , neque enim Prælati culpa Ecclesiæ imputatur : multa quippe cōcurrere debent, ut vniuersitas delinquere videatur. Iason plenè in *I. ciuitas. ff. de reb. cred.* & in *I. iubemus. C. de Episcop.* Sanè etsi aduersa fortuna eius qui rem aliquam acquirit , ut possit crimē committere, non sit expectanda ; futuris tamen damnis occurrendum est. *I. Gallus. ff. de liber.* & posth. Cæterū etsi statura & consuetudines in perniciem libertatis & immunitatis Ecclesiasticæ , vanæ & inutiles sint : tamen hac lege Regni non minuitur libertas Ecclesiæ , sed ius Regis & dominorum conservatur : Ecclesia autem +
13. net, non facilè + Ecclesia delinquere iudicatur , neque enim Prælati culpa Ecclesiæ imputatur : multa quippe cōcurrere debent, ut vniuersitas delinquere videatur. Iason plenè in *I. ciuitas. ff. de reb. cred.* & in *I. iubemus. C. de Episcop.* Sanè etsi aduersa fortuna eius qui rem aliquam acquirit , ut possit crimē committere, non sit expectanda ; futuris tamen damnis occurrendum est. *I. Gallus. ff. de liber.* & posth. Cæterū etsi statura & consuetudines in perniciem libertatis & immunitatis Ecclesiasticæ , vanæ & inutiles sint : tamen hac lege Regni non minuitur libertas Ecclesiæ , sed ius Regis & dominorum conservatur : Ecclesia autem +

quæ cultrix est iustitiae, nemini iniuriā facere debet. *§. 1. de alienat. feud.* Præterea dum Ecclesia cogitur distrahete , nisi ius morticinij impetraverit hoc non fuit institutum in perniciem Ecclesiæ , vel ratione Ecclesiæ : sed quia Ecclesia est corpus mortuum, vt & ciuitates & collegia cæteraque corpora , quæ non mutantur vel moriuntur , generaliter bona retinere nequeunt sine permisso Principis. Cum ergo lex generalis sit ad omnia corpora manus mortua per consequentiam Ecclesiæ ea lege comprehenduntur, quod non repugnat Ecclesiæ libertati: nam & statuta laicorum non improbantur in dñum Ecclesiæ, quoties per consequentiam Ecclesiæ nocent. Bald. in cap. *Clericis. de iudicis signoroll. consil. 19.* Bald. *consil. 9.* Decius *consil. 213.* Felinus & Decius in cap. Ecclesiæ de constit. plenissimè Lucas de Penna in *I. iubemus. C. de natiibus non excus.* ubi statuti, quo Ecclesia cogitur intra annum alienare , mentionem facit: illius etiam meminit Archidiocon: in cap. *Romana. de appellat.* apud Bonifac. Plenè Felin & Decius in cap. Ecclesia sancte Mariae. de constit. Ultimò non obstat + cap. *I. de immunitate Clericis*

*Clerico, apud Bonifac.* ibi enim nulla fit mentio legis Regni, sed dumtaxat de Scabinis, & quibusdam, qui in ciuitatibus iurisdictionem temporealem obtinebant, qui cogeabant Ecclesiæ onera quedam subire, taleas exoluere, vel bona sua distrahere. At in specie nostra Ecclesiæ cogitur non quidem à Scabinis vel aliis judicibus, sed ab ipso Rege & Regni legge generali, quæ omnia corpora manus mortuæ complectitur, quod per eam constitutionem Bonifacij *in dicto cap. i.* minimè vetatur. Præterea constitutio illa loquitur de oneribus quæ extra ordinem inducuntur: at nos agimus de onere ordinario, & perperuo, & quod quidem ab ipso initio impositum est. Porro ius illud manus mortuæ, quo Ecclesiæ exteraque corpora manus mortuæ coguntur inter annum bona profana eis relicta, vel aliter quæsita distraheret, non obtinet, primò quoad bona quæ fuerant Ecclesiæ acquisita ante constitutionem Philippi Pulchri, quod eiusdem Philippi altera constitutione, quæ extat apud Aufrerium *tit. de priuileg. cap. 14.* nominatim cautum est. Secundò locum non habet quoad bona quæ ad

construendas Basilicas, vel eas amplificandas atque auggendas, citra tamen redundantiam Ecclesiæ queruntur, quod eiudem Philippi constitutione eodem titulo *de priuileg. cap. 17.* expressum est, verbo, & uxorem. §. decif. num. 595. Et id obtinet nedum in bonis quæ pendent à Rege, verùm & in his quæ pendent à dominio alicuius inferioris domini. Molinæus *in consuetud. Parisiens. titul. de matiere feudale.* §. 142. numer. 98. nam in eam causam dominus vendere cogitur. L. si quis sepulchrum. ff. de religios. & sumptibus funer. Iason in l. 2. ff. solut. matrimonio. Præterea non cogitur Ecclesia ea bona distrahere, quæ Rex cibatus est; donando enim ea bona videtur cum Ecclesia dispensare, ac veniam facere, & ut vulgo dicitur, bona donata amortifare. arg. l. quidam consulebant. ff. de reiud. Matthæus de Afflict. decif. 361. Non cogitur item Ecclesia emancipare bona, quæsita, quæ vel ab eius Ecclesiæ imperio, vel directo pendent domino, ex eiusdem Philippi altera constitutione *eodem tit. cap. 18.* Denique Ecclesia retinet bona, vbi ius morticinij siue amortisationem à Princi-

- pe impetravit : à mortisatio  
verò est concessio siue per  
missio Regis, quo manui mor  
tuū indulgetur bona immo  
bilia perpetuò retinere. Petrus  
Belluga *in speculo Princip. cap.  
de amortisatio.* Differt autem  
 15. amortisatio † ab indemnitate: nam amortisatio est Re  
gis beneficium, siue permisso  
retinendi immobilia per ma  
num mortuam: indemnitas  
verò dicitur pensatio quæ fit  
& præstatur domino vice iu  
rium utilium, quæ verisimili  
ter percepturus erat domini  
nus de remanente apud pri  
uatum, quæ sapè variis muta  
tur modis. *I. Senatus. §. mortis  
causa. ff. de donat. causa mort.*  
Quoties verò pensatio fit per  
vicarium morientem, & con  
fiscantem, vel per pensitatio  
nem annuam, puta decimo  
quoque anno præstandam,  
vocatur indemnitas: at quo  
ties semel certa summa præ  
statur, vocatur finantiæ. hæc  
Molinæus *d. 42. n. 68.*
- Postremò sciendū est quo  
 16. ties bona † Ecclesiis legan  
tut, hæredes cogi ius morti  
cini impetrare, & sumptus ob  
eam causam impendere &  
suppeditare. Gallus *quest. 91.*  
iuuat hanc sententiam *I. his  
verbis. §. fin. de legatis 3. ibi, an  
onera omnia & introitus militie*

sunt ab herede danda. deinde  
quia legata præstari debeant  
integra absque Falcidiæ de  
tractione. Denique cogitur  
hæres rem legatam luere, vbi  
sciens alienam legauit, vel  
propinquæ, aut pīx causæ. *ff.  
res obligatæ ff. de leg. 1. l. cùm ali  
nam. C. de legat.* extatque in  
eandem sententiam Arrestum  
apud Ægidium Præsidem Pa  
risiensem *cap. 7. sub tit. de amor  
tisatio.* Illudque æquum est,  
quamvis Molinæus repugnare  
videatur. Bartolus autem  
ad *I. 1. C. de sacrofanciis*, existi  
mat liberum esse testatoris  
linquere Ecclesiis quod opta  
uerit, modò arbitrium boni  
viti non prætergrediatur: nec  
enim illa *I. 1. de sacrofanciis*,  
plus licet relinquere quam  
quod iure definitum est: quā  
re consequens est, non licet  
parenti Ecclesiis vel pauperi  
bus reliquendo, filiorum legi  
timam minucræ. *can. si quis  
irascitur 13. quest. 2. ibi, sed pl  
nè sic faciat, quod sepe hortau  
sum, qui unum filium habet, pa  
tet Christum alterum; si duos ha  
bet, putet Christum tertium. San  
cte hoc præcepto, patri & testato  
ri præfigitur, ne hunc modum  
in legando vel relinquendo  
piæ causæ transcendat.* Eo  
dem pertinet textus *in case  
quicunque 18. quest. 4. qui ex  
eodem*

codem D. August. de vita Clericorum, exaratus est. *Quicunque vult exheredato filio Ecclesiastam instituere, querat alterum qui suscipiat quam Augustinum.* Ac postea laudabile factum Aurelij Carthaginensis Episcopi commemorat: cuius etiam meminit Baptista Fulgosiis sub tit. de his quæ extestament. Ansegig. Abbas memoriam ac literis prodidit legem Catoli Magni, qua vetabatur bona ea capere quæ Religio- nis ergo ablata fuerant à parentibus, quorum liberi de immensa donatione quere-  
 17. rentur. Cæterum tamen paren- tum legitima ob piam cau- sam minui possit, tractant Interpretes in Auth. se qua mulier.  
 18. C. de sacrosan. t & ibidem, an Falcidia vel Trebellianica in gratiam piaæ causæ prohibe- tur.

## I A C. F E R R E R I V S.

**P**ro indemnitate in Tholofano Parlamento solui- tur quinta pars estimationis fundi censualis, quæ domi- no directo solvenda est. Sed & illud notandum est, solum dominum qui rerum imperium habet, posse petere hominem confiscantem & morientem, non item dominum

qui solum habet directum dominium, sine villa iurisdictione, quia ad dominum directum confiscationes non pertinent. Item & illud notandum est, dominum qui iurisdictionem habet, non posse indemnitem petere, & hominem morientem vel confiscantem, sed alterutro contentum esse debere. Belluga in speculo de amortifat. Aegidius in tract. amortifat. Arrest. 7. & 8. Baquet, Charundas & alij, & ita in Patlam. Tholos. iudicatur.

## Q V A E S T. X X I V.

*An verba enunciatiua, dispo- sitionem & testamentum validum reddant fauore piaæ causæ, aut liberorum.*

## S V M M A R E R V M.

1. Verborum enunciatiuorum vis.
2. Elucidatur cap. vlt. de success. ab intest.
3. Ultima voluntas que.
4. Lex ex his verbis. C. de te- stam. mil. & l. 2. C. de ne- cess. seru. diluuntur.
5. Barbatia reprehenditur.

-  **V**ÆRITVR, cùm de voluntate testatoris tantum appareret per verba enunciatiua, an eiusmodi dispositio valeat? Vulgo 1. proditum est, verba † enunciatiua etiam propter aliud emissa, seu posita in gratiam piax causæ sufficere, & verbis enunciatiuis ad pias causas vltimam voluntatem probati. Bart. *ad l. i. C. de sacrosanct.* Innoc. Hostiens. Andr. Panorm. & cæteri *in cap. fin. de success. ab intest.* idem Panorm. *consil. i. i.* Castr. *consil. 451.* Alex. *consil. 110. vol. 6.* Ias. *in lex his. C. de testam. milit.* eaque vulgaris opinio probatur. Primo per *cap. finale, de success. ab intest.* Secundò in testamento militis verba enunciatiua disponunt. *lex his. C. de testam. milit.* Ergo & ad pias causas. Tertiò in gratiam libertatis enunciatiua verba sufficiunt. *l. 2. C. de necess. seruis hered. inst.* Libertatis autem causa pia dicitur. *l. proximè. ff. de his que in testam. delentur.* Quartò ex *cap. indicante, ibi, nudis verbis, de testam.* Quintò in gratiam dotis verba enunciatiua probant. *l. 2. C. de dotis promiss.* Romanus *sig. 536.* At de dote ad piam causam receptum est argumentum; imò nedum in vltimis voluntatibus enunciati-

ua verba dispositionem inducunt, sed & in contractibus. Bart. *in l. tale pactum. S. final. ff. de pact.* arguento illius text. Alex. *conf. 110. vol. 6.* Bald. verò *in l. i. C. de sacros.* contrarium probat, quem Castrens. *concl. 138. vol. 2.* sequitur. eamque sententiam Baldi veram esse puto; standum enim est regulæ, nisi de exceptione appareat: at regulariter enunciatiua verba propter aliud emissa non disponunt. *lex his. C. de test. milit.* *lex hac scriptura, ubi Bart. & interpretes ff. de donat.* Exceptio verò in gratiam piax causæ nullo iure probatur: nam quod pertinet ad † *cap. vlt. de success. ab intest.* præter ea quæ Bald. ibi scribit, Abbas monasterij de Brusia non agebat ex testamento, ut nonnulli interpretantur, sed ex oblatione facta inter viuos ab Archipresbytero probata nedum uno teste, sed & præcipue confessione ipsius Archipresbyteri, qui in extremis velut vltimam voluntatem exprimens confessus fuerat coram Abbe se. & sua monasterio contulisse; eamque fuisse Innocentij *in eo cap. mentem,* post Innoc. & Barb. coniicio: primùm ex his quæ in facti specie Abbas proposuerat, quæ extant in integra decre-

tali:

tali: ibi, præfertim id quod mente compos dictus Archipresbyter fecerat inter viros in ultima voluntate mente sanus, licet æger corpore, confirmavit. deinde ex his verbis quæ sequuntur, velut ultimam exprimens voluntatem; quæ verba ostendunt confessionem illam non fuisse propriè ultimam voluntatem: dictio enim illa, velut similitudinem notat. l. interdictorum. §. hac verba, & §. quadam interdicta. ff. de interd. l. certi conditio. §. si nummos. ff. de rebus cred. cum similibus. Præterea expendo ea verba, respondit se non posse testari, quia se & sua contulerat monasterio. quæ verba aperte confirmant Abbatem ibi non agere ex testamento. Archipresbyter enim professus fuerat se non posse testari: quare decisio illius capitinis pendet ex oblatione quam suipius & suorum bonorum Archipresbyter fecerat, quæ probatur vtcumque teste vno, & maximè confessione ipsius Archipresbyteri in extremis coram ipso Abate, probata duabus testibus. Neque officit quod Papa in eo capite mandet inquirere an Archipresbyter esset sanæ mentis, dum eam ultimam voluntatem expressit: non verò quan-

do se & sua obtulit; atque ita videatur dumtaxat ultimæ voluntatis, quæ ex verbis enunciatiis arguebatur rationem habere, nō verò oblationis, quæ antea facta fuerat: nam ideo non mandat inquirere an oblationis tempore fuisset mentis compos, quia uno duntaxat teste ea oblationis probata fuerat; frustrè enim probaretur cum sanæ mentis fuisse, dum se & sua obtulit: posteaque ea oblationis non fuerat probata, nisi uno teste, cuius solius testimonium non sufficit. vulgata l. iuris iurandi. C. de testibus. At quia confessio facta in extremis asseverationem Abbatis, necnon unius testis testimonium vehementer iuuabat; ideo autem fuerit mentis compos Archipresbyter queri iubet Summus Pontifex. Non etiam officit quod Pontifex eam confessionem ultimam voluntatem vocet: nam impropriè & quasi ultimam esse innuunt ea verba, velut ultimam voluntatem; quemadmodum & in specie l. licet. C. de pactis. ibi, tunc postremi iudicij obtinet. Præterea non omnis † ultima voluntas testamentum est; est enim ultima voluntas nomen generis, gloss. in l. licet. C. de pactis. vbi Baldus.

Angel. in l. 3. §. genera. ff. de acquir. possess. Non obstat secundò, quod de milite diximus ex l. ex his verbis. C. de milit. testam. nam etiam in gratiani militis enunciatiua verba propter aliud emissā non disponunt. l. diuus. ff. de milit. testam. §. planè. Instit. de testamento. milit. Fulgos. in l. tale pactum. §. final. ff. de pacē. Ias. in l. licet. C. de pacē. Neque ad 4. uersatur † lex *ex his verbis*, non enim propter verba enūciatiua quòd Fortunatum libertum nominauit, Fortunatus libertatem consequitur, sed quia dominus legatum scripsit: miles enim siue legando, siue instituendo seruum, videtur eum libertate donare. l. *Lucius*. §. 1. ff. de milit. testam. quamuis fecus sit in pagano quoad legata. Itaque cī libertum non nominasset Fortunatū, propter legatum libertatē cōsequeretur, quod & obseruauit Oldradus in d. l. *Lucius*. §. 1. Eadēmque solutione dilui potest l. 2. C. de necessar. seruū. nam, vt ibi Oldradus scripsit, non liber ibi seruus efficitur, quòd libertus nominatus fuerit, sed quia institutus, quod & in legato locum habet.

Quod verò pertinet ad cap. indicante, malè interpreta-

tur † Barbat. *nuda verba*, id est, enunciatiua, ibi enim non erant verba enunciatiua, imò expressum redempti vxor concham argenteam iusserat venundari, & libertis suis tradī nuda ergo verba eo loco interpetor. à testamento. Panormit. & alij ferè omnes in d. cap. indicante. vel nuda, quia absque scriptura, ex sententia Imolæ ibidem. quod & verbis congruit: nam nisi ea vxor testamentum fecisset, quo iure Ecclesia Romana legatum illud præstaret? coniicio ergo Romanam Ecclesiam institutam fuisse h̄eredem testamento, ac postea vxorem morientem nudis verbis sine scriptura concham argenteam libertis, neenon scutellam argenteam cuidam monasterio reliquisse: quæ quidem relista, D. Gregor. lib. 12. epist. 30. præstari iubet, ne ex rebus minimis, ait ille, maiora peccata capiamus. Cæterū quod diximus in † gratiam dotis, verba enunciatiua etiam propter aliud emissā, probationem inducere, nullo iure probatur: nam lex 2. C. de dotis promissi non probat futurum promissione dotem promissam videi: dos enim in ea specie expressim promissa fuerat quod verba illius legis

gis apertè indicant, si pro dote promissa, &c. quod Jacob Cy-nus, & Albericus adnotarunt. Quare corruit Romanı alio-rūmque dogma afferentium in gratiam dotis verba enunciatiua disponere. corruit etiam traditio Barto. in d. l tale pactum § fin. quod in gratiam piae caufæ in contractu si quis suum hæredem appellauerit, videtur in eum iudicium contulisse, vide de explicatiōne illius l. tale pactum §. fin de pactis, Barbatiam in d. cap fin. de success. ab intestato, reprehendentem Lud Romanum ad Authent. similiter. C. ad l. Falcid.

## I A C. F E R R E R I V S.

**Q**uod in iudicis tractatur, an legata & donationes ad pias causas debeantur ex non solenni testamento, iam olim in Concilio Lugdunensi sub Rege Guntrano fuit definitum, vt si à Clerico relista fuissent in minus solenni testamento, deberentur, à laico non item differentiæ ratio est, quod in Clerico & Sacerdote propè est consideratio eadem quæ inter liberos & parentes nec tam mera donatio est quam solutio eius quod debetur, quod in laico

locum non habet. Porrò vide de hac quæst. Molin ad Ale-xandrum ad leg. his verbis. C de testam. Fabr. de error. pragmat. tom. 1. decad. 26. errore 5.

## Q V Æ S T. X X V.

An liceat & permisum sit piam causam, vel liberos nutu heredes instituere, & vtrum tale testamentum valeat nutu factum fauore liberorum, vel pia causa.

## S Y M M A R E R V M.

1. Testamentum nutu factum valere ob fauorem pia causa
2. Nutu hæredem instituere militem posse fallit ut numer 10.
3. De muto milite. cum ynum 5. 14 & 20
4. Militem testari per notas posse.
5. Institutionem liberorum nutu factam validam esse in testamentis vide contraria num 11 & 21.
7. Tam signo quam voce demonstrarri voluntatem in testamento & num. 22
8. In testamentis ad pias causas, & in testamento militis,

*litis, & inter liberos, clausulam codicillarem intellegi.*

9. *Fideicommissum mutu relinqui posse propter clausulam codicillarem; cum num. 23. & 24.*

12. *Lingua cordis preco.*

13. *De muto delinquente.*

15. *De muto & surdo.*

16. *Note quid.*

17. *Ars notaria que.*

18. *Notarij unde dicti.*

19. *Tabularius, vel Tabellio quis.*



V A R I T V R an sufficiat Ecclesiā, piām causam, vel liberos hæredis nutu instituere, & vtrum nutu facta institutio in gratiam piæ causæ efficax sit? Crebriori interpretū calcu-

1. *Io receptum est, piām & causam nutu hæredem institui posse. gloss. in cap. cūm tibi. de testam. Bald. ad l. i. C. de sacro sanct. & in l. iubemus. C. de testam. vbi Corneus, Iason aliique innumeri, quos in eam sententiam laudat Tiraq. in priuileg. pie causæ, priuileg. 8. Cui addo Albertum Brunum in tract. de forma, fol. 95. col. 3. Mouetur primò quod miles testatur, l. iure militari. ff. de mi-*
2. *Ies & nutu hæredem institue-*
3. *re possit: nam & miles mutus testatur, l. iure militari. ff. de mi-*

*lit. test. §. quinimò. Instit. de testam. mil. Mutus autem cūm fari non possit, testari nequit, nisi nutu aut signis. arg. l. vbi. ff. de reg. jur. Accedit quod miles & testari possit per notas. l. Lucius. ff. de milit. testam. Secundò in testamentis ad piās causas ius gentium vel diuinum dūntaxat spectamus, vt constat ex doctrina Interpretum in l. i. C. de sacro sanct. arg. c. cūm esses. de testam. Iure gentium verò, vel diuino nō prohibetur institutionem nutu fieri: nam Princeps indulget muto & testandi licentiam. l. si mutus. ff. de testam. qui testari non potest, vt diximus, nisi nutu aut signis. Cæterū Princeps veniam facere non potest in hijs quæ iure gentium vel diuino constituta sunt.*

*Tertiò in testamentis & inter liberos institutio nutu facta non improbatur, arg. l. final. C. famil. hercisc. ibi, indicis. Doctores in l. iubemus. C. de testam. Ioannes Crotus in l. i. §. si quis ita. ff. de verbis. oblig. Quartò non minùs signo quam voce demonstratur & voluntas. cap. 7. tunc. cap. cūm apud. de sponsal gl. in can. Episcopus. 74. dist. gloss. in §. quia vero. Nouell. ut sponsalit. larg. & in l. fideicomiss. ff. de legat. 3. D. Thomas in 4. sent. dist. 27. quest. 1. art. 25. Nam legitimus.*

gimus Alexandrum cùm iam deficeret ab amicis rogatum quē Imperij vellet hæredem, dignissimum respondisse, sed cùm iam præclusa voce loqui non posset, & ex incerto sermone summa inter Principes impenderet contentio, exceptum è digito annulum Perdicæ dedit, ut quem voce nūcupare non poterat, nutu ac signo elegisse videretur. Institutus lib. 12. cap. 6.

- Porrò in testamētis ad pias causas intelligitur † clausula codicillaris. Baldus & Angelus in l. miles ita. ff. de milit. testim. Alex. confil. 8 2. vol. 2. cuius initium est, Perfectis. Cornelius conf. 307. vol. 3. Catell. in memorial. in verbo, amor licetus, in fine. Traq. privileg. 12. Quemadmodum & in testamento militis. Bart. in l. 1. de codicill. vel inter liberos. gloss. & Ias. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. vel etiam vbi persona valdè dilecta instituta est gl. in l. in testamento. ff. de fideicom. liber. Bald. in l. si iure. C. de testament. manumiss. Iason in l. verbis. ff. de vulg. ergo testantis voluntas nūru facta in gratiam piæ causæ valet. Est enim efficax in vim fideicommissi propter clausulam codicillarem,
9. quod quidem † fideicommissum nutu relinqui potest. Bald-

dus in l. & in epist. C. de fidelic. Calderinus confil. 40. Aret. confil. 121. Bald. Nouell. & Alciat. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbis. obligat. Contrariam sententiam ex Interpretibus nostris probat Paul. Castrén. post Bald. in dicta l. & in epist. arg. dicta l. in bēnētus. Barbat. in cap. cùm tibi. C. de testim. & ronfil. 92. volum. 2. eaque sententia probatur. Primo, quod miles † nutu hæredem institueret nequeat. gloss. in leg. in fraudem. §. 1. ff. de milit. testim. Secundo, † institutio nutu facta etiam inter liberos nullius est momenti. Angel. in dicta leg. in fraudem. Bald. Fulgos. & Castrensis in d. l. in bēnētus. C. de testim. Bald. & Castrensis dicta leg. & in epist. Barbat. in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. arg. Auth. quod sine ibi, non signis. C. de testim. Tertiò, testamentum est testatio voluntatis nostræ, &c. l. 1. ff. de testim. at voluntas vel verbis, vel scriptura declaratur: verba enim, authore Aristot. notæ sunt ad explicandam hominum voluntatem. Aristot. lib. 2. politico. Cicero pro Cecina, August. in Enchirid. l. Labeo. ff. de supellect. legat. l. 3. de rebus dub. can. qui 12. quest. 2. Ideoque vulgo † lingua preco cordis appellatur. Bald. in tract. schis-

- mat. & in cap. mandatum. de rescript. Barbat. Felinus & Decius in rubrica de fide instrum.* Scriptura enim voluntatem demonstrat. *l. non figura. ff. de attio.* Ideoque clamare dicitur. *cap. cum Marthe. ibi, Moysica vox clamat de celebratione Missae. l. generaliter. C. de non numerata pecunia signis verò vel nutu; et si aliquo modo mentem coniiciamus; signa tamen non de non strant aperte voluntate, quinimo nutus omnis regulariter dubius est. l. i. §. si quis ita. ff. de verbo. obligat.*
13. *de mutus & delinquens non potest etiam confessione sua, quæ ex signis arguitur, condamnari, immo testibus convinci debet.* Bald. *in l. unica. C. de confess.* Coniecturis etiam noluit lex dari vel adimi hæreditates. *l. subemus C. de testam. l. i. ff. si tabul. testam. nulle ext. l. b. l. ex parte. ff. de adimend. legat.* Quibus argumentis & nostra firmatur opinio, & quæ ex aduerso proposita sunt diluuntur: nam verum non est
14. *& mutum militem testari posse, nisi scriptis mandauerit voluntatem suam.* argum. *l. discribit. C. qui testam. facre.*
15. *quod si mutus & surdus à natura fuerit, testari non potest, ut nos probauimus; neque aduersatur quod miles per*

notas scribere possit testame-  
tum. *l. Lucius. ff. de militar. test.* nec enim de notis ad nutum argumentari licet: nam notas debemus intelligere quibus ad occultanda cōsilia propter hostium infidias milites vtc-  
bantur. Sueton. *in Caesaris vita c. 56.* Gellius lib. 17. c. 9. earum verò certa significatio haberi potest ex earum declaratione, cum quibus de carum po-  
testate & significatione con-  
uentum est. Notæ & erant li. 16.  
terè singulares, ex quibus ver-  
ba conficiuntur. *l. sed cum pa-  
tron. ff. de bonor. possessio. l. i. §.  
ludi. ff. de extraord. cognit. l. La-  
cicus. de militari testam.* Apuleius  
lib. 7. *de asino aureo.* Cicero epist.  
14. *ad Atticam.* Martialis lib.  
14. Arsque & ipsa notaria dici-  
tur ab August. *in collat. operis Breaniculi,* in hæc verba; hac ar-  
te tum primùm Remæ Catonis  
orationem contra Catilinam ex-  
ceptam scripsit. Plutarch. *in vita*  
*Cicer.* Notarij velocissimè no-  
tas excipientis meminit Au-  
sonius *Epigrammate 137.* referit  
Sueton. *in vita Titi cap. 3.* Ti-  
tium certasse notis cum ama-  
nuensibus. de hisce notis Se-  
necca *Epistola 14.* *Quid verbo-  
rum notas, quibus oratio citata  
excipitur, & celeritatem lingue  
manus sequitur.* Hæ verò notæ  
ab aliis distant quod celerita-  
tis

- tis & compendij causa fiant; illa verò ut clam & secretò aliquid veletur , ut ait Gellius lib.27. cap.4. huius verò celebris, breuis & contractæ scriptio[n]is artifices vocabantur† Notarij, à celeritate notas excipiendi, erantque priuati amanuenses. Qui verò ex publico officio publica instru-
18. menta conficiebant † Tabularij, vel Tabelliones vocabantur. *l. orphanotrophos. C. de Episcop. & Cler. l. contractus. C. de fide instrum. §. cum autem de adopt. vbi Theophilus. Vide rubricam de Tabulariis, & alibi passim. plenè in l.iubemus §.iis tabellionibus.C.de Episcopis.* Sed vt vnde discessi reuertar, longè aliud est in muto præscriptum in testamento , qui est actus subtilissimus. arg. cum antiquitas. *C. de testam.* Ceterum quod de permisso Principis in testamento muti diximus , sciendum est mutum † non potuisse testari. *l. qui in potestate. §. final. ff. de testam.* permisso tamen Principis ei licuisse.d.l. si mutus. Ita tamen si scribere valéat : nara aliter si neque loqui , neque scribere possit , quomodo à Principe , in ea lege si mutus, postulare & impetrare posset testamenti factionem ; ibi, ut liberet sibi testamentum facere ; à
19. 21.

*Principe impetraverit.* quod verò de † testamento inter liberos in medium adfertur, ut nutu possit , à vero alienum est, neque refragatur *l.final. C. familie hercise.* Ibi enim agitur de indiciis & argumentis quibus scripture testamenti paterni probetur ; non verò de nutu vel signis sine scripture, immo patre testante inter liberos in scriptis lex postulat indicia certa ; adeò ut notis vel signis testamentum inter liberos fieri nequeat. *§. i. Nolle. 107. de testamentis imperfctis.*

Amplius non obstat quod non minus † signis quam voce voluntas demonstretur, & signa verbis æquivaleant : haec enim obtinet in contractibus , in quibus voluntas ex contrahentis persecrantia confirmari potest ; in testamentis verò secus,in his enim iterum non redit arbitrium , nec mortuo testante eius obitu firmatur testamentum , cum voluntas eius amplius exquiri non potest.

Deinde in his actionibus , in quibus solus consensus sufficit , signa sufficient. At vbi lex verba vel scripturam desiderat , secus est , quemadmodum in testamentis , *dicta legiubemus.* vel in stipulationi-



bus. l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. in quibus qui annunt, non obligantur etiam in foro conscientiæ, ut ibidem pluribus probant interpretes.

Quod verò de Alexandro literis mandarunt historici, ad consequentiam trahendum non est.

23. Denique quod de † fideicommissio vulgò fertur, ut nutu relinqui possit, de fideicommissio particulari quod legato exæquatur, intelligendum est, nam vniuersale fideicommissum nutu relinqui non potest, ex sententia Angel. in l. & in epift. C. de fideicommiss. Baldus in dicta l. iubemus. C. de testam. Iason in l. si res obligata. ff. de legat. 1. Idem Iason in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. & in l. 4. ff. de legat. 1. quod vèrius est, licet Baldus in dicta l. & in epift. Castr. in l. 1. C. de impuberum. & Alciatus in §. si quis ita, contrarium sentiant. Præterea nullo iure probatur, clausulam † codicillarem in testamento ad pias causas pro expressa haberì, imò contrarium probatur per legem, si iure, C. de manumissis testam.

24. lam † codicillarem in testamento ad pias causas pro expressa haberì, imò contrarium probatur per legem, si iure, C. de manumissis testam.

V Ide Manticam lib. 4. tit. 4. numer. 6. & lib. 6. tit. 5. numer. 14. & 15. Maynard. lib. 5. cap. 6.

## Q V Ä S T. XXVI.

*An liceat reuocare confessionem factam in testamento, maximè in fauorem pie cause, ad exonerationem conscientiæ, & restituitionem male ablatorum, & utrum talis confessio nocat liberis.*

## S V M M A R E R V M.

1. Confessionem eiusmodi reuocari quandocunque posse à testatore, praesertim si fiat in gratiam absentiū, fallit num. 2.

Ampliatur num. 3. & 4.

**V** I D A M existimauerunt quodd † et si confessio in testamento facta possit à testatore quandocunque reuocari, nullamque fidem faciat. l. Lucius. §. quisquis. de leg. 2. l. Aurelius. §. fi. de

- fi. de lib. leg. l. Lucius §. Sempronius. de leg. 3. præfertim si confessio fit in gratiam absentis. Bald. in l. rationes. C. de probat.*
2. *vbi tamen t ad' exonerandam conscientiam atque raptorū restitutionem testator aliquid confessus est in gratiam eorum quibus subtraxit , vel in gratiam pauperum , aut alterius pīx causæ , confessio eiusmodi facta in testamento , etiam in fauorem absentium valet; & reuocari non potest. Bald. ad l. 1: C. de falsa causa. Ang. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. de leg. 3. Alex. consil. 18 §. volum. 2. & consil. 45. vol. 3. Bened. in verbo , si absque liberis. Afflict. decif. 160. Quod tamē intelligendum est ut ea confessio probet contra ipsum testantem , vel eius haeredem , non in perniciem creditorum , nec filiorum quoad diminutionem legitimæ: nam ea confessio si non adsint probationes non sufficit. argum. l. qui testamentum. de prob. Alex. consil. 56. atque ita temperanda sunt que Bald. ad l. 1. C. de sacro sanct. & Bart. in d. l. cùm quis decedens. §. codicillis. & Bald. in d. l. rationes. C. de prob. Cynus in l. generaliter. C. de non numerata. generliter scripsierunt.*
  4. *Sanè t vbi confessio fit in*

testamento præsente eo cuius interest , reuocari non potest. Bart. in d. §. codicillis. Imola & Aretin. in l. heredes palam. §. fi. de testam. vel etiam absente eo vbi testator iurauit ea quæ confitetur esse vera. Panorm. in cap. fi. de success. ab intesta. vide Marcum tomo 1. quæst. 339. & 460.

## Q V Æ S T . XXVII.

*De damnatis ad perpetuos carceres , de deportatis & bannitis , & de dānatis ad triremes , an possint testamenta facere ex indulgentia & concessione Iudicis , maximè fauore pīa cause.*

## S U M M Æ R E R V M.

1. *Non testari posse condamnatos ad mortem , etiam ob pīam causam ; & permitente indice.*  
*Ampliatur iūm. 2. & 5.*
3. *Nec in gratiam liberorum.*
4. *De pīna perpetui carceris.*
6. *De membris mūtilatione.*
7. *Lex qui manus. ff. de testam. dilnitur.*
8. *Deportatos testamenti factio nem amittere.*

9. *De bannitis.*
10. *Banniti unde dicti.*
11. *Verbum bannire, & bannum, variè sumitur.*
12. *Verb. ban & artiere ban, quid inter se differant.*
13. *De Triremibus, seu galeris.*
14. *Ratis cur galera dicta.*
15. *Galli quomodo ab Armeniis primùm vocitati, & quomodo à Babylonius.*
16. *Ratis quid.*
17. *Triremes, quadriremes, quinquiremes, à quibus inventae.*
18. *De damnatis ad triremes.*
19. *Presbyteri utrūm condemnandi ad triremes.*
20. *An damnati ad triremes bona sua retineant, & testari possint.*

- X I S T I M A N T** Doctores nostri, cōdemnatos † ad mortem non possē testari, ctiam fauore pīx causæ, & iudice permittente, quod autem de damnato diximus, intelligitur de damnato ad mortem; quod † & locum habet in damnato ad perpetuos carcetes, vel ad perpetua vincula. *l. l. C. qui non possunt ad libert. peruenire, vbi Bald. Bart. in l. 2. ff. de his que pro non script. habent. Hippol. de Marsi. sing. 565. Panormitanus in rubrica de testam.* Bened.

*in verbo, mortuo itaque testari re, num. 129. nam † nec in gratiam liberorum testari possunt. Fulgosius. consil. 44 Bald. consil. 448. vol. 1. Marcus Antonius in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam hæc enim pœna. † perpetui carceris dicitur capitalis. Bald. in l. reos. de accusat. Felinus in cap. qualiter 2. §. ad corrigendos de accusatiō grauior pœna est mortis. Card. in cap. cum m ab homine. de iudic. Bonaque eius qui damnatur ad perpetuum carcerem eo ipso publicantur: Masuer. tit. de pœnis. item si bona patris. Idem † iurius est in damnato ad membra mutilationem .ex. generali Galliæ consuetudine, cuius meminerunt Masuer. in tit. de pœnis. §. item in casibus. Bened. in verbo, mortuo itaque testator, 1. num. 146. quod & iure verius est: nam † membra ab scissio cum morte confertur adeò vt liceat damnare aliquem ad membra abscissionem, cum licet summo supplicio afficere. §. ad hoc prohibemus. Nequell. de collator. notam Doctores in l. suggestente. C. de officio eius. Ideoque membra amputatio pœna capitalis non impropriè dicitur., authore Bald. in l. reos. de accusat. & int. data. C. qui accusar. non posint. Quan*

Quanquam Speculat. in tit. de instrument. editio. §. compendio-  
sè: Bartol. in l. 2. ff. de public. iudic. & Doctorum communis schola repugnet. Verùm Baldi sententia probatur, §. si quis alium, de pace tenenda. vbi pùblicantur bona eius cui mem-  
brum amputatur, neque ad-  
uersatur † l. qui manus. ff. de te-  
stam. non enim ibi iuris con-  
sultus loquitur de eo cui ma-  
nus iudicis sententia ob ali-  
quod facinus admissum ab-  
scissæ sunt: sed de eo qui ma-  
nus morbo vel casu amisit, qui  
ideo scribere non potest am-  
plius. Deportati † testamenti  
factionem amittunt, etiam in  
gratiam piæ causæ. Bartol. &  
Bald. ad l. 1. C. de sacros. & in l. 2.  
C. qui test. facere poss. regulariter  
enim deportatus testari non  
potest. l. eius qui. §. 1. ff. de te-  
stam. etiam si miles fuerit. l. i.  
. de veterano. & milit. success.  
glossa & Doctores in l. & mi-  
litibus. & l. ex militari. ff. de mi-  
lit. testam. quamvis non mi-  
nus militibus, quām liberis  
vel piæ causæ faueatur. Acce-  
dit quodd bona deportati et-  
iam quæsita post deportatio-  
nem fisco acquirantur post  
mortem deportati. l. 2. C. de bo-  
nis proscript. ergo in perniciem  
fisci non potest in gratiam piæ  
causæ de his testari. quibus si

tionibus Marcus Anton. in d.  
§. ex imperfecto. l. hac consultif-  
sima, deportatum non posse  
testari in gratiam liberorum  
asseruit; quamvis Barbat. in  
r. 2. de testament. contrarium  
scripscrat: cuius argumenta-  
tiones ibidem Marcus Anto-  
nius diluit. Cæterū † an 9.  
idem iuris sit in bannito quæ-  
stionis est; in qua quæstio-  
ne obseruandum, bannito-  
rum quosdam banniti pro-  
pter contumaciam, quia vo-  
cati per bannum contuma-  
ces sunt, corūmque bona an-  
notantur, iuxta l. i. ff. de requir.  
reis. qui postea à iudice iure  
civili damnari poterant us-  
que ad relegationem: verùm  
si quid grauius irrogandum  
erat, puta in metallum, vel ca-  
pitis pœnam, non esse irro-  
gandam, notat Vlpianus in l.  
absentem §. aduersus. ff. de pœnis.  
præterquam in criminе læse  
Majestatis, & aliis quibusdam,  
vt per Bened. in verbo, mortuo  
l. num. 357. At moribus Galli-  
cis in absentes reos contuma-  
ces & edictis adesse iussos  
quod vulgo dicitur adiournez  
à ban ou effin de ban, non mi-  
nus pronunciant iudices et-  
iam capitaliter quām in præ-  
sentes & defensos, modò præ-  
cedant quę regni consuetudi-  
ne desiderantur, de quibus  
plenè

I O. S T E P H.  
 plenè Benedictus in verbo,  
*mortuo itaque testatore.* 1. num.  
 159. cum sequentibus. quod &  
 apud Romanos vsu receptum  
 scriptum reliquit Liuius lib.  
 39. ab Urbe condita: vbi de  
 coniuratione Bacchica his  
 verbis loquitur: *Si quis absen-  
 tis nomen detulisset, qui nomina-  
 tus profugisset, diem certam se-  
 finiturum, ad quam ni citatus  
 respondisset, absens damnaretur.*  
 & co ipso damnati efficiuntur  
 intestabiles: nam & eorum bona  
 publicantur. Benedict. in  
*verbo mortuo* 1. num. 188. Alij  
 sunt qui sententiâ ad bannum  
 damnantur, quibus bannum  
 pro poena imponitur: sed eorum  
 rursus quidem banniuntur  
 ad tempus, alijs perpetuò;  
 qui banniuntur ad tempus,  
 eorum bona regulariter mi-  
 nimè publicantur, testarique  
 possunt. Cynus in Authent. bo-  
 na damnatorum. de bonis prescri-  
 pto. Masuerius in tit. de paenit. §.  
 item in casibus. nam relegatis  
 æquiparantur. l. relegati, & l. re-  
 legatorum. §. hæc est differentia. ff.  
 de interd. & relegat. nisi nominatim in sententia exilijs pu-  
 blicatio bonorum expressa sit,  
 quod quandoque factum legimus. Nam Hugo Gleise dæ-  
 natus annuo exilio publica-  
 tionem bonorum passus est,  
 Arresto sexto Maij 1514. Qui

verò banniuntur perpetuo,  
 testari non possunt, eorum  
 que bona publicantur. Ben-  
 edictus in verbo, & uxorem. n.  
 275. etiam in gratiam piæ cau-  
 sæ. Baldus ad l. 1. C. de sacra  
 nam & banniti perpetuò de-  
 portatis similes sunt. gloss. in  
 §. cùm autem. quibus modis iu-  
 patriæ potest soluitur. Specul. in  
 tit. de instrumento edito. §. com-  
 pendiosè. Ripa in l. ex facto. §. ex  
 facto. ff. ad Trebell. bannimen-  
 tumque in locum deportatio-  
 nis succedit. Guido Pap. quæst.  
 423. & 427. Deportati autem  
 testari nequeunt, etiam in gra-  
 tiam piæ causæ, vt iam proba-  
 uimus, neque refragatur Au-  
 thent: item nulla communitas. C.  
 de Episcop. & Cler. vbi qui one-  
 ra Ecclesiæ imponunt, & in  
 bona Ecclesiastica inuadunt,  
 triplum persoluere coguntur  
 necnon banno subiacent im-  
 periali: ergo qui banno sub-  
 iiciuntur, non sunt priuati  
 omnibus bonis; unde sequi-  
 tur eos non esse deportato si-  
 milcs.. Verum huic constitu-  
 tioni ita occurri potest, vt his  
 verbis banno imperiali subia-  
 ceant, Imperator innuat ban-  
 nitos omnia ciuilia iura amitt-  
 ere, vt docuit Bartolus in l.  
 amissione. §. qui deficit. ff. de ca-  
 pitis diminutione. quod præter  
 Bartol. probat. Domino quer-  
 r. 1. 1111

nam. tit. hic finit ulex. deinde consuetudines Regni incip. lib. 2. tit. 28. in usibus feudorum , vbi vasallus liberatur à iuramento domino præstito; vbi dominus ab Imperatore bannitur : atque ita ciuilis obligatio quæ ex iuramento nascitur , cap 1. de forma fidelit. banno tollitur. Vel & secundò dicere possumus ibi bannū accipi pro pœna quæ banno imponitur , ut in can. statut. mus. 16. quæst. 1. Pœna quæ banno imperiali cōtinebatur, non erat perpetua , quod verba quæ sequuntur in eadem constitutione apertè indicant, ibi, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. at vbi banno exilium perpetuum continetur , banniti deportatis comparantur. l. placet, in fine. C. de sacro sanct. bona enim sicut & deportati amitterunt ex recepta Gallorum consuetudine. Masuer in tit. de obligat. & renunciat. §. 1. & in tit. de pœnis. §. in casibus. Benedict. in verbo, mortuo 1. num. 3. & 11. Atque ita interpretanda & temperanda sunt quæ Doctores in ea quæstione, aa banniti deportatis conferantur, confusè & permixtè tradiderūt, in l. 1. C. de hered. instituend. & in l. ex facto, vbi Ripa, ff. ad Trebell. & in l. omnes populi. ff. de iust. &

inr. & in dicto §. idem credēdum, & in dicta lege, amissione. §. qui deficiunt. Bartol. in quest. statuti Lucane ciuitatis. Ancharanus consil. 275. Alexand. consil. 26. vol. 1. & consil. 126. vol. 2. Iason consil. 166. & seq. vol. 6. Curtius iunior consil. 170. 176. & 182. Chassaneus in consuet. Burgud. in tit. des confiscations. §. 1. in verbo, qui consisque. Clarus in pract. criminali. questione 71. Curtius senior consil. 60. Aretinus in §. cum autem. quibus modis ius patriæ potestat. soluit. Marsil. in pract. criminal. §. aggredior. Ne-  
lus in tract. bannitor. Vnde † 10.  
verò banniti dicantur, dubitant Doctores. Nicolaus de Matur. ait à bando , siue banderia dici: banderia autem ait ille , est paruum vexillum , & publicum militare signum, Gallicè vocatur banniere , & inde Cheualiers banneretz , de quibus Iuuileius, Frossardus, & Monstreletus verba faciūt; corūmque opinio iuuari videatur, quod bandum signum siue vexillum significat, authore Procopio lib. 3. de bello Vandalo. in ac Bandophori , codem Procopio autiore. Paulus Monachus lib. 1. histor. Longobard. cap. 3. Inde banna apud Gratianum can. Constantinus. distinct. 16. & Balsamonem ad can. 28. Synodi Chalcedonens.

pro signis & vexillis, nisi apud vtrumque banna pro banda corrupte & perperam scriptum sit. Veruntamen ego dubiam puto hanc opinionem. Nam bannitorum nomen ad signa militaria minime pertinet, nec ad illa referri potest; quare Salicetus existimat verbum bannire à *bannū*, quod est extra, & *extra*, quod est facio apud Græcos, ut ipse auguratur, quasi extra facio, ut quod in banno dicatur extra esse, & bannitus extra positus, deduci. Chassan. *in cōsuet. Burgund. rubr. des confiscations. §. I. in verbo*, qui *confisque le corps*. Verūm hæc prorsus commentitia sunt, & vterque linguae Græcae ignoratione labitur. Alciatus *lib. 2. cap. 2. Parergon.* & *in libro de singulari certamine cap. 23.* bannum ab abanniatione originem duxisse scripsit. Nam apud Græcos qui homicidium non sponte patrauerat, bonis amissis patria per annum exulebat, donec ab eo crimine expiatus post annum reuerteretur. arg. *l. 1. & 2. C. de his qui in exil. dati, vel ab ordine.* hoc autem exiliū ~~et in exil. dati~~, siue abannatio dicebatur, quasi anūm exiliū. Budæus *in l. aut facta. § euentus ff. de paenit.* Veruntamen banniuntur aliqui sine

exilio, vt cùm absentes editis adesse iubentur, & citantur à *fin de ban.* Deinde banniti etiam dicuntur, qui exilio damnantur perpetuo. Quod ad me pertinet, quia banni in legibus Iurisconsultorum, vel etiam Imperatorum, qui Carolum Magnum antecesserunt, nulla mentio fit, idcōque authore Albert. Bruno *cōsul.* § 5. cuius initium est, *viso statuto*, puto nomen illud nullam habere in iure certam significationem: sed credo banni nomen commune esse Francorum, Longobardorum, & Gallorum, non tamen eodem modo, sed variè usurpari. Nam quandoque *t. banniri* obligari significat, ut in capitulari Caroli Magni, *ut nullus ad placitum banniatur*, id est, obligetur, inde possessio in bannum mitti, dicitur in eodem capitul. *de lege Ripuensi.* Quandoque bannum significat constitutionem publicè propositam, ut in Conc. Tribunensi, *nemo contemnat, neque transgrediatur bannum ab Episcopis propositum;* & postea in fine c. *se quis inuentus fuerit corrupisse bannum ab Episcopis impositum.* Alibi bannum militum, vel pecnam, quæ aliqua lege promulgata irrogatur, significat, ut in dict. capitul. *Caroli*

roli Magni tit. i. cap. 9. ibi, & qui beneficium non habuerit, bannum soluat. & 20. per tantas vi- cies bannum soluat, quanta man- cipia venditor. Rursus & apud Abbatem Virspergens. ibi, bannum, id est, paenam pecuniariam constituit de his qui sine consensu Episcopi Presbyteros in Ecclesiis constituent. & postea, ut aut bannum, aut aliam paenam susti- neat. & in legibus Longob. ibi, bannum dominicum soluat, & alibi, pro banno discipline corporali subiaceat. cap. 2. de pur- gat. canonica. Authent. item nul- la. C. de Episcop. & Cler. Cate- rium apud nos Gallos bannum, constitutionem, proscriptio- nem, vocationem, vel nuncia- tionem quæ promulgatur, vel publicè proponitur, significat, ut notat Rhodiginus lib. 15. cap. 17. Inde banna appellabuntur apud Gallos matrimo- niorum denunciations, dum matrimonia contrahenda pa- llam & publicè à Sacerdote vulgabantur. cap. cum in tua. qui matrimonium accusare pos- sint. ibi, quando banna secun- dum Ecclesiæ consuetudinem pre- ponuntur. cap. cum in tua. de sponsal. quod Episcopo Bel- luacensi in Gallia rescriptum est ibi, bannis (ut tuis verbis utar) in Ecclesiis editis. in anti- qua verò decretali additur,

secundum consuetudinem Ecclesiæ Gallicane. quibus verbis palam fit, banni nomen peculiare & proprium esse Gallorum, pro publica denuntiatione, ibi, ut tuis verbis utar: & postea, se- cundum Ecclesiæ Gallicane con- suetudinem; & in consuetudi- nibus comitatus Cenoman. artic. 52. ibi, le Seigneur Cha- stelain peut faire bans, Edictz, cris, & proclamations. Inde et- iam bannum dicitur quoties Rex programmate vel præco- nis voce delectum edicit, & vasallos suos ad exercitum accersit, quod ex consuetudi- ne Normaniæ cap. 44. de lost du Duc, colligere licet, ubi, lost du Prince de Normandie dès le jour qu'il est banni.

Porrò quid hæc nomina inter se distent & ban & arriere 12. ban, Gregor Turonens. lib. 15. Histor. cap. 26. Post hæc, inquit, Chilpericus Rex de pauperibus, & Ecclesiis, vel Basiliis bannos iussit exigi; pro eo quod in exer- citum non ambulassent, ubi bannum pro mulcta, hinc & heri- bannum vocationem ad dele- ctum & paenam non respon- dentis ad exercitum signifi- cat: Cuiaci & Hotomanus in commentario feudorū; banniti inde dici possunt quod bannis- & proclamationibus cōdem- nati exite ex loco iubebantur.

13. Porrò † quod receptum est in bannitis, obtinet etiam in damnatis ad triremes Regias, id est, Galeras, ut vulgus loquitur, neque impropriè, nam  
 14. sàpè galeras appellabant † raté, quòd vndis saluet Gal-  
 15. lum: etenim vnde † Galli prí-  
 mùm appellati sunt. lingua  
 Armeniaca, vndam seu inun-  
 dationem significat: inde Ba-  
 bylonij *O gigem* Gallum appelle-  
 labant, quòd inundatione et-  
 iam superstes alios eripuerit,  
 & hæc Xenophon *in equino-*  
*cis.* Est autem ratis † quæ ga-  
 lera appellatur remigata, ha-  
 bet enim tamquam marina  
 volucris remos pro pennis.  
 17. Quædam sunt † triremes  
 quas Corinthios inuenisse,  
 scripsit Thucydides: sunt &  
 quadriremes Carthaginésum  
 inuentum, teste Aristotele:  
 sunt quinqueremes quas Ro-  
 mani primi omnium in Italia  
 in apparatu primi belli Punici  
 ædificarunt, authore Polybio  
*libro primo*, de quibus pleniùs  
 Polydor. Virgil. *lib. 3. cap. 15.*  
 18. Porrò damnati † ob scelus  
 admissum ad triremes vel ga-  
 leras comparantur, neque ine-  
 ptè, damnatis in metallum, de  
 quibus *in l. aut damnum, & in*  
*l. aut facta, & in l. in metallum.*  
*ff. de pénis. & in §. patre. Instit.*  
*quibus modis ius patriæ potest.*

*solutur. I. eius. §. final. ff. de testa-*  
*ment.* nam sicuf' damnati in  
 metallum die nocteque per-  
 seuerant, & verberibus ad cō-  
 tinuum opus cogebātur, nul-  
 laque ab opere eis dabatur re-  
 quies, aut laboris intermissio-  
 quate raro diu viuebant, v.  
 Diodorus Siculus *lib. 6. anti-*  
*quitat. cap. 10.* testatur: Ita &  
 damnati ad galeras miseris &  
 calamitosi, verberibus, ine-  
 dia, & vigiliis assidue profligantur,  
 quarum ætumnis &  
 miseriam pluribus verbis de-  
 scribit Antonius Guevarri  
 Episcopus *in fine volumini*  
*Epistolar.* Hanc verò damnationem ad remos, siue trireme-  
 mes, Romanis incognitam  
 non fuisse ex Appiano & Va-  
 lerio *lib. 9. cap. 16.* colligere li-  
 cet: ibi enim fit mentio cu-  
 iusdam, qui se filium Octauium  
 sororis Augusti dicens, remo  
 triremis publicæ affixus fuit.  
 Suetonius refert in Augusto  
*cap. 16.* Octauium viginti mil-  
 lia seruorum manumissa 'ad  
 remum dedisse, vide Jose-  
 phum *lib. 17. antiquit. cap. 24. &*  
*de bello Iudaico lib. 2. c. 5.* Hanc  
 pœnam successisse in locum  
 damnationis in metallū, scri-  
 bit Bernardus Diaz Hispanus  
*in practica criminali Canonica*  
*cap. 135.* vbi etiam tractat Sa-  
 cerdotes ea pœna affici & dâ-  
 nari,

19.

20.

## Q V A E S T I O   XXVIII.

109

- nari; tandemque asserit non  
19. decere Presbyteros † ad trireme-  
nes condemnari, quod & sa-  
pè iudicatum scripsit Chopin-  
nus *de sacra politia lib. 2. cap. 3.*  
et si Innocent. non improbare  
videatur *in cap. qualiter 2. de-*  
20. *accusat.* Itaque † damnatus ad  
sex annos, neque enim mino-  
ri tempore damnare licet ali-  
quem ad triremes ex lege Re-  
gni, non amittit bona, nisi à  
iudice expressum sit; damna-  
tus vero perpetuò bona amit-  
tit, neque testari potest: nam  
cius bona eo ipso publican-  
tur. coque iure vitimur. Fer-  
ron. *in consuetud. Burdegal.* §. is  
*de testamentis.*

## I A C. F E R R E R I V S.

E A est interpretum sen-  
tentia, ut existiment in  
perpetuum bannitos' depor-  
tatis comparari, & bona illo-  
rum publicari, & confiscari.  
Quæ tamen opinio non ap-  
probatur in hoc Senatu Tho-  
losan. & ideo si quis in perpe-  
tuum banniatut, si per Arre-  
stum vel sententiam bona  
confiscata non sint, bannitus  
non comparatur deportato,  
sed potius relegato, qui vel ad  
tempus, vel in perpetuum re-  
legatur, & si ei bona adem-  
pta non sunt, testamenti fa-

ctionem retinet. l. relegati. l. re-  
legatorum. §. hæc est differentia.  
§. siue ad tempus, & sequentibus.  
l. relegatus. de interdict. & rele-  
gatis.

## Q V A E S T. XXVIII.

Propter publicam utilitatem  
licet bona priuatorum, immo  
Ecclesie, capere & de-  
struere.

## S Y M M A R E R V M.

*Omnia quæstioni insunt.*

**B** A-R-T. in l. nullus. C. de  
cursu publ.. Nam, vt  
Bald. notat, in quo-  
cumque priuilegio censetur  
exceptus casus Reip. vtilis. l.  
t. C. ut nemini liceat in empt. l.  
nullus. C. de cursu publ. Notatur  
in l. iubemus 10. C. de sacrofan-  
ctis. Ioann. Anid. ad Speculat.  
tit. de censib. §. nunc dicendum.  
& cap. t. quo tempore miles. &  
ibi Bald. Ancharan. in cap. non  
minus, de imm. Eccles Iason ad  
l. placet. C. de sacrofanct. l. item  
si verberatum. §. si. de rei vendi.  
l. Lucius de enictio. l. Antiochen-  
sum. de priuileg. cred. l. quomi-  
nus, vbi Iason. de fluminibus. l.  
si quis sepulchrum. de Religiosis.

O 3 Quo

Quo argumento notant Doctores licere Rectori vniuersitatis equos & vehicula priuatorum capere pro vehendo commeatu ad exercitum, & ad vehendos damnatos ad mortem. Bart. & alij ad l. fin. de pign. act. Paris de Puteo de syndi. Item ad præstandum locum ad furcas erigendas. Ioann. Andr. ad Specul. tit. de executione sententie, in fin. Olida. conf. 161. Castr. ad l. scendum. de noui operis. imò Ecclesiæ ipsas ob publicam utilitatem licet in castellare, id est, in eis propugnacula facere. cap. sanctorum 10. quest. 1. Bald. ad l. 2. C. de sum. Trin. imò & diuiri licet, propter salutem multorum. l. Prouincialium. C. de feriis. cap. fin. de custodia Euchar. Sed hoc casu præmium soluendum est, vel Ecclesia alibi restauranda. l. 2. C. ex quibus caus. serui pro premio. l. venditor. §. si cōstat. communia pred. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. de usuf. gl. in l. Barbarius. de offic. prætoris. Quod lege diuina confirmatur, l. Paralipomen. cap. 20. Dixitque ei David: Da mihi locum area tuæ, ut adificem in eo Altare Domini, ita ut quantum valeat argenti accipias. de quo D. Gregor. lib. 1. Regum cap. 8.

**V** Ide Menochium de amb. trar. iudic. casu 48. & Marcum fusè tom. I. quest. 336. Potest etiam Ecclesia ad fundandam Ecclesiam in uito domino acquirere, nec ei hoc casu necessaria est amortisatio. Papon in consuetud. Borbo. §. 479. idem in collect. Areft. tit. des amortissimens. Baldus ad l. 1. in princ. de rerum diuisio.

## QVÆST. XXIX.

*Si Princeps, ciuitas, vel alius, equos alicuius cōperint, vel currūs, & perierint, casus fortuito, an periculum pertineat ad dominum, vel ad Principem.*

## SYMMÆ RERVVM.

1. *Periculum ad Principem & cōnitatem pertinere. vero opinio.*

**V**NT qui putant periculum ad dominum pertinere. l. final. commod. ubi; si equus commodatus deterior fiat sine culpa commodatarij non

non tenetur, quinimò si res  
commodata remittatur per  
nuncium qui communis op-  
nione idoneus sit. l. argentum.  
commodati. l. videamus. locati.

1. Verius tamen est periculum †  
ad Principem & ciuitatem  
pertipere. l. quemadmodum. §.  
magistratus. ad leg. Aquil. l. 2. C.  
de lucr. Adnoc. l. 2. C. quibus ex  
causis servi pro præm. Nec ob-  
stant l. fin. commodati. & l. vi-  
deamus. locati. Nam in com-  
modato & locato consensus  
commodantis & locantis in-  
tercessit, qui præuidere potuit  
casu rem perituram; quare  
iniquum non est iacturas ad  
eos spectare. l. 2. §. si conser-  
vatis. ad leg. Rhodiam. Innoc.  
in cap. sicut. de iure iurando. At  
hic ab inuitis bona crepta  
sunt.

## IAC. FERRERIVS.

**M**Enochius de arbitrariis  
iudiciis, casu quadragesi-  
mo octavo, in fine.

## QVÆST. XXX.

Vtrum ius agendi ad supple-  
mentum legitime transeat  
ad extraneos, ita ut sup-  
plementum petere possint,

& utrum legitima ipe-  
cunia solui possit.

## SUMMÆ RERVM.

1. Non transfire ad extraneos.  
fallit num. 3.
2. Idem in querela inofficiose  
donationis. & num. 6.
4. Quid in legato dotis nomi-  
ne facto à patre filie.
5. De replectione legitima. &  
num. 8.
7. Ius agendi ad supplementum,  
& intra quod tempus id  
peti debeat.
9. Explicantur l. si quis filium.  
C. de inoffic. & l. filio  
præterito. ff. de iniusto  
rupto.
10. An legitima filij in corpo-  
ribus hereditariis peti,  
vel solui possit in pecu-  
nia.

**N**I DE T V R † tale ius 1.  
extraneis hereditibus  
non competere, pri-  
mò ad instar querelæ non  
præparatæ. l. si instituta. l. Pa-  
pinianus. §. 1. l. si proponebatur.  
de inofficio. testam. in cuius lo-  
cum supplementum legitimæ  
successit. l. si quis filium. l. si-  
mus. §. fin. C. de inoffic. Idem  
obseruatur in querela † inof-  
ficiose donationis, quæ non  
transit ad extraneos, ex sen-  
tentia 2.

- tentia Bald. *in l. l. C. de inoffic. don.* Secundò si filius tacuit; ergo non debet permitti extraneo hæredi agere ad supplementum legitimæ. argum. *l. filio præterito. de iniusto, rupto.* Adde quòd forsitan si filius vivisset non postulasset: contra-
3. rium † tamen verius est, & iudicatum saepe fuit per glossam & textum *in l. quamquam.*
  4. *C. ad leg. Falcid.* Secundò † legatum dotis nomine factum à patre filiæ, qui tenetur eam dotare, parum est, & transmittitur ad hæredem extraneum. Barr. *ad l. Titio centum. §. Titio. de cond. & dem.* Anch. *conf.*
  5. 313. Tertiò † repletio legitimæ fit ipso iure. *l. scimus. C. de inoffic.* Ergo filio quæsita est, & in bonis eius, ita ut ad hæredes transmittatur. *l. l. C. vt actio de hæredibus.* Secus est
  6. in † querela quæ ius est quoddam quærendi ad vindictam, quod in bonis non est. *l. Papinianus. §. si conditioni. de inofficio.* Castrensis *in l. si quis filium. C. de inoff.* Sequitur hanc opinionem Aretinus *de inoff. testam. in princip. Iason conf. 114. & 146. vol. 2. Boér. quest. 250.* Angelus Aretinus *in d.l. Papinianus. §. si conditioni.* Et alij
  7. quidam existimarunt ius † agendi ad supplementum extraneis hæredibus competere

*intra quinqueannum, nō post ea: hæredibus verò suis usque ad 30 annos. l. si quis filium, in fin. C. de inoffic. vbi agitur † d. repletione, à qua nepos excludi videtur, si per quinquennium tacuit. Sed hæc opinio falsa est, nec obstat † d.l. si quis filium;* eius enim legis præcipua est decisio, nepotem ex filio ex hæredato habere querelam inofficiosi, quam habuisset eius pater, et si ab eo præparata non sit illa: autem regulæ locus non est ex sententia Imperatoris *in d.l. si quis filium,* quoties filio ex hæredato est aliquid relictum, vel ibi filius tacuit quinquennio; itaque verba illa pertinent ad querelam, non ad repletionem legitimæ; nec obstat *d. l. filio præterito.* nam ibi non solum filius tacuit, sed & abstinuit bonis patris.

Sed † questionis est an extraneus hæres filij possit petere legitimam filij in corporibus hæreditariis, vel an contentus esse debeat pecunia? Quod ad hanc questionem pertinet inualuit error in præxi quòd legitima dèbeatur liberis in corporibus hæreditariis: Interpretes *ad Authentcam nouissima. C. de inoffic.* Benedict. *ad cap. Raynatus. testam. in verbo duas, num. 154. & Guid.*

Guid. Pap. *in questione* 487. Veruntamen certum est, & verissimum, legitimam liberis aliquando in pecunia solui posse, & id locum haber in primis in ducatu, comitatu, & vicecomitatu, &c, ut quidam existimant, in baroniis. Secundò id locum habet, ut legitima in pecunia soluatur liberis, in magnis & illustribus familiis, quas testator voluit in vnitate conseruare; & quas Reipublicæ interest conseruari. *l. i. §. sed si seruus de ventre in spic.* Fernandus *ad l. in quartam 3. artic. cap. 3.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parlamenti Tholosani in causa in qua ego postulauit tanquam Aduocatus Regis: nam siue in pecunia, siue in corporibus legitima soluatur, nulla est differētia, quia pecunia est ex substantia patris, ut & corpora hæreditaria: & ideo si soluatur legitima in pecunia, censetur solutio facta ex ipsa patris substantia, ut voluit Imperator *in omnimodo. §: repletionem C. de in offic.* Alter casus est in familiis illustribus, quoties hæres filij grauati de restituenda hæreditate fauore alicuius, qui est de familia, vult detrahere legitimā, quam hæres grauatus soluit liberis in corporibus hæreditariis.

Nam contentus esse debet pecuniā quæ soluta fuit liberis, & ita iudicatum fuit Arresto eiusdem Parlamenti. Et puto hanc opinionem verissimam esse; alioquin eueneret, ut per detractionem legitimarum fideicommissum euerteretur. *t. mulier. §. cum proponeretur ad Trebellianum.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**H**Anc quæstionem obiter tractauit in addit. ad Guid. Pap. *quest. 487. Hotom. obseru. lib. 4. cap. 19.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parlamenti Tholosani decima sexta Maij anno millesimo sexcentesimo tertio, inter de Crousisac & Annam de Villetteufve, vbi legitima hæredi fuit adiudicata in pecunia iuxta valorem bonorum testatoris tempore mortis illius. Idem etiam fuit iudicatum in eodem Parlamento prima Martij anno millesimo quadragesimo septuagesimo sexto, inter de Rabastein Vicecomitem, & Paulinum & Mariam de Rabastein, cui in restitutione fideicommissi adiudicatæ tantum fuerunt pecuniæ numeratæ pro solutio- ne legitimarum liberorum. Imò per ciusmodi Arrestum

Curia adiudicauit dictæ Mariæ , à qua fideicommissum euineebatur , detem florenos in pecunia pro dote. Idem iudicatum in codem Parlam. Tholosano vndeclima Augusti anno millesimo sexcentesimo primo , inter Comitem de Grignan , & de Larnage.

### QVÆST. XXXI.

*Vtrum Rex iure prælationis usurpet quid de Ecclesia.*

### S V M M Æ R E R V M.

1. *Contrarium statuitur.*
2. *Regem non posse retinere feuda confiscata. limita ut num. 3.*
4. *Retinere posse feuda regalia & nobilia que dignitatem habent. & num. 7.*
5. *Item ea que sunt de domino.*
6. *Molinai lapsus.*
8. *Diluntur l. 1. ff. de fund. patr. & l. fin. C. de præd. decur.*
9. *Ecclesiam iure prælationis uti.*

### D V R A N T I

**N**I D E T V R † quòd non. Masu. tit. de locatio. §. ittm & predicta. Bened. in cap. Rayn. in verbo, & uxorem. Ferron. in cons. Burd. de feud. §. 10. Nam Rex posset omnia ad se trahere contra proprium eius commodum: utlius est enim Principi imperium adiectione hominum; quam pecuniarum copiâ ampliari. l. cùm ratio. de boni. Regis præterea intet est subditos habere diuites. Eutrop. scribit Constantem Constant. patrem dicere solitum , opes publicas à pluribus priuatis melius haberi , quam intra unum Principis claustrum reseruari. Rex itaque omnia feuda consequeretur. Accedit quòd Rex † non potest retainere feuda confiscata; vide ordin. Regias apud Aufr. tit. de feudis. dixi in lib. de feud. Quare cùm Princeps bona sibi publicatione quæsita retinere non possit, multo minus alteri vendita. Postremò videtur decisum emphyteutam reip. vel fisci sine consensu Principis vel recipabl. alienare posse. Bart. Iason, in l. fi. C. de iure emph. l. pen. de fund. patr.

Contrarium videtur dicendum , quia Princeps non debet esse deterioris conditionis quam priuatus. argum. l. item veniant.

veniunt. §. in priuatorum. de pet. hered. eamque sententiam approbari legimus multis Arrest. de quibus Aegidius Magister sub tit. de feudis cap. 5.

3. Ego † in hac quæstione censeo Principem, si vult, feudum retinere posse, maximè quæ vel prædiis Principis proxima sunt, vel limitanei, aut quæ munita & armata sunt. l. quicunque. C. de fund. limit. l. in nomine. C. de off. pref. pret. arg. l. Lucius. de eniēt. & l. item si verberatum. de rei vend. Idemque † statuendum iudico in feudis Regalibus & nobilibus quæ dignitatem annexam habent, ut sunt Ducatus, Comitatus & Baronia. cap. 1. quis dicatur Dux. Nam et si confisata feuda Rex debeat emancipare: tamen feuda nobilia retinet, & quæ mobilia sunt & dignitatem habent. Chopin. de Doman. lib. 1. cap. 8. Idemque † iuris est in his quæ sunt de Domanio: ubi enim ea publicantur, confessim Domanio vniuntur reuersionis 6. iure, qua in re errauit † Molin. in consuetud. Paris. §. 30. Quare et si non passim feuda iure prælationis Regi addicantur: 7. ea tamen † quæ dignitatem habent, vel quæ sunt limitanea, vel quæ à Domanio pen-

dent, vel si publica utilitas suadet, retineri possunt à Rege, atque ita quæ in utramque partem à me dicta sunt suprà, sunt temperandas nec obstat † 8.

l. 1. de fundis patrim. & l. fi. C. de præd. decur. Nam illæ leges loquuntur de donatione, in qua nec priuati ius habent prælationis. Porro quod ad Ecclesiam † attinet, certum 9. est, quod utatur eo iure. cap. potuit. de locato. l. 2. C. ne rei dominice. Nam Ecclesia nō est deterioris conditionis quam priuati. Molinæus in consuet. Paris. §. 23. gloss. 1. Papon in consuet. Berbon. Aegid. Magister de feudis. cap. 5. maximè in Provincia Occitana, quæ iure scripto regitur.

## Q V A E S T . XXXII.

Vtrum Rex possit prescribere decimas.

## S V M M A E R E R V M.

1. Videtur posse decimam poscidere, & prescribere.
2. Contrarium ostenditur.
3. Declaratur cap. cum Apostoli ca. de his que sunt à prel.

4. Regem Gallie esse merè laicū, et si Chrifmate vñctum.

1. **N** IDETVR † quòd Rex possit decimas possidere & præscribere. Primò, quia iure diuino ius decimæ Regi tribuitur, & inter iura Regum numerantur 1. *Regum cap. 8.* Secundò ex *cap. cùm Apostolica. de his que sunt à præl.* vbi laicis in feudum dantur. Tertiò Carolus Martellus cùm ope Nobilium Sarracenos fugasset, decimas proceribus qui secum pugnassent distribuit cum consensu Episcoporum. Gaguin. Paul. Æmil. & alij in *vita Caroli Martelli.* Ius ergo percipiendi decimas ad Regem pertinet, alioquin enim aliis distribuere non potuisset. Quartò Reges præsertim Gallicæ censeri non debent merè laici, imò potius inter Clericos locandi sunt, eo quòd sacro Chrifmate cœlitus dimisso vngantur. Ioan. Mon. & Ioan. Andr. *in cap. licet, in pr. de prebend. lib. 6.* Itaque beneficia Ecclesiastica conferunt. *cap. veniens. §. fi. de elect. lib. 6.* *cap. dilectus 3. de preb. cap. ex diligenti. de iure patron. can. Cleros.* 21. *dist.*

2. Sed tamen cōtrarium ve-

rius est *cap. dudum. de decimis.* vbi Reges non præstant iustum titulum præscribendi decimas eis quibus eas concesserunt: ergo ad eos non pertinent; vide D. Ludouici *ordinationem apud Lucium de placitis lib. 2. tit. 5.* Secundò decimæ sunt Clericis attributæ, *Numeror. vlt.* itaque eas Principes usurpare non possunt, *Isai. 59. & 60.* Tertiò laici quacunque dignitate prædicti, spiritualium sunt incapaces. *cap. Massana. de electio. can. bene quidem. dist. 96.* ergo nec præscribere eas possunt Reges. *c. causam. de præscript.* Quartò considerandæ sunt causæ, quare Deus eas assignauit Clericis, nempe ut ministerio sacro vacare possint. 2. *Paral. 13. & Num. cap. vlt.* *c. reuertimini, c. quamuis. de decimis;* itaque quia Reges ab his muneribus immunes sunt, non debent percipere decimas: nec obstat quòd ius decimas percipiendi inter iura Regis numeratur, 1. *Regum cap. 8.* ibi enim describuntur iura Regis non boni, item ibi non agitur de decimis quæ Sacerdotibus præstantur, sed de decima parte bonorum vel fructuum subditorum. Iosephus *libr. 46. antiqu. cap. 4.* Minus † obstat *d. cap. cùm Apoflo*

*Apostolica.* nam decimæ non fuerunt in specie illius cap. concessæ in feudum à Rege, vel alio Principe, sed ab Episcopo, vel Ecclesia, vt Innoc. Host. & Imola notarunt. Quod verò dicitur † Regem non esse merè laicum, falsum est, quamuis sacro Christmate vngatur: nam non consequitur inde aliquem ordinem. Panor. in d. cap. dudum. de decimis. gloss. in can. Valentinianus 63. distinct. Porrò etsi Reges ex consuetudine vel priuilegio beneficia conferant, non sequitur quod decimas possidere possint; separata enim hæc sunt: nam veteri Testamento Reges ministros sacris præfiebant deficiente Pontifice. Paralip. 1. cap. 24. 3. Regum cap. 1. & 8. cap. Cleros 2. 1. distinct. numquam tamen decimas Leuitis concessas usurparunt: itaque decimæ non competit Regi, etsi eas longissimo tempore possederit, quod Arresto Tholosan. iudicatum fuit in audientia in gratiam Curionis Sancti Sulpitij aduersus fisci Procuratorem.

## QVÆST. XXXIII.

*Vtrum in delictis Regia animaduersionis, Presbyter damnari possit ad emendam honorabilem, & de emenda honorabili, & de pœna iniuriæ verbalis illatae.*

## SYMMÆ RERVM.

1. *Videtur Presbyteros non posse condemnari à iudicibus laicis ad emendam honorabilem. fallit num. 5.*
2. *Clericis imponi non poterat pœnitentia solemnis. vide num. 7.*
3. *In casibus priuilegiariis damnari tantum. possunt ciuititer, & in pecunia contrarium n. 5. ampliatum n. II.*
4. *Non possunt priuari beneficiis à iudicibus secularibus.*
5. *Mulctari solet Presbyter à indice seculari proscriptione, exilio & bannimento.*
7. *Pœnitentia publice.*
8. *Differentia inter pœnitentiam solemnem, & non solemnem.*
9. *Confessionem, siue pœnitentiam*

11. *tiam publicam abrogatam esse in Ecclesia, quomodo intelligendum sit.*
10. *Clericus quando infamiam incurrat.*
12. *Explicatus Nic. Boërius in conf. 4.*
13. *Emendam honorabilem imponi absque ignominia posse.*
14. *Satisfactionis mos apud antiquos.*

1. **I D E T V R** † quod Iudices laici non possint damnare Presbyteros ad calamitosam exomologesim, quam emendam honorabilem vocamus. Primo, quia † solemnis penitentia non poterat imponi Clericis. can. confirmandum. & can. illud. distinct. 50. Tum ob euitandum scandalum, & ne laici Presbyteros & eorum officium contaminent. can. Presbyter. distinct. 82. can. de his. dist. 50. can. in Sacerdotibus. dist. 61. tum propter reuerentiam Ordinis. Ergo ob eam rationem imponi non potest emenda honorabilis. Secundo † profani Iudices in casibus priuilegiariis ciuiliter & pecuniâ Clericos tantum condamnare possunt. Aufrerius regula prima, 12. & 23. limitatione. Chassaneus tit. des Iustices. §.

5. *regula prima.* Tertiò † secundū laes Iudices nō possunt Clericos beneficiis priuare; neque enim de titulo beneficiorum cognoscunt. Guid. Pap. quest. 1. Ergo nec infamia notare, nam infames beneficiis priuantur argum. l. 2. §. nullus de his qui notantur infamia. & ibi Accursius. Et hanc sententiam probat Masuer. tit. de iniuria, in princip. Boërius confil. 4. Rebuff. in prima parte ordin. Regi. tit. de sententiis executor. art. 3. gloss. 2.

Verius † tamen est in casibus priuilegiatis Clericos dānari posse ad emendam honorabilem, & ita iudicatum fuit multis præiudiciis Parl. Tholos. Aufrerius Arref. 264. & 269. Gallus quest. 729. nam Presbyter † solet à Iudice seculari proscriptione, exilio & bannimento multat. l. quicunque. C. de Episcop. ergo ad emendam honorabilem confirmatur, hæc sententia can. Clericus maledicus. distinct. 46. Nec † obstat quod de solemnni penitentia diximus, obseruandum enim est penitentiam publicā aliam esse solemnem, aliam non solemnem. Porro † solemnis non potest imponi Presbytero, nō solemnis, et si publica, potest c. Presbyter. 28. dist. In aliis quoque

que distat solemnis pœnitentia à publica non solemnii. Nam non solemnis iterari potest : solemnis verò minimè. Solemnis pœnitentiae formam exaratam legimus *can.in capite. dist. 50.* & apud Sozomenum *lib.7 cap.16.* Nicephorus *Annal.lib.12 cap.28.* Fortun. *lib.1.de Ecclesiast.offic.* D. Rhenanus ad Tertull. *de pœnitentiā, in fine oper.* Alciatus *lib.9.Parerg.cap.22.* Vide Volaterranum *lib.7.*

His tamen refragari vide-  
9. tur quodq; † publica confessio  
sive pœnitentia abhinc mul-  
tis annis in Ecclesia abrogata  
fit. D. Leo epist.78.*can. quamuis.*  
*can. sufficit. de pœnit. dist. 1.* Ve-  
rūm hoc intelligendum est  
de confessione peccatorum  
ordinaria, quæ etiā quando-  
que publicè facta fuerit, post-  
ea tamen congruentius vi-  
sum est fieri clām coram Pres-  
bytero remotis arbitris. D.  
Chrysost. *hom. 2. in Psalm. 50.*  
At quin publica confessio im-  
poni possit pro delicto, du-  
bium non est, imò & in actio-  
10. ne iniuriarū Clericus † dam-  
natus etiā ciuiliter infamiam  
incurrit. Bart. *ad Linfamem, in*  
*fi. de publ. indic.* Quod verò di-  
citur non licere Iaicis Iudici-  
bus Clericos nisi ære † dum-  
taxat mulctare, locum habet

quoties crimē priuilegiarium  
communi est mixtum, & cri-  
men commune habet aliquid  
priuilegiarij criminis : nā quia  
tunc pœna criminalis ordina-  
ria ad iudicem Ecclesiasticum  
pertinet, antequam ad suum  
iudicem Clericus remittatur,  
ære damnari solet pro crimi-  
ne priuilegiario : at vbi totius  
criminis vindicatio ad profa-  
num Iudicem pertinet, ne-  
dum pecunia, sed & exilio, &  
aliis pœnis, quæ imponi pos-  
sunt, sine degradatione dam-  
nare potest. Quod verò dici-  
tur Clericum infamem fieti,  
si ære damnatus sit, itaque  
non emenda, sed condemna-  
tio infamat. *l. ictus. de his qui*  
*not. infam.* Deinde non omnis  
infamia notatus amittit bene-  
ficium. *cap. querelam,* ybi Pan-  
norm. & Doctores, *de iure in-*  
*rando.* Cæterūm † Nicol. Boër. 11  
opinio intelligenda est, vt lo-  
cum habeat regularitet in gra-  
ui actione iniuriarum, neque  
enim conueniens esset pro  
qualibet iniuria ea pœna Cle-  
ricos afficere : at vbi iudici  
grauis infertur iniuria, vel alio  
crimine quam priuilegiatio  
agitur, non negat Boërius  
quin ea confessione ignomi-  
niosa Clerici notari possint.  
Mansuer. fusè *tit. de iniuris.*  
Porro obseruandū est † emen-  
dam 13

dam honorabilem impomi posse sine ignominia: id est,  
*sans note d'infamie*, de quo ex-  
 tant quamplurima Arresta  
 Parlamenti Tholosam. Hanc  
 autem emendā & confessio-  
 nē publicā originem habuisse  
 existimo à vetere & soleum  
 more satisfactionis , quam  
 exequebatur is qui aliquem  
 re vel verbis iniuste laeserat :  
 + olim enim † cùm quis iniuria  
 aliquem afficerat , iurabat se  
 nolle factum agnoscere, indi-  
 gno eam iniuriam intulisse, vt  
 apud Terentium in Adelphis  
 act.2. scena prima;

*Tu quod te posterius purges, hanc  
 iniuriam mihi nolle  
 factam esse, huius non faciam. cre-  
 de hoc, ego meum tuus perse-  
 quar.*

*Neque tu verbis solues unquam  
 quod mihi remale feceris.*

*Nouit ego vestra hac, nolle fac-  
 etum, iusfirandum dabatur, te  
 esse*

*Indignum iniuria hac, indignis  
 cum egomet sim acceptus mo-  
 dis.*

Imò qui eas iniurias sine sa-  
 tisfactione dissimulabant, sce-  
 lerati habebantur. Alcumenā  
 apud Plautum in Amphir. indi-  
 cat his verbis ;

*Durare nequeo in aedibus, ita me  
 probri,  
 Stupri, dedecoris , à vero argu-*

*tam meo ē  
 Ea que sunt facta, infectare fert,  
 ac climitat.*

*Que neque sunt facta, neque ego  
 in me admisi, arguit.*

*Atque id me sūsque déque esse  
 habituram putat.*

*Non ēdepol faciam , neque me  
 perpetiar probri*

*Falsò insimulatam : quin ego il-  
 lum aut deseram,*

*Aut satisficiat mihi, atque ad-  
 iuret insuper*

*Nolle esse dicta que in me inson-  
 tem protulit.*

Huius etiam petitionis ve-  
 niæ exemplum extat apud  
 Gregor. Turonens. lib. 6. cap  
 11. vbi Dinatum prouinciæ  
 Massil. Rectorem nudatū ve-  
 niam postulasse scripsit.

*D*e palmodia, emendā hc.  
 norabili & satisfactione  
 ob iniuriam verbis illatam,  
 vide Langleumi in otio seme-  
 stri lib. 10. cap 1. Imbert. lib. 3.  
 cap.8. in Latino.

Huc pertinet quod ab Vi-  
 piano scriptum est in l. lex Cor-  
 nelia. §. hac lege. ff. de iniuriis.  
 Hac lege , inquit Vipranus,  
 permititur alteri iusfirandum  
 deferre ut iuret reus se iniuriam  
 non fecisse. Brissonius in formu-  
 lis fol. 8. 17.

## QVÆST. XXXIV.

*An Procuratores Parlamentorum excusentur à tutelis, & quid de Aduocatis.*

## SUMMÆ RERVM.

1. *Excusari à tutelis Aduocatos.*  
Et num. 4.
2. *Non Procuratores.*
3. *Procuratores non eximi à subsidiis.*

**V**I DE T V R quòd sic, nam procuratio est species tutelæ, inquit, vocantur tutores & procuratores, & tutor cum procuratore comparatur. *l. procurator. de acquir. rerum.* Ceterum triū tutelarum onus, vel unius diffusæ excusant. *l. m. l. si is qui tres. §. eum. de excus. tuto.* ergo & procurator qui plures diffusas habet procurationes excusat. Secundò procuratores Parlamenti ita curis implicatur, vt rebus suis satisfacere non possint, quod excusat. *l. 3. C. qui morbo se excus. §. item proprie. de excusa. l. Titus. § finali. de excusatione.* Tertiò, Aduocati + excusantur à tutelis. *l. sanctimus. C. de aduoc. di-*

*uer. ibi, nullum ratiocinum;* ergo procuratores, qui maiore cura implicantur: nam & ipsi sunt domini litis. *l. procuratoribus. l. nulla. C. de procur.* Denique in palatis militantes excusantur à muneribus. *l. 1. l. 2. C. de privileg. corum qui in pal.*

Et sunt in eam sententiam quedam præiudicia: sed + tamen contrarium verius est. Primo tutela est munus publicum. *l. 1. §. 1 de excus. tuto.* Cùm ergo sit munus publicum, nō solet facile vocatio concedi. *l. ff. de vacat. mune.* Legimus Senatum summi muneris loco familiæ Gordiani tribuisse, vt eius posteri, si vellent, à tutelis vacarent. *Capitolin. in Gordiano.* Nam tutores pupillis dare ad causam publicam pertinet. *l. 2. qui petant. l. 2. §. tra. etari. ad Terull.* At nulla lege, nullaque constitutione procuratores eximantur à tutela: ergo tantum beneficium non est eis indulendum. Secundò + procuratores Parlamentorum non excusantur à subsidiis. *Guid. Pap. quest. 89.* Et quest. 399. multo minus à tutela. *l. spadonem. §. qui accept. de excus. tuto.* Denique procuratorum hodie est infinitus numerus, quare huius tam præcipui ac singularis benefi-

cij tot homines participes facere publicę vtilitati pernicio-  
sum esset. Nec obstat quod di-  
ximus de tribus tutelis , id  
enim verum est, nisi affectatae  
sint. *d. l. spadonem. §. fin. l. 2. l.*  
*sed et si sui commodi. l. reip. ex*  
*quibus cauf. maio.* At qui procu-  
ratores efficiunt quòd habent  
procurationē, & negotia affe-  
ctant , ambient & querunt :  
non est ergo illis tale benefi-  
cium indulgendum. Non ob-  
stat quòd procuratio sit digni-  
tas : nam ea non excusat. *d. l.*  
*spadonem. §. scire oportet. cùm sit*  
sine administratione. Itē pro-  
curatores non habent digni-  
tatem , licet eo munere do-  
uentur à Principe, & codicil-  
los habent. *l. nam perfectus. C.*  
*de dignit. non minis quām ta-*  
belliones & seruientes, & alij.  
Nec obstat quod de Aduoca-  
tis Parlamentorum dictum  
est : primò id tantūm conces-.

4. sum est Aduocatis † primi  
ordinis. argum. *l. si duas. de*  
*excus. it. præterea alia est con-*  
*ditio & dignitas Aduocato-*  
*rūm. Tiraquell. de Nobilit. cap.*  
*29. & ita iudicatur in Parlam.*  
*Tholos.*

IAC. FERRERIVS.

A Duocati excusantur à  
tutelis & omnibus mu-

## D V R A N T I

neribus , in primis quia ab o-  
mnibus muneribus personali-  
bus excusantur, qui pro vtili-  
tate publica operas suas exhib-  
ent. *l. semper. §. penult. de in-*  
*re immun.* Et quamvis ea lex  
intelligatur de his qui cum  
muneribus quæ exerceant di-  
gnitatem habent annexam:  
certum tamen est , quòd Ad-  
uocatorum munus publicum  
est , & honorabile , vt constat  
ex multis Imperatorum Con-  
stitut. sub titulis , *C. de aduoca-*  
*tis diuers. iud. & de aduocatis,*  
*& sub tit. de postulando , & ex*  
*Nouell. Valentin. de postul.* vbi  
Aduocatorum ordo dicitur  
seminarium magistratum.  
Quare rectè Ennodius scri-  
psit , nota proximitate socia-  
ri causidicū & Senatorem.

## QVÆST. XXXV.

*Vtrūm publicatio bonorum,*  
*quām vulgus confisca-*  
*tionem vocat , pertineat ad*  
*emptorem iurisdictionis ,*  
*que ex Domanio Regis*  
*pendet : an vero resolu-*  
*ta venditione , confisca-*  
*ta bona Regis sint restituendae.*

S V M M A

## S V M M A E R E R V M .

1. *Mobilia, vel fructus immobiliū emtori adquiri ante redēptionem rei vendita.*
2. *Dominium rerum immobiliū cuius sit.*
3. *Bonorām confiscaōem connumerari fructibus.*
4. *Maritūm lucrari confiscaōem constante matrimonio.*
5. *Confiscaōem non esse de domiō Gallico.*
6. *Emtorem fructus suos facere.*
7. *Diluitur cap. felicis. de paenit.*
8. *De Redētore Ecclesiā quo iure gandeat.*
9. *Ampliatur quēstio:*
  
1. **S**ed Anē + quoad mobilia, vel fructus immobiliū, ante redēptionem rei vēditē emtorei acquiruntur. Ol. dr. conf. 239. Spec. de locato. §. nunc aliqua, quēst. 3. Bened. in verbo, cetera numer. 33. l. vſu fructu. de vſufr. leg. Quod verò pertinet ad + dominium, seu proprietatem rerum immobiliū, difficilis est quēstio. Nā quōd emtorei acquiratur, ita ut restitutio non sit facienda,

probatur in primis per l. vſu fructu legato. §. 1. de vſufr. Scundō facit textus in l. manifestissimum. §. sed cū in secundam. C. de furtis. vbi agitur de commodatario qui non restituit domino quod ex furti causa accepit. Tertiō emtore iurisdictionis fructus omnes lucratur. l. curabit. l. fructus. C. de act. empti. quod etiam obtinet in emtore cum pacto de retrouendendo ut restituere nihil teneatur. l. 1. C. de pall. inter. vbi Bald. & Castr. arg. l. Valerius. de iure fisci. Panor. & alij in cap. ad nostram. de emptio. & in cap. illo vos. de pig. Bald. in l. pen. §. mancipia. soluto matrimonio. Boér. conf. 88. Tiraquel. in retract. conuent. §. 5. gloss. 2. Cæterū + bonorum confiscaōe inter fructus connumerratur. Bart. & alij in l. ffi. soluto matrimonio. Bald. in l. pen. C. de fruct. & lit. Bald. & Castr. in l. 2. C. de Episcopali aud. Rom. conf. 70. Ergo emtore cum conditio ne redimendi confiscaōes lucratur. Accedit quōd emtore quā sit cum pacto de retrouendendo pura est, sed sub conditione resolutur. l. 2. vbi gloss. de in diem addit. Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. gl. 1. Præterea si emtore non lucraretur confiscaōes, criminā remanerent impunita.

4. Quintò † maritus constante matrimonio lucratur confiscationes. *l. fi. soluto matri. Sex-*  
*s. tò † confiscationes non sunt patrimonij vel domanij Galli- ci. Itaque Rex potest, imò solet bona confisca t alienare; argum. *l. murileguli. C. de muri- legulis.* Guid. Pap. *quest. 341.* Extantque in eam rem consti- tutiones Philippi Pulchri, & Ioannis Caroli quinta, sexta & septima, de quibus Bened. *in verbo, & uxorem, decis. 5. n.* 217. & hanc sententiam ap- probauit Senatus Tholosanus Arresto 13. Septembris 1575. Procuratore Regio, & Anto- nio de Lissone litigantibus.*

Nec obstat quod allegari potest *ex leg. bones.* §. si quis seruum. de adilitio edicto. nam quoties res aliqua redhibetur ex edicto adilitio, omnia quæ occasione rei consequutus est emptor, restituere tenetur, et iam fructus. *l. cum autem.* §. fin. de adilitio edit.

- Diuersum est in specie no-  
 6. stra: nam † emptor fructus suos facit. Minus etiam obstat textus *in † cap. felicis, de pœ- nis.* vbi feudum commissum ob crimen deuoluitur ad Ecclesiam, non verò ad Ecclesiæ Rectorem, qui fructuarius cē- setur: verùm huic constituo-  
 8. ni ita occurritur, vt Rector †

## D V R A N T I

Ecclesiæ non habeat domi- nium, sed dunitaxat admini- strationem & vsumfructum. *cap. presenti. de officio ordinary.*

Ego † in hac quæstione 9. quoad immobilia distinguen- dum puto: nam aut agitur de bonis quæ ex iurisdictione & directo Regis dominio pen- dent, aut de his tantum quæ sub Regis iurisdictione sita sunt. Priore casu publicata bona quæ ad dominium Re- gis directum pertinebant, emptori tamdiu, quandiu di- recto dominio fruitur, dum- taxat acquiruntur; bona enim illa ante publicationem ad di- rectum Regis dominium per- tinebant; publicatione sequi- ta utile dominium consolida- tur, & ad priorem dominum reuertitur. Itaque bona illa portionem rei alienatæ conse- quuntur: nec inter fructus nu- merari possunt, quod etiam ex Molinæo notauiimus *in consuetud. Parisiensi.* Posteriore verò casu cum iurisdictione emptor fruatur, & res publi- cata non sit pars rei alienatæ, sed potius fructus iurisdictio- nis, non est absolutum ea bo- na emptori acquiri, ne iurisdi- ctio ex eo minuatur. Oldrad. *consil. 148.*

## Q V A E S T .    XXXVI .

*D e donatione facta filio vel filiae nasciture, & de substitutione ita concepta, si filius meus decesserit sine liberis, substituo masculos filiae meae, & si non sint masculi ex filia, substituo Caium: an filio defuncto sine liberis nondum natis ex filia masculis Caius admittatur, vel substitutio suspendatur donec certum sit filiam liberos masculos parere non posse.*

## S V M M A E    R E R V M .

1. *Ampliatur hec questio, & distinguitur.*
2. *Respondetur ad l. fin. commun. præd.*

**R**OMANVS consilio 134. de hac quæstione in diuersas partes disputat. Primo videtur, eos dumtaxat masculos vocatos qui nati erant tempore mortis filij. arg. *l. si cognatis. de reb. dub. l. interuenit, de leg. pref.* Secundò morientium actus sus-

pendi non possunt. *l. si. ff. comm. præd. suspēderetur autem substitutio si expectanda esset filiorum natiuitas. Tertiò hanc sententiam probat l. in substit. de vulg. Quartò qualitas adiecta verbo secundū tempus verbi intelligitur. l. in delictis. §. si extraneus. de noxa lib. actionib. l. Titius. de militari testamento. Ergo qualitas illa; si non sint liberi, intelligitur si non sint tempore mortis filij.*

Ex aduerso pugnat quod dubia testatoris voluntas interpretanda sit, habita ratione temporis, quo testamentum conditum est. *l. si ita. de auro & argento.* At eo tempore quo testator testamentum fecit, non erant masculi ex filia: ergo benigna interpretatione conciendum est, testatorem de liberis in futurum nascituris censuisse. *l. heredibus. ad Trebellianum.* Secundò, quoties dubium versatur, fieri debet interpretatio quæ faucat ei qui primò nominatus est. *l. qui soluendo. de heredibus. l. i. C. de editio D. Adri.* quia quem testator primò nominavit, præ cæteris dilexit. *l. Pubblius. §. i. de cond. & demon.* Ergo filij & filiaz, qui primò nominati sunt, quandocunque nascantur anteferri debent. Tertiò indefinita oratio pro vniuersali ha-  
betur

tur nedum quoad res , sed etiam quoad tempus. *l. si ita auro & arg. l. si. C. que respigno.* Quare ea verba indefinita , si non extent masculi , interpretanda sunt , si nunquam extet masculi ex filia superstite. Quartò hanc sententiam iuvare videtur *l. si vir. ff. de cond. & demon. & l. si inter. de palt.* Guido Pap. quest. 511. & 612. & 267.

1. Ego t̄ distinguendum puto an illi qui substituuntur post filiae masculos extranei sint, vel proximiores , vel æquè dilecti ac ipsi filiae masculi. Priorē casu æquitas suadet substitutionem suspendi, & masculi filiae quandocunque nascantur vocati sunt. *l. cùm auis. de cond. & demon. & l. Lucius. dē heredib.* Posteriore casu puto masculos excludi , nisi sunt nati tum cùm filius testatoris moritur ; quia qualitas adicata verbo secundū tempus verbi intelligitur : deinde pars affectionis causa suadet à communis iuris regulis non discedere. *l. non solum. de ritu nupt. argum. l. in substitutione. de vulgari.* Quod pertinet ad *l. si cognatis, & l. interuenit,* Romanus in dī conf. 134. respondit.
2. Postremò non obstat t̄ *l. fin. comm. pred.* nam certum est quod actus morientium in

suspensi esse possunt , quemadmodum & actus viuentium, vbi causa adest. Baldus in *l. f. C. de sentent. pass.* Deinde validitas dispositionis testatoris non potest esse in suspensi. *d. l. fin.* at executio seu effectus dispositionis in pendentri esse potest. *l. heres quandocunque. ff. de acquir. hereditate. l. si tibi homo. §. cùm seruus. de legat.* *l. l. si nemo. de testam. tut.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**D**E hac quæst. ego dixi ad quest. 612. Guid. Pap. Boër. quest. 172. Menochius lib. 4. præsumpt. 96. numer. 32. & 35. vbi deciditur substitutionem esse in suspensi , & interim matrem possidere bona , donec certum sit eam non posse habere masculos : ita iudicatum fuit Arresto Parl. Tholosa. inter Illustrissimum virum Dominum dē la Terrasse Præsidem meritissimum , & Dom. de Bourgaille eius coniugem , & Syndicum pauperum Hospitalis S. Jacobi Tholosæ..

Q V .

## Q V A E S T .    XXXVII.

*An in diuisione inter heredes  
perpetuò maior diuidat, mi-  
nor verò eligat.*

## S V M M A E    R E R V M .

1. *Maiorem diuidere, minorem  
verò eligere; & cur. nu-  
mer. 3.*
2. *Quando id locum habeat.  
& num. 4.*
3. *De diuisione per sortem, &  
quotuplex fit.*
4. *Ius eligendi antiquitus per  
licitationem fieri soli-  
tum.*

**V**ICIO traditum est  
1. inter cohæredes; ma-  
iorem diuidere, minorem  
verò eligere, de qua  
traditione fusè ad cap. 1. de  
paroch. ex cap. Genesis 13. vbi  
Abraham natu maior parti-  
tur: Lot verò minori datur  
2. optio. Hoc verò locum t' ob-  
tinet dum fratres supersunt:  
nam altero eorum vita functo  
non spectatur quis maior vel  
minor fuerit. Nec enim ætas  
qualitas ad hæredes transmit-  
titur, est enim ætas res omniū,  
vt ita loquar, personalissima,

adèò vt nec cedi, nec trans-  
mitti possit. l. peto prædium. de  
leg. 2. §. fi. de vñfr. Et regula-  
riter ubi consideratur ætas,  
consideramus successorem,  
non eum cui succeditur. l. ea  
qua. C. de in integr. Cùm ergo  
ætas sit personalis, personam  
non egreditur. l. in omnibus. de  
reg. iur. Nec obstat quòd pri-  
uilegia etiam personalia ad li-  
beros transeant. l. etiam l. ma-  
ritum. l. quia tale. soluto matr. l.  
1. C. de privileg. dot. Nam in-  
primis sunt plures qui negant  
priuilegium personale ad fi-  
lios transire parentibus mor-  
tuis. Alexander in d. l. quia ta-  
le. Bald. in l. pen. §. si puellæ. de  
ritu nupt. argum. illius legis.  
Deinde ratio priuilegij cessat  
in filiis: nam ideo maiori t' di-  
uisio indulgetur, quia pruden-  
tior & cautior, & maiorem re-  
rum familiarum notionem  
habet; minori verò datur op-  
tio, quia infirmior. quæ t' ra-  
tio non habet locum in filiis:  
accidere enim potest vt filij  
maioris infirmiores & incau-  
tiores sint, & è conuerso filij  
iunioris, cautiōres & pru-  
dentiores. Rursus iuniori elec-  
tio competit, quoties à ma-  
iori fit diuisio: prout ait D.  
Ambros. *Diuisio non grauatur,  
quia à prudentiore & maioře fa-  
cta est.* quæ ratio cessat, cùm  
diuisio

3.

4.

- diuisio non sit à maiore, eo  
iam mortuo. Verùm eo casu  
quo maior non diuidit, du-  
bitatur, cuinam electio com-  
petat? puto sorte rem esse  
dirimendam. argum. *l. 2. C.*  
*quando & quibus quarta. l. sed*  
*cum ambo. de indic. l. si que sunt.*  
*fam. erciscunde. l. fin. C. comm.*  
*de legatis. §. optionis. de legat.*  
Nec aduersatur quòd sortes  
apud nos reiiciuntur. *can. 1. &*  
*sequenti 26. quest. 2.* Nam, vt  
paucis rem absoluam, D.  
Thom. concludit in secunda  
5. secunde, quòd † quædam est  
sors diuisoria, alia consultoria,  
alia diuinatoria; planè con-  
sultoria & diuinatoria vetan-  
tur: diuisoria non item, & ita  
iudicatum fuit Arresto Tho-  
los. 15. Febr. 1582. Cortial  
procuratore & curatore, Ioan-  
na de Bonhoma, Matthæo &  
Petro de Boffats litigantibus.  
Sed & illud notandum est,  
6. quòd † in hoc Parlamento  
antiquitus ius eligendi per li-  
citationem fiebat: sed hodie  
id sublatum est, ne introduca-  
tur inæqualitas inter cohære-  
des vel socios, quæ plerumque  
cueniret, altero calore vel ira-  
cundia pluris licitante, altero  
non valente ob paupertatem  
tantidem licere. *l. ad officium. C.*  
*comm. diuid.* Accedit quòd lici-  
tatio est odiosa. *l. 6. ff. familie.*

## IAC. FERRERIVS.

DE hac quæstione quòd  
maior diuidat, & minor  
eligit, vide Tiraquellum de  
iure primogenitorum, quest. sexa-  
gesima, & de diuisione per for-  
tem, & de sortibus, ibidem  
Tiraquellus quest. decimasexa-  
ta, in tractatu primæ opinionis  
quæ sorti rem committit.

## QVÆST. XXXVIII.

Vtrum Ecclesia, aut minor ad  
diuisionem prouocare possit,  
& quis eligit.

## S V M M A R E R V M.

1. Pronocare non posse ad diui-  
sionem Ecclesiam, nec et-  
iam minorem.
2. Ecclesia Ecclesiam prouocare  
ad diuisionem potest.
3. Alienare potest, si alienatio  
sibi utilis fuerit.
4. Societas an & quando dis-  
solvi posset.
5. Quomodo fieri rei dotalis a-  
lienatio à lege vetita.
6. Minor quando prouocare pos-  
sit ad diuisionem.
7. De Lögobardorum iure quid.
8. Diuisio bonorum communium  
inter

*inter Ecclesiam & priuatum qui fieri debeat.*

1. **E**ccl esia † prouocare ad diuisionem non potest, sicut nec minor. *l. si pupillorum ff. de rebus eorum. l. inter omnes. C. de pred. mino. Bart. in l. inter pupilles. de author. tuto. Rom. conf. 106. Baldus in l. 1. ff. de rebus eorum. Alex. confil. 7. vol. 5.*
2. Sanè † Ecclesia Ecclesiam ad diuisionem prouocare potest, modò solennia interueniant, & ea diuisio Ecclesiæ vtilis sit: ut si Ecclesia socium habeat beneficij, aut Ecclesiæ pertiniosum, qui possessiones communes perdat, alioquin quod in gratiam Ecclesiæ constitutum est, in perniciem eius verteretur. *l. quod 3. fauore. de legibus.* Deinde † Ecclesia alienare potest, si ei alienatio vtilis est. *l. iubemus. C. de sacrofanci. Ecclesiæ.* Præterea † vbi conuictione societas prohibetur dissolui, nihilominus ante tempus poterit dissolui si socius iniuriosus sit, vt cum pati non expedit. *l. si connenerit. ff. pro socio. l. fin. C. de agric. & mancip.* Rursus † rei dotalis alienatio à lege vetita fieri potest si vxori vtilis sit. *l. fin ff. de iure dotum.* Denique † minor prouocare potest ad diuisionem, si ei diuisio sit vtilis. *arg. l. inter pupillos. de admin. tut. Ioā. Fab. in d. t. inter omnes. C. de pred. Lucas de Penna ad l. 2. C. quando & quibus quarta.* Portò † Longobardorum iure 7. minores, Ecclesiæ & cæteri qui alienare vetantur, prouocare possunt ad diuisionem. *in tit. de prohibita alien. minorum, lege 3.*
4. **S**anè † autem pacto fieri debet diuisio bonorum quæ communia sunt inter Ecclesiam & priuatum, disputat Bald. *ad l. iubemus. C. de sacros.* & tandem concludit diuisionem fieri debere à iudice: quòd si partes non conueniat in eligendo, committendum id iudicio sortis. *l. sed cum ambo. de iud. l. 2. C. quomodo & quibus quarta.* Ego generaliter existimo Ecclesiæ electionem competere: nam si prouocat, electio pertinet ad prouocatum. *argum. l. in tribus. de iud.* Idque passim consuetudine receptum esse in hoc regno testatur Ioan. Faber in §. quedam. de actio. Si verò Ecclesia prouocat, electio ei quoque concedenda est: nam cum ei non licet prouocare, nisi Ecclesiæ vtilitas vrgeat, prouocando iusta ratione facultas ei concessa non debet electionis beneficium adimere. *l. quod 5. fauore.*

130 IO. S T E P H.  
*fauore. de leg. deinde in cap. 1.*  
*de parochiis. Iuniori in gratiam*  
*Ecclesiae electio cōpetit: nam*  
*Ecclesia minori potitur bene-*  
*ficio. l. orphanotrophos. C. de*  
*Episc. c. ex literis. c. auditis. de in-*  
*integ. restit. gloss. in 1. resp. C.*  
*quibus ex caus. mai. Denique*  
*in diuisione electionem habe-*  
*re quibusdam pro beneficio*  
*concessum est. l. unica. C. de his*  
*qui se def. l. 1. §. sed si euene-*  
*rit. ff. si quid in fraudem patron.*  
*l. non amplius. de leg. 1. Eccle-*  
*siae verò & dotis semper &*  
*vbiique causa præcipua est. e.*  
*1. §. donare. qualiter feud. pot.*  
*olim aliena.*

## D V R A N T I

5. Religionis fauor.
6. Barbatum falso arguitur.
7. Sacerdotes filios excludunt masculos.

VNT qui putant Sa-  
cerdotē excludi. Pri-  
mō statuto, quo stan-  
tibus masculis filii excludun-  
tur. Filius masculus si ad sa-  
cros ordines promoueatur  
non excludit filias. Barbat. in  
cap. quod Clericis. de foro compet.  
multo magis in hac specie,  
quia non simpliciter filius ad-  
mititur, sed cum adiectione  
habilitatis: valet autem argu-  
mentum de statuto ad pa-  
ctum. glossa in rubrica de de-  
cretis decurio. Secundō cūm pa-  
cto, vel statuto, vel testamen-  
to filij vocantur ad conserua-  
tionem agnationis, disponen-  
tes videntur prospexisse, quod  
habere non potest locum in  
Clericis qui nec liberos legi-  
timos habere, nec familiam  
conseruare possunt. Tertiō  
Clerici nedum in fundis suc-  
cedere non possunt, sed dum  
efficiuntur Clerici feudum  
amittunt. cap. 1. §. qui Clericus.  
si de feudo fuerit contentio. Præ-  
terea nisi per hanc clausulam  
Sacerdotes excluderentur,  
ea clausula esset inutilis:  
cūm non possit ad aliud re-  
ferri.

## Q V Ä S T. XXXIX.

An Sacerdos censeatur habilis  
si pæctis dotalibus primo-  
genitus vocatus sit.

## S V M M Æ R E R V M.

1. In patrimonialibus sacerdo-  
tes iisdem potiri priuile-  
giis, quibus &c ceteri.
2. Clericos comprehendendi sub con-  
ventione generali.
3. Sacerdotes successionum esse  
capaces.
4. Clerici & Deo scruentes de  
repobl. optimè meriti.

Con

1. Contrarium † tamen verius est, quod in patrimonialibus Sacerdotes iisdem potiuntur priuilegiis, quibus & ceteri. cap. constitutus. de in integr. cap. verum. de for. compet. Secundò quemadmodum priuilegium indultum in genere laicis complectitur Clericos,
2. cap. dilecti. de foro compet. ita † & conuentio generalis Clericos etiam comprehendere debet. Tertiò † Sacerdotes capaces sunt successionum siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex contractu, etiam in feudis. Ioannes Faber de legitima patrono: tutela. in principio. maximè in hoc Regno, in quo feuda redacta sūt ad instar patrimoniorum: ergo debent habiles iudicari. Quartò in omni dispositione, qui optimè de republica meruerunt, non minus comprehenduntur quam qui minus meriti sunt. leg. cum pater. §.
4. à rogato. de leg. 2. Cæterum † Clerici, & Deo scruientes optimè meruerunt de republica. l. ius publicum. de iustitia & iure. Et in Euangelio, Maria optimam partem elegit: ergo ea dispositione continentur, qua masculi vocantur. Accedit 5. quod † religioni fauendum sit. l. sunt persona. de religio. Hanc sententiam sequitur

Ferro in consuet. Burd. tit. de testament. §. 22. Nec obstat primò quod de statuto dictum est: ea enim Barbatij † opinio falsa est, quinimò omnium calculo receptum est, Sacerdotes † masculos filios excludere. Lapus allegat. 110. Panormit in dicto cap. quod Clericis, & in cap. constitutus. Bald. in l. 1. C. de summa Trinit. Felinus in cap. Ecclesia S. Mariae. de consti-  
tio. Idem in statuto quo mater excluditur extantibus agnatis. Benedict. fusè ad cap. Ray-  
nutius, in verbo, & uxorem. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parlamenti Tholos. 15. Februarij anno Dom. 1567. Dom. de Birone & de Montagut litigantibus. Vide Chaf-  
fan. tit. de feud. §. 5. in verbo, excepté les Religieux. Tira-  
quell. de iure primog. quest. 44. &  
du retrait lignagier. §. 1. gloss.  
8. num. 41.

## I A C. FERRERIVS.

**H**æc opinio vera est. Vide Pithou in consuetud. Tre-  
cens artic. 14. in verbo, le fils ay-  
né. Fernādus ad cap. unicum. de  
filiis natis ex matrimonio. cap. 10.  
num. 13. fol. 493. & 494. ubi fu-  
sè docet quis dicatur habilis,  
& quis inhabilis. Mutus ta-  
men & furdus non est habi-

Iis : nam in feudo non succedit.Ioan.Andr.ad *Speculatorem de feudiſ. §.2.num.45.* De furioso, & mente capto , Molin. in *consuetudin.Paris. §.81.g1.1.num.25.26. & seq.* Charund.in *consuet.Parisiſ.artic. 336.327.fol. 212. verſo.*

## QVÆST. XL.

*Vtrum minori inuitio detur ex causa curator.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. Curatorem haut inuito dari.
2. Maiorem 14. annorum perfecte etatis esse ex consuetudine.
3. Reges Gallie puberes non accipere curatores.
4. Minor curatorem dari ex causa.
5. Puberi statim egresso ex pubertate curatorem dare permisum.

- N**I DETVR dicēdum,  
1. quod † curator inuito non detur. §. item  
2. inuiti.de *curatoribus.* Deinde † ex generali consuetudine maior 14. annorum habetur perfecta etatis.Faber in l. 1. C. vt  
3. causa post pub. Tertiò † Reges Gallorum puberes non acci-

## D V R A N T I

piunt curatores.

Puto tamē † ex causa licere 4. iudici minori, quamuis non sit prodigus, vel furiosus, curatorem dare. argum. *l.sine generalem. de iure dot.* puta si amplum sit patrimonium, & minoris facultates in pecuniis vel mobilibus constent, ita ut facile dissipari possint : vel si minor non adeò sit prudens & idoneus , vt sua negotia tueri possit, vel patrimonium, vel pecunias profundere. Primo per rationem *l.1. de minor.* utilius est enim in tempore occurrere quām postea remedium quærere. *l. fin. C. in quibus casis.* Deinde inter titulos Vlpiani sub tit. de *curatoribus* videtur prætori † permisum 5. curatorem dare puberi, statim egresso ex pubertate.hæc opinio iuuatur ex l. 2. §. quaritur. de cur. bon. dando. l. 3. §. si pupillus. de tutelis. l. ita tamen. §. si tutor. de administrat. tuto. l. admone. C. qui petant tutores. ita iudicatum fuit die 8. Ianuarij 1571. Vassiere & Folerandro Serres litigantibus in publico auditorio.

QVÆ

## Q V A E S T . X L I .

*Vtrum lex hac edictali, C. de secundis nuptiis, habeat locum in substitutione, id est, an liceat vni ex coniugibus plus relinquere iure substitutionis secundo coniugi, quam vni ex liberis primi matrimonij.*

## S Y M M A E R E R V M .

1. *Distinguendum esse, vtrum extent liberi dum conditio substitutionis existat, siue non.*
2. *An liberi cum, vel sine prole discesserint.*
3. *Capacitatem substituti tempore substitutionis inspicere.*

I N hac questione † distinguendum est, aut superstites sunt liberi, aut vita functi dum substitutionis conditio existit: planè superstibus liberis substitutione facta in gratiam vitri, vel nouerex, quæ plus consequitur quam unus ex liberis prioris matrimonij, inefficax est, & ideo reuocatur. *l. hac edictali.* Nam persona capientis sub-

stituti, non intermedia deber considerari. *l. cum dotem. ad l. Falcidiam. l. Sulpitius. de donat. inter.* Si verò non extent liberi eo tempore quo conditio substitutionis extat; rursus † distinguendum est, aut enim liberi sine liberis decesserunt, & tunc nulla est dubitatio, aut contrà liberi reliquerunt liberos, & tunc non valet substitution. *Bald. ad Auth. ex testamento. C. de secundis.* Accedit † quod capacitatem substituti inspicimus tempore substitutionis. *l. si is qui. de vulg. Nam regula Catoniana non pertinet ad fideicomissa, vel legata, vel hæreditates conditionales. l. placet. de regul. Cato.*

## Q V A E S T . X L I I .

*Vtrum operarij Ecclesiarum, vel matricularij, siue auditui, ratione sacra pecunia reddere cogantur coram Episcopo, vel alio iudice Ecclesiastico, & de matricularis.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. Matricularij, operarij, æditiui, hierophylaces, qui.
2. Cui ratio reddenda sacra pecunie: cui sacra fabricæ, num. 7.
3. De istorum munere. & numer. 15.
4. An inter Ecclesiasticas sint connumerandi. & n. 6.
5. Pontificibus quarta pars fabricæ olim concessa.
6. Cognitionem instaurationis Ecclesiarum ad judicem laicum spectare.
7. Quid si lis oriatur de ratiociniis pecunie impensa in usus sacros, cuius sit cognitio? & quid & bi de ratiociniis sacrae fabricæ, num. 11.
8. Quid circa electionem, vel iuramentum matriculariorum factum à laicis.
9. Respondetur ad §. øconomos. Nou. de sanctis Episc.
10. O Economii à matriculariis differunt.
11. Matricularius unde dictus..

- M**V I pecunias instauratiioni Ecclesiarum, vel cultui diuino dicant, curant, & asservant,
1. Matricularij † dicuntur, quorum meminit Ann. Mon. lib.

4. de gest. Franc. cap. 33. Dicuntur & operarij. Doctores in Clem. de iudic. Rebuff. in tract. nom. quest. 6. versū. decimò non venit operaria. Vocantur etiam æditai. D. Hier. ad Fabiolam de recte Sacerd. l. cùm pater. §. donationis. de leg. 2. Hierophylaces. l. annua. §. Attia. de annuis. An verò † rationem sacræ pecunie coram Episcopo reddere debet, videtur quod sic. Primò cùm de pecunia, & re sacra agitur, adeundus est iudex Ecclesiasticus. c. decernimus. de ind. c. contingit. de arbit. Secundò Clericos qui se administrationi vel curationi rei profanæ immiscent coram seculari iudice conueniri certum est: idem de laico qui se curationi rei sacræ immisceret. Tertiò ex §. øconomos. de Epis. in Nou. Quartò ex Clementina quid contingat. de Relig. dom. in §. vbi autem. Quintò † horum munus versatur vel circa custodiā sacrarum ædium, earumque rerum quæ intra Ecclesiam seruantur, vel circa curam fabricæ aut pecunie insumentæ in usus sacros: si circa custodiā ædium sacrarum, in locum ostiariorum successerunt, qui æditui & ianitores vocabantur. Alcuinus lib. de diu. offic. c. Cleros 2. 1. dist. c. perfectis 2. 6. dist. Ostiarij ve-

- rò seu editui ordinabantur. c.  
ostiariorum 23. dist. Speculator  
4. de divin. offic. lib. 2. cap. 4. ergo t  
matricularij non merè sunt  
profani, sed inter Ecclesiastico  
cos numerantur: si vero circa  
curam pecuniae insumenda  
in usus sacros, sine dubio co  
gnitio ad iudicem Ecclesiasti  
cum pertinere debet, ex or  
din. Fran. ann. 1539. art. 4. si ve  
ro curam fabricae habent, cer  
tum est quod ab initio nascen  
tis Ecclesiae Antistites prae  
fuerunt, & fabricae & opum  
sacrarum curationi. Socrates  
lib. 7. cap. 26. Sozomenus lib. 8.  
cap. 12 can. decernimus 10. quest.  
1. can. unio. 10. quest. 3. can. filii  
5. 16. quest. 7. quinimodo t Pontifi  
cibus quarta pars pro fabrica  
erat concessa. can. de redditibus.  
c. quatuor 12. quest. 2. quibus  
consequens est, Pontifices, id  
est, Episcopos ius exigere a  
profanis fabricae Ecclesiasti  
cae rationis, quod nominatim  
Conc. Trid. sanctum est sensu. 12.  
c. 9. Ex aduerso pugnat quod  
actus per quem administratio  
nis ratio exigitur, sit in per  
sona: ubi vero agitur in per  
sonam laici, coram iudice Ec  
clesiastico conueniri non pos  
6. sunt. Accedit quod matricu  
lariorum laici sunt, & a laicis eli  
guntur: secundum t de ratiociniis  
sacræ fabricæ profani iu

dices notionem habent edi  
cio Regis Henrici mens. Ju  
nio 1559. Tertiò t cognitio 8.  
instauracionis Ecclesiarum ad  
iudicem laicum pertinet. 4.  
Reg. c. 12. & 2. Paralip. c. 24. l. si in  
aliquam. de offic. presid. can. boni  
Principis. dist. 96. ordinatio Ca  
roli VI. apud Aufrerium tit.  
de reparationibus Ecclesiarum.  
Accedit quod si ratio p  
restanda sit coram iudice Eccl  
esiastico, lites essent immorta  
les ob varias appellations &  
earum diuturnitatem.

Ego in hac quæstione cen  
sco iudicem Ecclesiasticum  
cognoscere posse, si t lis ver  
tatur de ratiociniis pecuniae  
impensæ in usus sacros, atque  
ita iudicatum fuit Arresto  
Thol. dic 1. Augusti 1581. in  
audientia Syndico loci de Sa  
ramonte agente pro matricu  
lariorum. Tabula purgatorij pro  
uocatur ab abusu ab Officiali  
Auxitanensi, & Syndicis Pres  
byterorum & Religiosorum  
dicti loci de Saramonte litig  
antibus.

Quoties t vero agitur de  
electione, vel iuramento ma  
triculariorum facta à laicis,  
non licet iudici Ecclesiastico  
de ea re cognoscere; extatque  
Arrestum de ea re apud Pa  
ponem tit. de appell. de abus.  
Ceterum ubi t de ratiociniis  
sacræ

- sacræ fabrīcæ agitur, et si Episcopus in causa visitationis inbēre possit exhiberi sibi rationum calculos I non potest tamen cogere matricularios coram eo rationem sacræ fabrīcæ reddere, quod sèpè iudicatum est. Chopin *de sacra polit.* lib. 2. cap. 2. Baquet du droit de bastardise, prima parte. cap. 7. apud Papo. sub tit. du droit de visitation. Nec obstat quod agitur de fabrica Ecclesiarum, quia non agitur de re vel pecunia sacra: pecunia enim quæ ad instaurationem Ecclesiarum donatur, sacra non est, & ideo laici qui fabricæ pecunias colligunt, & administrant, non se immiscent sacræ, sed profanæ rei administrationi. Ceterum 12. non obstat + § œconomos. de sanctissim. Episc. in Nonell. Nam 13. + œconomi à matriculariis multum distant: matricularij enim merè laicis sunt, œconomi verò ex Clero. can. 26. Synod. Carthag. c. quia in quibusdam dist. 89. c. quoniam 16. quest. 7. adeò ut laici œconomi fieri nō possint. Synod Hispanen. cap. 9. can. in nona 16. quest. 14. 7. Sed + & illud notandum est, quod quamvis matricularij rationem reddere debeant administrationis quam fecerunt pecuniarum impensa pro fabrica Ecclesiarum coram iudi-

ce laico: rectores tamen & curiones interesse possunt huic redditioni. Porro de matriculariis vide Cuiacium ad Non. 13. & ad Pauli sententias. tit. de vigesima. Gregorium Turon. lib. 7. cap. 29. Julianum Patrium constitut. 23. Matriculariorum + munus antiquitus 15. erat, vt constat ex formula Marculphi Monachi, expositos infantes recipere, quos solebant expouere ante portas Ecclesiarum. *Nos matricularij S. Martini Turon.* (inquit author ille, loquens de matriculariis Ecclesiarum S. Martini Turonensis) dimanè ad ostia ipsius Ecclesie obseruanda cum venissimus, ibi infantulum sanguinolentum inuenimus, & per triduum an quisquam suum esse dicere perquisimus, & nullo inuento, Caio nutritendum dedimus: vt eum in suo seruitio iuxta legis ordinem retineat, pro quo pretium accepimus solidorum decem. Eorum etiam munus erat distribuere pauperibus eleemosynas quæ in Ecclesia factæ erant, & inde nominatiōrem habuerunt. Nam + matricularius dicitur, qui matriculam pauperum tenet, vt constat ex antiqua glossa Isidori: & quia sèpè fiebant donationes pro fabrica Ecclesiarum, matriculariis administratio commissa 16. est

est earum pecuniarum , quod solum hodie restat matriculariis nostris cum distributione pecuniarum in sacros usus destinatarum.

## Q V A E S T . X L I I I .

*Vtrum matricularij laici possint possessionem , & præscriptionē immemorialem allegare percipiendi partem decimarum in parochia vna cum rectore , ad impendendum pro fabrica Ecclesiæ : an verò accipere debeant pecuniam per manus Rectoris , que necessaria est ad reparationem Ecclesiæ .*

## S V M M A R E R V M .

1. *Non esse admittendam istiusmodi consuetudinem memorialem limita , ut n. 2.*
  
2. ***V**IDE TVR dicendum , eiusmodi † memorialem possessionem non admitti contra Curionem & Rectorem Ecclesiæ , quia matricularij sunt laici : at qui laici sunt incapaces percipiendi decimas , quia ad Cu-*

riones & Rectores pertinent. Secundò certa portio , vt diximus in præcedenti quæstione , fructuum assignabatur pro fabrica Ecclesiæ distribuenda per Prælatos , ita vt matricularij portionem necessariam ad hanc constructionem & reparationem Ecclesiæ recipere debeant per manus Prælatorum & Rectorum ; & ita quotidie iudicatur in hoc Parlamento , & eiusmodi præscriptio , & consuetudo immemorialis corruptela est , & ideo non est sequenda : si † tamen <sup>2</sup> compositio facta esset inter Rectorem & matricularios , & ea compositio vel transactio confirmata esset per Summum Pontificem , aliud existimarem . cap. veniens . de transactionibus . Extra hunc casum non puto matricularios partem decimarum percipere posse , & partiri décimas cum Rectore . Nec obstat quod de œconomis suprà dictum est , quia œconomi , ianitores , ædifici erant Ecclesiastici , & ordinabantur , vt suprà dixi in præcedenti quæstione , vt docet Philo de vita Moysi . vbi eiusmodi Ecclesiasticos vocat minores Sacerdotes . D. Hieronymus ad Fabiolam ; editui , inquit , siue ianitores décimas percipiunt tanto minores Sacerdotibus ,

*bus, quanto sunt maiores populis.  
& ita iudicatur in hoc Parla-  
mento.*

## QVÆST. XLIV.

*Præteritione posthumirupto te-  
flamento, an mortuo posthu-  
mo viuo patre, testamen-  
tum conualescat.*

## S V M M A E R E R V M.

1. *Conualescere . testamentum  
postumo mortuo, patre su-  
perstite. & num. 4.*
2. *Decius refellitur.*
3. *Declarata l. qui vxorem. de  
iniusto rupt.*

1. **E**R T V M † est tale te-  
stamentum conuale-  
scere. *l. posthumus. de  
iniusto rupto. l. postumo. C. de  
bonor. possessio. contra tabulas.  
Iulius Clarus §. Testamentum.  
quæst. 45. vide Decium in di-  
cta leg. posthumo.* Vbi dicit,  
ideo conualescere testamen-  
tum mortuo filio patre super-  
stite, tum quod testamentum  
initio efficax est, tum etiam  
quod causa efficiens, id est,  
testator, qui potest facere te-  
stamentum, superstis; qui si  
non facit, videtur confirmare

## D V R A N T I

primum testamentum. Qua-  
re, eodem Decio authore, si  
testator in eo statu esset, vt  
non posset testari, non conua-  
lesceret testamentum. *l. qui  
vxorem. ff. de iniusto rupt. quam  
singularem notat rem sing.*  
109. **E**oque † argumento exi-  
stimat Decius *ibidem*, quod si  
testator post nativitatem post-  
humus furiosus factus sit, non  
conualescere testamentum:  
quæ sententia reiicienda est,  
eamque respuit Fulgosius *in l.*  
2. *C. de posthumis.* Eam etiam  
improbauit Senatus Tholos.  
in causa de Gerard de la  
Chappelle, & Syndico hospi-  
talis Tholosani litigantibus,  
litis enarratore Dom. Catello  
22. Maij 1585. Eo enim Arre-  
sto Senatus approbauit testa-  
mentum Petri de la Chappel-  
le ruptum nativitate posthu-  
mæ, quæ viuo parente furio-  
so obierat: neque obstat † *d.l.* 3;  
*qui vxorem;* necenim ibi ideo  
non reconualescit testamen-  
tum quod captus ab hostibus  
testari nequeat: verum, vt ibi  
Accursius notat, quia ex *l. Cor-  
nelia*, confirmantur testamen-  
ta eorum qui capti ab hosti-  
bus ibi decedunt, quia mortui  
consentur eadē ipsa hora  
captiuitatis: itaque posthumus  
natus post captiuitatem cen-  
setur natus post mortem pa-  
tris;

tris; quare & si postea decebat, eum decessisse præsumitur post mortem patri<sup>s</sup>, ita ut non conualescat testamentum. l. 2. & l. 3. C. de posthum.

4. Itaque † ut assequamur rationem, cur testamentum conualescat mortuo posthumo viuo patre, non item si moriantur post mortem: considerandum est, quod posthumo moriente post patrem, venientes ab intestato succedunt; idcōque si testamentum conualesceret, iniuria afficerentur proximiores ab intestato, quod ab æquitate est alienum. quæ ratio cessat quando pater superstes est.

## Q V A E S T . X L V .

*De saluagardia, an eam clien-  
tes aduersus dominos po-  
stulare possint.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Duplex securitatis genus.* & num. 2.
3. *Subdiuiditur.* & num. 4.
3. *An patronus clienti tuitio-  
nem necessariò debeat, &  
ad eius præstationem cogi-  
posit.*

**V**ITIÖNVM ius qui-  
dam niti putant l. 1. §.  
quies.de offic. præf. vrbi.  
lillicitas. §. ne potentiores.de of-  
fic. præsid. l. iubemus. C. de præpos.  
sacr. cub. l. 3. §. insuper.de can. lar-  
git. Verū hæ leges de generali  
illa tuitione loquuntur, quam  
omnibus læsis iudices præsta-  
re debent. Alij, ut Cuiacius,  
hoc ius putant ex l. capitalium.  
§. ad statuas.de pœnis. Cuiac. ob-  
seru. 12. cap. 29. & l. Senatus-  
consulto. de iniur. l. vnic. C. de his  
qui ad statuas. At nos non agi-  
mus de ea tuitione quam sta-  
tuæ vel imagines Principum  
prælatæ præbabant, verū de  
ea quæ Rex vel magistratus  
decernunt. Ego † duplēm rationem considero, altera est  
quæ ratione rerum vel bono-  
rum præstatur, de qua in l. 1. &  
2. C. vt nemo priuatus. l. si pater,  
inf. C. qui bonis. cuius mentio-  
nem facit Cassiodorus lib. 2.  
epist. 19. vbi verba hæc, salua ci-  
uitate, ita sunt explicanda, id  
est, ne contra quod iustum &  
ciuile est, fiat: quare in rescri-  
ptis tuitionis Regiæ hæc clau-  
sula adiici solet, en ses iustes  
possessions, & à la conservation  
de son droit tant seulement. in  
éaque tuitione debent appen-  
di domibus seu prædiis vela.  
d. l. 1. C. vt nemo. seu cortinæ  
Regiæ, vt D. Ambros. loqui-

- tur lib. 5. epift. Nos vocamus  
Pannonceaux Royaux. vide Re-  
buff. de mater. poss. artic. 2. gl. 3.
2. Altera † verò tuitio est, quæ  
à persona personæ præstatur,  
de qua in l. decernimus. C. de his  
que ad Eccles. config. vbi Cy-  
nus & Faber § sed neque. Nou.  
17. de mandatis Principum; &  
ego dixi ex Nouell. Securitas  
publica vocatur, de qua Sym-  
mach. lib. 10. ep. 36. Cassiodo.  
lib. 8. epift. 27. & lib. 4. epift. 27.  
cuius formula apud cundem  
lib. 7. epift. 39. extat, & apud  
Appianum lib. 2. bell. civil.
3. Formula † tuitionis, qua Iu-  
lius Cæsar tutelæ Pop. Rom.  
se commisit. Generalem salua-  
gardiam solis Principibus cō-  
cedit Ioan. de Platea in l. s. C.  
de erg. militaris anno. vbi Re-  
gis Galliæ meminit. vide edi-  
ctum de Cremin. Gubernator  
Delphinalis olim concede-  
bat, vt constat ex Guidone  
Pap. q. 51. quod postea muta-  
tum fuit. Chaslan. in consuet.  
Burgund. tit. des Inſtices. §. 4.  
Ioan. Ferald. in tract. de priuile-  
giis Regum Francie, priuil. 16.
4. Specialem † tuitionem seu  
securitatem præses & quilibet  
magistratus cōcedere po-  
test. d. §. sed neque, Nou. 17. Sym-  
machus in loco sup. citato, & in  
ſilo Parlam. tit. de Aſſecuramen-  
tis. tis. Cæterūm † an patronus

clienti tuitionem præstare co-  
gendus sit, Gallus queſt. 93. in-  
decisum reliquit. Ego post  
Bened. in verbo, & vxorem, di-  
ſtinguo, vt ſalvagardia quæ ad  
res & patrimonium pertinet,  
ſubditus ſeu cliens aduersus  
dominum poſtulare non poſ-  
ſit, alioquin fraudari poſſet  
dominus iurisdictione ſua,  
cūm præſertim clienti ſuccur-  
ratur appellationis remedio, ſi  
à domino contra ius iudica-  
tum fuerit, & de ea tuitione &  
ſecuritate interpreter Arre-  
ſtum pro Comite Tonitr. cu-  
ius meminit Lucius lib. 11. pla-  
citorum, tit. quod cuiusque uni-  
uersi. At ſecuritatem vel tui-  
tionem ſpecialem, quæ perſo-  
næ præbetur, dominus homini  
ſuo de iipſum nō offendendo  
præſtare cogi potheſt. ſtilus  
Parlam. ſub tit. de aſſecuramen-  
tis. Bened. in verbo, & vxorem.  
Capell. Tholo. q. 489. Chop.  
de dom. lib. 2. tit. 8.

## Q V Æ S T. XLVI.

*An pactum redimendi annuos  
reditus fundiarios toties  
quoties triginta annis pre-  
ſcribatur: an verò perpe-  
tuum fit.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Perpetuam esse exceptionem redimendi.*

**I**NGENS fuit contētio an pactum de retouchendo toties quoties & in perpetuum præscribatur longissimo tempore, adeò ut Senatui Burgundiæ visum fuerit hanc redimedi facultatem nō præscribi triginta annis, authore Chass. *in consuet. Burg. tit. des rentes.* §. 1. tandem recepta fuit Angeli opinio *confil.* 55. quam Faber amplectitur *in l. cùm notissimi. C. de prescript. 30.* sequitur Ias. & Dec. ad *l. petens. C. de part. Tiraquell. de retract. conuent. Didac. var. I. cap. 9.* Sanè in redditibus pecunia constitutis, quos volatiles vocamus, eiusmodi facultas redimendi nunquam præscribitur. Cæterùm fundiarij redditus redimi non possunt, nisi pactum interuenerit, ut liceat redimere certo pretio. Neque enim hoc pactum contra substantialia & naturalia intrinseca dici potest, ut in specie *l. cù manu sata. §. fin. de contr. empt. l. ubi ita donatur. C. de don.* verū potius contra naturalia extrinseca; quare contractus ef-

ficax est, nec in aliam speciem contractus transit. quod probatur ex notatis *in l. pacta contenta. de contrahenda emptione.* Itaque si in contractu, quo fundiarus redditus constituitur, pactum adiiciatur, quo licet toties quoties redditum illum redimere & extinguere velit emphyteuta, disceptatum fuit in hoc Senatu an facultas illa redimendi tempore præscribatur. Tandem placuit omnibus classibus, *Jugé au Parlement de Tholose toutes les Chambres asséables, pacto nullo tempore præscribi posse:* primò, quia in hac specie ius redimendi coniunctum est cum iure exceptionis. Cùm enim actor solutionem redditus persequitur, venditor excipit quoad futuras præstations: at quoties ius offerendi est coniunctum cum exceptione, vel, ut Bartolus loquitur, sequela est exceptionis, nullo tempore præscribitur. Bartolus *ad l. pignori. de usurp.* Negusanus *de pigno. 5. parte, membro 3.* Franciscus Balbus *de prescript. quarta parte, questio. 2.* Igneus *ad leg. in cognitione. ff. ad Syllanianum.* Exceptio enim nulla temporis præscriptione tollitur. *l. pur.* §. *fin. de doli exceptione.* Verùm huic argumento occurri pos-

set: nā meta exceptio prōcul-dubio perpetua est, nec enim proponi potest, nisi excipiēdo. At cūm exceptio proponi potest agendo, præscribi potest vt actio. Bart. *in l. 2. de except. argum. l. quicunque de compensat.* Bart. *in l. si pacatum. C. de de cōpensatio.* cessat enim tum ratio *d. l. purē. §. fin. de except.* quia in potestate excipientis erat agere. Veruntamen ea ratio prima vera est ad inferendum, perpetuā esse exceptiōnem ad redimendum. Secundō huius sententiae ratio pendet ex eo quod actio ad persequendum redditus, est perpetua: nam directum dominium non præscribitur. *l. comperit. C. de prescript. 30.* Quare cūm actio sit perpetua, multo magis exceptio pacti. Nam quæ sunt annalia ad agendum, sunt ad excipiendum perpetua. *l. licet, ubi gl. C. de exceptionibus.* Hanc sententiam iuuat quod in qualibet præstatione interrumpitur præscriptio; censemtur enim facta ex titulo præcedenti, & ad illum titulum refertur gl. *in l. 2. C. de acquir. possess.* Bart. *in leg. cūm solus de usurpat.* titulus verò continet qualitatem illam redimendi, quæ in qualibet præstatione repetita censemtur tacite. Cūm ergo præscriptio interrumpa-

tur, facultas salua manet. Di-dacus hoc probat *lib. 1. var. cap. 9.* Signoroll. *confit. 139.* Tiraq. *de retract. §. 1. gloss. 2. num. 31.* Decius *in dict. leg. petens,* & *confit. 164.*

**C**ontrarium tamen post-  
cea iudicatum fuit in Par-  
lamento Tholosano in secun-  
da & prima Classis Inquestarum,  
nempe facultatem illam  
præscribi spatio triginta an-  
norum, ita vt emphyteuta, cui  
territoriū erat concessum  
sub anno & fundatio redi-  
tu, cum facultate extinguen-  
di redditum, & redimendi, non  
admittatur post triginta an-  
nos. Primum Arrestum est an-  
ni 1599. & 28. Augusti, Rela-  
tore Domino de Garaud in  
fauorem Magistri Dom. Ma-  
naud du Ferrier, Senatoris in  
dicto Parlame. contra Andr.  
Croser de Baus. Aliud Arre-  
stum fuit latu in prima Clas-  
se relatore Domin. Saincto-  
rec. inter Durād & Iacobum  
Iesse, & quod totum corpus  
Senatus pro lege statuerat, v-  
na & altera Classis improba-  
uit. Vide quām varia quām  
incerta sint hominum iudi-  
cia. Prior opinio vera est.

QVÆ

## QVÆST. XLVII.

*Vtrum muneric alicuius eletores unum eligendo ex iusta aliqua causa, alteri stipendiorum partem assignare possint.*

## SUMMÆ RERVM.

1. *Stipendia ex causa posse diuidi.*
2. *Item fructus præbendarum.*
3. *Et augeri præbendarum numerum.*
4. *Episcopatus & cetera beneficia posse diuidi.*
5. *Item officia.*
6. *Explicatur lex commodis. ff. ae re iudic.*
7. *Commoda à stipendiis distingueda.*
8. *De commodis premiorum.*
9. *Lex stipendia. C. de exec. rei iudic. diluitur.*

1. **R**IMÒ † hoc fieri posse probatur ex leg. restituenda. C. de aduocat. diuersi iudit. ibi, pari lance in virumque dividendam. Secundò
2. † ex causa fructus præbendarum diuidi possunt, nec † non præbendarum numerus augeri. cap. cum Martinus. de con-

stitutionibus. Ergo & stipendia, quo lectorum numerus augeatur. Tertiò est textus in leg. finali. C. de officio magistri militū. quēin hanc sententiā laudat Alber. in l. si quis. C. de officio pref. prat. Oriëtis. Quartò l. Seio. de ann. leg. Quintò c. nisi essent viri. de præbend. Iuuat hanc sententiam quod de adiutoribus scriptum est l. i. C. de officio magistri offic. l. 3. C. de diuersis offic. Nouell. de adiutor. quest. l. si. C. de proxim. sacr. scrin. Prætori adiutorem datum fuisse scribit Liuius lib. 1. decad. 5. Alexandrum adiutorem datum fuisse Narciso Hierosolymitano Episcopo ob senectutē, memorat Nicepho. lib. 5. cap. 9. Eusebius lib. 6. cap. 9. Amplius non solum stipendia ex causa diuidi possunt, sed & Episcopatus & cetera beneficia. can. precipimus 16. quest. 1. cap. sicut ventre. de excessib. prelat. Incolumi Valerio datus est Episcopus Augustinus. can. nunc autem 7. questio. 1. quod etiā videtur aduersari Concilio Niceno cap. 8. & Ecclesiæ moribus: cū tamen id fieri posse multis Africanis & transmarinis exemplis probatum esset, aslensus est August. epist. 34. & 110. & ex Possidon. in via August. Eoque argumēto & officia posse diuidi scribit

- bit Marcus *quaest. 62* 5. Accedit quod publicæ utilitatis & concordiae causa duos extitisse in Se de Romana eodem tempore Episcopos constat, Libetrium scilicet, & Felicem. Marcell. *leg. 15*. Theodorus *lib. 2.* *cap. 17*. Sozomenus *lib. 4. cap. 11.* & *15*. Nicepho. *lib. 9. cap. 35.* & *37*. vide Bartol. & Bald. *in leg. binos.* C. de aduoc. diuers. iud. Bartol. *in leg. Seio. de annis.* Capiccius fusè *decif. 27.* Ex aduerso pugnat *l. 1.* C. de annon. & ibi Bart. Secundò, *l. binos.* C. de aduocat. diuers. iud. Tertiò hanc partem iuuat *l. spem.* C. que res pigno. vbi spes eorum præmiorum quæ pro coronis athletis præstanta sunt, priuata pactione pignorari non possunt. Nec obstat *l. commodis. ff. de re iud.* quæ de præmiis athletarum pro coronis loquitur. argum. *leg. 1.* C. de athletis. Nam, ut nonnulli putant, distinguenda sunt *†* commoda à stipendiis; commoda enim ad veteranos & emeritos pertinent: stipendia vero ad eos qui merentur & militant. quod ex Suetonio colligere licet in Nerone: maior vero est fauor militantium quam veteranorum. haec etsi vera sint, non pertinent ad *d. leg. commodis.* quæ, ut iam dicum est, de commodis præ-

miorum athletis propter coronas sacras intelligitur. Carterum, etsi præmia pignori dari nequeant, in causam tamen iudicati capi possunt. quod enim de priuata pactione *in d. leg. spem,* statutum est, iurisdictionem non excludit, quasi lex *spem,* de pignore conventionali, l. verò *commodis,* de iudicali pignore intelligatur. At verius est spem præmiorum nec pignori dari, nec capi posse ex causa iudicati. *d. l. spem.* Ne adempta spe præmij portiundi, quæ iam obligata esset, & ad alium redditura, athletis virtus & alacritas certandi adimeretur. Commoda *†* verò præmiorum, cum iam sit obtenta victoria, in causam iudicati capi possunt. Nec etiam obstat *† l. stipendia. C. de exe. 9.* *rei iud.* vbi stipendia in subsidium capi possunt: nam stipendia etsi priuata conventione pignori dari nequeant, tamen capi possunt in causam iudicati in subsidium. quod rursus intelligendum est de stipendiis iam quæsitis. At vero stipendia nondum promerita verius est, ut nec in subsidium capi possint ob fauorem publicum, ne ad docendum, vel militandum tardiores & remissiores efficiantur, qui sciunt ad alios stipendia peruenturas:

uentura : nam & de futuris alimentis pacisci non licet. *I. de alimentis. C. de transact.* Præterea præbendæ debent esse pares, nec præbendæ antiquæ maiores esse debent, quām nouissimæ. *cap. cūm omnes. cap. cūm Martinus. de const.* Quintò exemplis hæc sententia firmari potest. Scipio Africa. deuita Carthagine cūm incertum esset quis ex duobus primus murum ascendisset, ambos coronis donauit. *Liuius lib. 6. belli Pun.* Plutar. *in vita Scipio.* Apud Æulos pugiles deprehensi de vna eadēmque palma inter se pacta pecunia societatem iniisse, mulctâ damnati fuerunt. *Pausan. lib. 6. Cassiodor. lib. 9. variarum. cap. 2. i.*

## Q V A E S T . X L V I I I .

*Virūm laici Episcoporum officiales constitui possint.*

## S Y M M A E R E R V M .

1. *Laicum posse esse officialem Episcopi. fallit, num. 9.*
2. *Intelletus dicti Pauli I. Corinth. 6. & num. II.*
3. *Laicum iudicare posse clericos in causis ciuilibus ex permisso Episcopi.*

4. *Possè esse Assessorum Episcopi, vel alterius iudicis Ecclesiastici.*
5. *Item tabellionem, actuarium sen scribam indicij.*
6. *Non posse esse vicarium Episcopi.*
7. *Vicarius & officialis differunt.*
8. *Excommunicandi potestas.*
10. *Officialis potestas.*

**V** IDETVR † laicos <sup>1</sup> posse constitui officiales Episcoporum : primò ex D. Paulo 1. ad Corinthios cap. 6. *Secularia iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum :* Græcè, ἔθεμινες, quæ verba † de infidelibus interpretari nequeunt, et si aliter censuisse videatur Hieronym. cuius interpretationem verba quæ sequuntur εἰ τὴ οὐκλαίη, euntunt ; his vcrò verbis videtur Apostolus prohibuisse Presbyteros constitui iudices : hi enim non sunt contemptibles, imò præ cæteris Presbyteri honorandi : eodēmque loco dicuntur Presbyteri iudicare Angelos. Secundò ex D. Clemente epistola ad Iacobum fratrem, ex qua canon desumptus est, te quidem II. quest. 1. Tertiò Sylvanus Episcopus

- Troianus laudatur, quod cōstituisset, ne quis ex Clero causam imposterum judicaret. Sozom. lib. 7. cap. 47. & lib. 12. cap. 8. Nicepho. lib. 1. 3. cap. 39. Quartò † laicus ex permisso & delegatione Episcopi in causis ciuilibus Clericos iudicare potest, gloss. in cap. peruenit, distinet. 95. & in cap. bene quidem, distinet. 96. Specul. tit. de legatis. §. nunc ostendendam. Panormit. Papa in cap. decernimus. de iud. can. 4. Clericum. 11 quest. 1. Quintò, † laicus potest esse Aſſessor Episcopi, vel alterius iudicis Ecclesiastici. Specul. tit. de aſſesso. §. officium. Innocent. Hostiens. & alij in cap. 2. de iud. Archidiac. in can. plures 16. quest. 1. 5. Item † Tabellio, aſtuarius, seu scriba iudicis Ecclesiastici. Panor. Bald. Felin. in cap. sicut ne Clerici, vel mon. Bald. in l. 1. de iud. Panormitanus, Felinus in cap. cūm dilecti. de fide instru- mentorum.
- Neque aduersatur quod
6. laicus † vicarius Episcopi, esse non potest. can. in non. 16. quest. 7. 7. vicarius † enim ab officiali longè latēque distat. Guillel. in Clemen. 1. de offic. vicar. Federic. de Senis confil. 302. Nam etiā Pontifices vicarij & offi- cialis nomine promiscuē vtā- tur. cap. finali. de offic. vicarij.

## D V R A N T I

Andreas in additio. ad Specula- torem, tit. de officio vicarij. Bar- bat. in Clem. etiā principalis. de rescriptis. &c in Italia idem sit officialis, & vicarius, Syluester in summa in verbo, vicarius. Apud nos Gallos tamē inualuit consuetudo, Vicarium ab of- ficiali ſecernere, & officialem eſſe eum, cui committuntur ea quae ad iurisdictionem per- tinent. Ioannes Monachus in cap. secundo, de officio vicarij, & cap. secundo, de institutio. lib. 6. Ægidius Bellamera quest. 443. Rufus non officit quod offi- cialis excommunicare fo- leat, & quod excommunicata non videatur poſſe interrogari, niſi ab eo qui claves habet Ecclesiar, & per conſequens à Sacerdote, ſiquidem laicus modò exerceat iurisdictionem Ecclesiasticam, poſt ex- communicare: nam † excom- municandi poſteſtas iurisdi- ctionis eſt, non ordinis, & cōpetit omnibus qui habent iurisdictionem ad eām tuen- dam, & coērcendos eos qui contumaces funt. D. Thomas 4. ſententiarum distinet. 18. & 3. parte ſumma quest. 22. Felinus in cap. dilecta. de ma- ior.

Ex † aduerso dicendum 9. eſt, eum qui ſacrī initiatuſ no- eſt, non poſſe eſſe officialem. Nam

Nam et si communi calculo, re ceptum sit Episcopum posse delegare ad vnam causam, vel plures singulariter: nihilominus ad vniuersitatem causarum committere non potest. Panormitanus & Felinus *in cap. 2. de iud.* Multo minus laicus poterit esse officialis, quia in eum vniuersitas causarum transit, immo ordinarius est. *c. 2. de offic. ord. lib. 6. gl. in c. 2. de offic. ord. cap. Rom. de appell.*

Secundò et si laicus in causa ciuili & particulari delegari possit ab Episcopo, in causa tamè criminali, vel spirituali delegari non potest. Panorm. *in cap. significasti. de foro competenti. cap. contingit. de arbit. Hoc. stiens. in summa de offic. deleg.*  
10. §. qui possit. Ceterum t offi cialis nedum de causa ciuili cognoscit, sed & de criminali, & causa spirituali.

Tertiò facit ratio *cap. in nos na 16. quæstio. 7.* Quætò non possent iudicati per Episcopum, ut declinarent forū eiussquare secularibus prohibet committi negotia Ecclesiæ

Gregor. *lib. 7. epist. 66. cap. indicatum 89. dist.* Quintò quod officialis nedum debeat esse sacris initiatus, sed etiam Presbyter, probat Clemens *Epist. prima ad Iacobum fratrem Domini in 1. tomo Conciliorum.* &

idem lib. 2. *constitutionum cap. 30. & cap. 47.*

Denique quemadmodum Senatorès non nisi à Senato ribus iudicari debent, & milites nisi à magistris militum, *I. magisterie. C. de iur. omn. & generaliter cuiuslibet professio nis homines à iudicibus suis iudicatur. I. fin. C. de iuris d. omnia.* multo magis Sacerdotes à Sa cerdotibus iudicari debent. Cassiodorus *3. var. cap. 37.*

Nec obstat, quod adduc etum est ex sententia † D. Pauli, quod in Ecclesia constitui debeant contemptibiles ad iudicandum. Primò D. Paulus ibi agit de negotiis secularibus, quæ appellat contēptibilia, id est, ut Photius interpre tatur, quæ ad vietum vel vitæ communis usum pertinent, vel, authore Ambrosio, corporea sunt, & ad corpus per tinent: deinde ex eodē Am brosio tum fratres eligeban tur ad iudicandum, quia, inquit Ambrosius, adhuc Re ctor in Ecclesia non erat ordinatus.

Ad hæc ex Chrysostom. & Theophylact. dum Paulus ait eos qui contempti sunt in Ec clesiæ constituendos esse iudi ces, suaderet nos ab externis infidelium discedere iudiciis. Quod si quis obiiciat nō esse

in Ecclesia sapientem qui de his iudicare possit; occurrit Paulus dicens, *& si non sit sapiens inter vos, eos potius qui contempti sunt in Ecclesia constituite litium diremptores, quam infideles.* Quod ad secundum pertinet, D. Clemens de secularibus laicorum & profanorum hominum negotiis agit, ibi, neque enim iudicem, aut cognitorem secularium negotiorum, &c.

Neque etiam obstat, quod dictum est de Sylvano Episcopo: solebant siquidē tum Episcopi nedum de Clericorum, sed etiam laicorum omnium causis cognoscere, & iudicare, quod ex August. epist. 147. & serm. 26. de verb. Apost. & in lib. de oper. monachorum. & can. quicunque 11. quest. 1. cap. non uit. de iud. perspicuum est. quod tamen non fuit perpetuum. Syncsius epist. 67. non probat eorum iudicium, qui volebant Episcopos causis presidere: neque pugnat quodd nomine Episcopi iudicet officialis, hoc enim non concludit, quia si id verum esset, sequeretur, Episcopum spiritualia posse Episcopo delegate. Ceterū etiā laici possint esse Assessores Ecclesiasticorum iudicium, non sequitur quodd officiales esse possint. *t. quidam de-*

*cedens. §. Papin. de admin. tut. Scribæ verò esse possunt, quia non habent iurisdictionem, & ita constitutum est ordinatio- ne Blesensi, cap. 45.*

## QVÆST. XLIX.

*De Muneribus, Taleis, Indi- cto, Superindicto, ( des quatre cas. ) de quibus muneribus Ecclesie immu- nes sint.*

## S U M M A R E R V M.

1. *Munera quotuplicia.*
2. *Tributorum genera.*
3. *Munera ob nuptias, vel fi- liorum natuitatem pra- flita; & num. 5.*
4. *Taleas in quatuor casibus exigi in Gallia.*
5. *Preiudicia quibus domini pe- cuniam exigant.*
6. *Pecunia coniuncta in his casi- bus prestanda.*
7. *Ecclesia quatenus à muneri- bus exempta.*
8. *Prædia Ecclesie an à collectis libera? distingue ut nu- mer. 10. verior opinio nu- mer. 11.*
12. *Collecta nunc munus ordi- narium in Gallia.*
13. *Vtrum mansi vel dotis Ec- clesie*

*desie prædia à tributis  
exempta.*

1. **V N E R A** † aut sunt  
Dilei fu-  
tū in lib.  
obserua-  
tionum.  
hi qui. ff. de iur. immunit. existi-  
mat ordinaria esse quæ à lego,  
vel Principe indicuntur; ex-  
traordinaria quæ ab inferiori-  
bus Principe, puta à magistris  
tibus, vel maioribus gabella-  
riis. Fateor munera ab alio,  
quæm à Principe imposita esse  
extraordinaria. *I. C. de super-  
indicto.* verò non omnia, quæ  
à Principe imposta sunt mu-  
nera, ordinaria sunt, sed ea  
dumtaxat, quæ certam & per-  
petuam formam vel praesta-  
tionem habent. argum. *I. Seio.*  
*§. Medico.* ff. de annuis leg. quæ  
verò à Principe ordinantur,  
vrgente necessitate, vel ex va-  
riis occasionibus, sunt ex-  
traordinaria. *I. Curiales.* *C. de*  
*Decurio.* lib. 10. gloss. in l. *I. C.*  
*de agris.* Bart. in l. *I. C. de mulie-  
ribus.* Lucas de Penna ad l. eam  
legem. *C. de excus. mun.* Chaffan.  
tit. des iustices. *§. 4.* Festus tri-  
butorum † tria scribit fuisse  
genera, vnum quod in capita,  
alterum quod ex censu collat-  
tum erat, tertium quod extra  
ordinem imperabatur, quod  
Temerarium vocabatur. Ac-  
curs. ad l. placet, *§. C. de sacro-*

*sanc&. inter extraordinaria nu-  
merat quoties Princeps tribu-  
tum imperat pro filio nato,  
vel vxore ducta. Nam & mu-  
nera † præstabantur ob nu-  
ptias, vel filiorum natiuita-  
tem, quæ Natalitia, & nuptia-  
rum dona vocabantur. *I. inter*  
*donum.* de verb. sig. Veriusque  
muneris meminit Terentius  
in Phormione. *Nam herilem fi-  
lium eius duxisse audio uxorem,*  
*& credo munus hoc corraditur.* &  
postea: Porrò autem ferietur alio  
munere, ubi hera pepererit. *I. tu-  
tor secundum.* *§. fin.* de adminis-  
trat. Inde receptum est in Gal-  
lia † ut domini taleas in qua-  
tuor casibus exigant.*

4. *Hoc deu-  
sum est  
ex iure  
Rom. n. 2  
clites ex  
his causis  
patronos  
iuuabat.  
Dion. Ha-  
licarnass.  
lib. 2.*

Inprimitus † pro filiis mari-  
tandis, legimus Reges no-  
stros pro dotibus filiorum tri-  
butum populo Gallico im-  
perasse. de eo extant Senatus-  
consulta in Parlamento Purifi-  
cationis D. Virg. Quod ta-  
men de prima filia ex priore i-  
psiis matrimonio nonnulli  
interpretantur. Guido Pap.  
quest. 57. Sanxon in conf. Turo.  
tit. des Loyaux tydes. *§. 4.* Chaf-  
fan, des iustices. *§. 4.* Tiraquell.  
ad l. boues. num. 14. Masuerius  
verò tit. de Taleis. verf. item  
quatuor, scribit hoc ius patronis  
competere nedum pro  
priore filia, sed & pro cæteris,  
pro primo tamen matrimo-

150 IO. STEPH.  
nio. quem Matthæus de Affli-  
ctis sequitur in constit. Siciliæ  
Neapolisque. cuius initium est,  
*Quas plurimum.* Testatur Gal-  
lorum Annales Philippum  
Pulchrum pro dote secundæ  
filiæ Isabellæ talcam suis va-  
sallis imposuisse. Et hoc ve-  
ruam est, & ita iudicatum pro  
Domino Darpazone & de la  
Brosse, contra incolas loci de  
la Brosse 17. Ianuarij anno  
Dom. 1496. Item pro Domi-  
no de loyeuse, domino S. De-  
siderij, S. Didier, 17. Februarij  
1511.

*Traq. de  
Nobil. c.  
37.*

Extant apud nos prætudi-  
cia & quibus domini pecu-  
niam exigunt, dum filia, vel  
filiæ nascuntur, Arresto Tho-  
los. 11. Septembr. 1559. Syn-  
dico Dentrayques, & Anto-  
nio de Cayres domino dicti  
loci. Item pro emendis redditib-  
us & bonis, Agresto 17. Ia-  
nuarij 1496. pro domino Dar-  
paione. Vide Boërium *decisi*,  
127. Alberic. *in Dictionario suo*,  
*in verb. Dominus.* Extant in ar-  
chiis Capitolinorum Tho-  
los. litteræ Alphonsi Comitis  
vltimi Tholosani, mensis Ia-  
nuarij anni 1370. quibus pro-  
fitetur ciues Tholosanos con-  
tulisse pro subsidio Terræ  
sanctæ.

Præterea obseruandum est,  
in his casibus pecuniā præsta-

## D V R A N T I

ri & quæ coniuncta est : vbi 7.  
verò summa expressa non est,  
iubentur incolæ mediocrem  
pecuniam præstare. c. domino,  
10. quest. 3. c. cùm pastoralis. § in-  
hibemus. de censib. Arrest. Se-  
nat. Tholos. pro domino de  
Mommorancij. Martij 1558.

Cæterum quia hæc mune-  
ra sunt extraordinaria, Eccle-  
sia & de his non tenetur, nisi 8.  
rem tributariam, quæ onus il-  
lud debet, adquirere. Faber  
ad l. placet. C. de sacros. Hostiens.  
in tit. de immunit. Eccles. §. à qui-  
bus. Bald. in c. cùm venisset. de  
eo qui mittitur in possess. nec e-  
nim remittitur conditio et si  
ad Ecclesiam peruerterit. Lut.  
de Penn. in l. fi. C. de exact. tri-  
but.

Queritur an prædia & Ec-  
clesiæ libera sint à taleis, sive  
collectis ? Crebrior opinio est  
Ecclesiam immunem esse à  
collecta quæ certam & perpe-  
tuam præfationem non ha-  
bet. Primò per l. placet. C. de sa-  
crostant. l. 2. C. de Episc. vbi im-  
munis est Ecclesia ab extraor-  
dinariis muneribus. Secundò  
per Auth. Item nulla. C. de Episc.  
Tertiò per c. non minus, c. ad-  
uersus. de immunit. Eccles. Quar-  
tò per c. Clericis. de immunit.  
Eccles. lib. 6. Greg. Epist. 7. epist.  
114. Galliarum Sacerdotes ab  
omni tributo immunes ait  
Cæsar

Cæsar lib. 6. de bello Gall. Esdras cap. 7. c. quanquam. de censib.  
lib. 6. Clementina præsent. eod.

10. Distinguendum tamen puto, aut collectæ, vel taleæ personales sunt, h.e. personis indicuntur, ut in omni ferè Gallia : vel reales, id est, rebus ipsis. Planiè vbi taleæ personales sunt, Ecclesiæ, Nobiles cæterique priuilegiati excusantur. Clerici enim quoad eorum personam non subiiciuntur Principi. argum. l. i. quæ adm. ciuit. mun. ind. ibi, si alterius curie. & Esdræ lib. 1. cap. 7 Vbi verò taleæ rebus & possessionibus indicuntur, sunt qui distinguunt inter ordinarias, & extraordinarias collectas. Specul. tit. de cler. coniug. Guid. Pap. quest. 11. 381. At verius tamen est generaliter bona Ecclesiæ immobilia ruralia teneri ad taleas & collectas, siue certæ sint, siue earum præstatio incerta sit. Ratio est, quia à muneribus, quæ possessionibus & patrimonio indicuntur, nulla priuilegia præstant vacationem. l. ab his. de vacat. & excus. mun. l. fin. §. patrimoniorum. de mun. Nec obstat quod à mutieribus extraordinariis Ecclesia est immunita: nam hodie in hoc regno 12. collecta tamen est munus ordinarium; & iura in contrarium allegata debent intelligi de

collectis quæ personis imponebantur à priuatis Magistris, non de his quæ per Regem ob publicam utilitatem imponantur. Nam et si Princeps non possit de personis Clericorum vel rebus sacris disponere, de prædiis tamen ac patrimonio Ecclesiæ potest statuere; prædiorum enim & rerum profanarum dominus est quoad iurisdictionem, et iam si prædia sint Ecclesiæ. c. si quæ. II. quest. I. c. 2. distinct. 7. gloss. in l. addit. C. de Episc. and. immo in cap. 1. de maior. & obed. Alberic. in Auth. statutus. C. de Episc. & cler. Vide Ieremias cap. 17. Rom. consil. 129. Decimum consil. 285. volum. 2. Hanc controuersiam dirimere videtur Synodus in cap. sancitum. 23. quest. 8. & cap. 1. de censibus. can. secundum 23. quest. 8.

Sed queritur num mansi tamen vel dotis Ecclesiæ prædia ante tributo obnoxia eximantur à tributo; an verò tributario maneat? Et verius est ea prædia ad Ecclesiam transire cum onere; nec enim patronus, vel alijs Ecclesiam doctans officere potest Principi. Panor. in c. 1. de censib.

QVÆST. L.

*Addita ad Authent. ingressi  
(de qua suprà quæst. 6.)*

*C. de sacerdos. Eccles.*

*An scilicet testamentum quod  
quis fecit antequam ingre-  
diatur monasterium, per in-  
gressum religionis reuoce-  
tur.*

S V M M Æ R E R V M.

1. *Non reuocari istiusmodi te-  
stamentum per ingressum  
monasterij.*
2. *Quando haeres ingredientis  
petere possit hereditatem.*
3. *Quando filij legitimam.*

L **D**icitur quod non. Di-  
dac. de testam. in cap.  
2. numer. 4. Clarus §.  
Testamentum. quæst. 28. Cuiac-  
cius ad Nouell. de Monachis. Be-  
nedit. in verb. soboles. num. 11.  
& in verb. mortuo, in princ. num.  
297. Tiraquell. ad l. se unquam.  
in verb. suscepit. num. 42. C.  
de reuocand. don. Cum ergo te-  
stamentum non rumpatur per  
2. professionem, queritur tamen  
haeres petere possit heredita-  
tem statim atque testator in-

gressus est monasterium, vel  
an mors naturalis expectan-  
da sit? Didacus in d. cap. 2. de  
testam. numer. 6. & 7. vbi si-  
mul an filij statim legitimam 3.  
petant.

QVÆST. LI.

*Utrum decreto iudicis re an-  
tiquiori creditori addicta,  
competat posteriori credi-  
tori ius offerendi.*

S Y M M Æ R E R V M.

1. *Non licere offerre posterio-  
ri, priori re semel addi-  
cta.*
2. *Auctoris nostri opinio.*
3. *L. obligata. C. si antiqu. cred.  
dituitur.*

**E**gidivs Magister  
in tract. de Criees. cap.  
37. censuit non lice-  
re tamen posteriori creditori re 1.  
semel priori addicta offerre.  
probatur ex l. obligata. C. si anti-  
quior creditor pig. Nam cum  
res addicitur decreto credito-  
ri, iure creditoris censetur fieri  
venditio. Deinde imputan-  
dum est secundo creditori,  
quare in licitatione non obtu-  
lerit. & ita iudicatum Arresto  
Tholo

Tholosano prō Francisco de la Gorree, contra Franciscum de Garaud.

2. Quod † tamen iniustum puto quoties alia non extant bona debitoris. Primo, quia concedendum est facilè vni, quod alteri non nocet. *I. 2. §. item Varus. ff. de aqua plu. h̄n creditore. de euict. l. si quis sepulchrum. ff. de religio.* Secundo quoties primus creditor emit, vel in solutum recipit à debitor, secundus offerre potest. *I. 1. C. si antiquior.* Addictio autem quæ fit iudicis decreto instar venditionis est. *I. si ob causam. C. de euictio. l. 1. C. si in causa ind.* Quare licere debet creditori secundo offerre ac si res vendita fuisset, vel in solutum data primo creditori à debitor. Tertio facit *I. fn. C. de his qui in prior. cred.* ubi secundo creditori licet offerre fisco, vel Reipub. multo magis licebit offerte priuato.

3. Nec obstat † *d.l. obligata. C. si antiqu. cred.* ea enim lex non negat secundo creditori ius offerendi, sed debitori de debitore enim loquitur. Deinde in specie illius legis prior creditor iure pignoris, vel iure creditoris pignus vendiderat, quo casu cessat ius offerendi. *d.l. 1. C. si antiqu.* Nam cum iure pignoris, vel creditoris sit

venditio, cùm conuentum est, ut pecuniā non solutā licet pignus vendere. *§. i. quibus alienare non lic.* quo casu ex die contractus videtur concessa venditio. *I. de accessionib. §. fin. de divers. & temp.* Cùm ergo postea debitor eandem rem pignori dat, obligatio secunda pendet ex dominio illius; ita quòd si ex causa antecedente auferatur dominium debitori, consequens est, eos omnes dominium amittere, quorum causa pendet à debitore. *I. lex veetigali. de pignor.* Creditore ergo vendente dissoluuntur omnia iura, quæ ex illo dominio pendent. At cùm sibi venditur, vel in solutum datur, vel decreto addicitur, non habet vendendi potestatem ex dicto contractus; ex eo enim die adquirit dominium, quo res sibi addicitur. Itaque cum sua causa & hypotheca secundi creditoris, ius offerendi habet.

---

### Q VÆ S T. L II.

*An id quod hæres adquirit ex supplemento legitimæ filiorum, veniat in restituzione fideicommissi, si statuto,*

tuto, vel renuntiatione ex-  
cluduntur.

## S V M M A E R E R V M.

1. *Non venire in restitutionem fideicommissi quod heres adquirit ex supplemento legitima. Contrarium eni- citerum. 2. & seqq.*

1.  *Vido Papæ quest.*  
*303. existimat + id non venire in restitutionem fideicommissi, quia in legitima, vel eius supplemento, grauamen imponi non potest: imponeretur autem si hæres eam restituere tenetur.*

2. *Ego id falsum + puto, ex sententia Castr. in l. plane. §§. si duobus. de leg. 1. Existimo enim fideicommissio contineri, & ad substitutum pertinere, quoties viuo testatore filij, vel filiæ, quibus aliquid per legitimam relictum est, in matrimonium sunt collocati. Primum, quia portio filiarum, quæ statuto exclusæ sunt, vel renuntiarunt, viuò patre, accrescere hæreditati, vel hæredi debet, ratione hæreditatis: quod autem heres percipit, iure accrescendi venit in restitutionem fideicommissi. 1. si totam. vbi gl. de acquir. hered. l.*

## D V R A N T I

*Papinius. ad Trebell. Bart. in l. Marcellus. §. quidam. cod. tit.*

*Neque obstat quod in legiti- ma onus apponi non potest. nam id verū est in legitima filio debita, non si mutetur persona. l. cum patronus. de leg. 2. vbi Baldus & Castrens. l. qui fun- dum per fideicommissum. § fin. de leg. 1. lafon & alij in l. quoniam in priorib. C. de inoffic.*

## Q V A E S T. L III.

*De monitoriis ad finem re- nelandi, & restituendi.*

## S V M M A E R E R V M.

1. *Monitoria ad quid condu- cant, & num. 2.*  
3. *Ad renelandum generaliter exprimere aduersarij no- mine eporteret monitoria.*  
4. *De occultis decernit.*

 *MONITORIA gene-  
ralia quandoque + l.  
conceduntur ut occu-  
pata restituantur, vel debita  
exoluantur. cap. præterea 2. de  
appell. c. ex parte. vbi gloss. de  
verb. fig. Monach. in c. consti-  
tutionem. de sent. excom. in 6.  
gloss. Bartol. Bald. Castrens.  
ad l. ciuile. C. de furt. Aufrer.*

- in addit. ad Clement. 1. de offic. ord. Rota decis. 444. in Nō uell. Quandoque † & frequenter ad cruentam veritatem. c. consitutus. &c ibi Panorm. de testib. c. ad nostram. 2. & ibi Panorm. de iureiur. Por- 3. rò † monitoria hæc ad reuelandum generaliter tacitō que aduersarij nomine exprimere oportet. Bald. in c. si sacerdos. de offic. ord. Primò quia multa permittuntur in gene- re, quæ specialiter vetantur. Bald. & alij in d. c. si sacerdos. 4. Secundò † quod eiusmodi monitoria de his quæ occulta sunt, decernuntur; vbi vero apparet quis admiscrit, edicta generalia eiusmodi cohædi non debent. Felin. in d. 2. vers. circa tertium. de constit. Denique si liceret cum de quo am- bigitur, nominare, nominatus sine causa non factis postea reuelationibus notaretur infamia. argum. 6. item apud La- beonen. §. ait prætor. de iniur. Nec enim generaliter vagari licet cum discrimine alterius existimationis. 1. prætor ait. de iniur. Nec obstat c. ad nostram. 2. de iureiur. ibi enim agebatur contra certos hæredes vi- suraij. Clarus in pract. crim. quest. 27. numer. 3. & qui reuelare tenentur. Chopinus de sacra polit. lib. 2. & 3. numer. 4. Con-

cil. Trident. sess. 25. cap. 3. Con- ferance des ordonnances fol. 34. Papon 3. tom. de lettres si- gnific.

## I A C. F E R R E R I V S.

**V** Ide Greg. lib. 4. tit. 16. cap. 2. An vero pro rebus im- mobilibus concedantur eius- modi monitiones, vide Re- buff. in Concord. tit. de coll. §. mo- nemus. in verb. ipso, monemus, &c an etiam pro censibus & redi- tibus, ibid.

## Q V A E S T. L I V.

Vtrum bona donata filiis pa-  
Elis dotalibus distrahi pos-  
sint ad liberandum paren-  
tem qui ob æ alienum in  
vincula coniectus est.

## S U M M A R E R V M.

Distrahi posse bona dotalia filio- rum ad redimendum paren- tem captiuum ob æ alienum.

**D** Ic quod sic, & ita iu- dicatum fuit Arresto Tholosano, in audiē- tia prima Mart. an. Dom. 1580. de Isalguerio. Chopinus de sacr. polit. lib. 3. tit. 8. Charundas

*lib. 3. Arrestorum, Lutetiae indicatum refert bona materna impuberum liberorum distrahi, quo pretium in parentis captiui ob æs alienum redemptionem conuerteretur, die 2. April. 1571. Vide quæ dixi libro obseru. quest. 70.*

## QVÆST. LV.

### *De redditibus fundiariis.*

**R**EDITVS fundiarij censendi non sunt si fundus non tradatur, licet ut fundiarij emantur: nec laudimia debentur, etiam si coauenerit: ita iudicatum in audiencia 19. Febr. 1585. Bulle & Tartais litigantibus. Vide Ferron. *in consuet. Burd. de fendif. §. 29.*

## QVÆST. LVI.

*An statutum, vel pactum lucrandi dotem, seu augmentum, sponsum vel sponsam per verba de praesenti comprehendat; & fusè de sponsa per hæc verba.*

## SUMMAE RERVM.

1. *Sponsam, mortuo sponso, angumentum dotis lucrari per verba de praesenti; contrarium verius, vt n. 3.*
2. *Consensus, efficax causa matrimonij.*
4. *Sponsalia non dici propriæ nuptias.*
5. *Desponsationem B. Virginis perfectum matrimonium fuisse quæ sanctificacionem.*
6. *Matrimonium per verba de praesenti mutuo consensu dissolui posse ex dispensatione Pontificis.*

**A**N sponsa per verba de praesenti lucretur augmentum dotis sponsi mortuo? Videtur t̄ quod 1. sic. Primò ex l. *Deo nobis*, vbi Bald. C. de Episc. Secundò ex l. *non sine. C. de bonis* quæ lib. Tertiò ex l. 2. §. si sponsa de privileg. Quartò ex l. cum fuerit de condit. & demonstr. ibi, quamvis nondum in cubiculum mariti. Quintò ex l. *lex Iulia. de fund. dot.* Sextò ex l. si uxor. §. diuus. de adult. can. omne. 17. quest. 7. Septimò sponsus maritus appellatur can. nec aliqua. 2. questio. 1. Octauò leges quæ maritum à sponsi, vel sponsam ab uxore secesserunt, vt l. 1. §. & primum.

primum. ff. pro dote. l. ea quæ ad  
municip. l. solet. de infam. l. si  
quis. l. in eo iure. §. hoc amplius.  
de ritu nupt. de sponso vel  
sponsa per verba de futuro in-  
telligūtur. Accedit quòd con-  
2. sensus † sit efficax causa ma-  
trimonij. l. nuptias. de reg. iur.  
c. sufficit. 27. quest. 2. c. fin. de  
spons. duor. Hanc sententiam  
sequuntur Bart. in l. nihil. ff.  
rer. amot. Bald. in d. l. Deo no-  
bis. Castrens. Decius & alij in  
l. 1. C. unde vir. Bald Nou. in  
tratt. dot 6. part. priu. 37. Cam-  
peg. eod. tract. 5. part Mathesil.  
Sing. 75. Aretin. in §. fuerit. de  
actionibus.

3. Contrarium † verius est.  
Primò ex l. sancimus. C. de nupt.  
l. Seja. §. de donat. inter. Secún-  
dò ex l. falsus. §. fin. ff. quod fal-  
so tut. Tertiò ex l. cùm veterum.  
C. de spons. C. Theodos. Quartò  
statutum vel pactum lucran-  
di dote, vel augmentum iuri  
communi aduersatur: dos  
enim sicut ad vxorem, ita &  
donatio propter nuptias ad  
maritum soluto matrimonio  
pertinet. l. 2. ff. solut. matrimon.  
Ergo statutum, vel pactum re-  
stringendum est, ut de matri-  
monio omni parte perfecto  
intelligatur. cap. 1. & 2. de fil.  
presbyt. Quintò ubi de perni-  
cie & damno alterius agitur,  
verba statuentium, vel con-

trahentium interpretanda sút  
in propria & potiore significa-  
tione. l. 1. §. qui in perpetuum.  
ff. si ager vectig. Cæterū † 4.  
sponsalia non propriè dicun-  
tur nuptiæ. l. oratio. de sponsa-  
lib. c. debitum. de litiganib.  
Quinimò communi Theolo-  
gorum' calculo receptum est,  
quòd † in B. Virgine Maria 5.  
desponsata Ioseph, fuit perfè-  
ctum matrimonium quoad  
sanctificationem, sed nō quo-  
ad significationem. Magister  
sentent. in 4. dist. 30. §. esse im-  
possibile. quest. 2. gloss. in c. cùm  
initiatio. 27. quest. 2. Hostiens.  
in summa de sponsa. Felin. in  
rubr. ord. Tiraquell. de legib.  
connub. in verb. la femme gaigne  
son dönaire. Harmenopul lib. 4.  
cap. 10. Octaud † certum est 6.  
matrimonium per verba de  
præsenti mutuo consensu dis-  
solui posse per dispensatio-  
nem summi Pontificis. gloss.  
in c. ex publico. de conuers. coniug.  
Quare cùm' matrimonium  
mutuo consensu dissolui possit, æquum non est eo  
dote, vel dotalitium, spon-  
sum vel sponsam lucrari pos-  
se. hanc sententiam probant  
Panorm. in d. c. ex publico. de  
conuers. coniug. Bald. int. non si-  
ne. C. de bon. quælib. Phanucus  
de Phanuc. de lucro dotis. Nec  
obstat d. l. Deo nobis. C. de Episc.

nam ibi agitur de coniugibus, non de sponsis; & hoc verum est etiā dos numerata fuisset. ita iudicatum fuit Arresto Thelosano, Stephano la Poche, Stephano & Ioanne Audiberts, & Maria Becheraude litigantibus, Arresto generali, pronuntiato 18. Maij 1584. cum Arresto 9. Maij, anni eiusdem.

## QVÆST. LVII.

*De muliere quæ intra annum luctus nubit, an priuetur successione mariti, etiam si minor sit.*

## S V M M A E R E R V M.

*Omnia questioni insunt.*

 **V**ò d' sic, extat Arrestum solenne, & in purpura pronūciatum 14. Augusti 1581. quod Senatus ampliauit, & priuauit mulierem successione pro fisco, non extantibus decem personis, & aliis, de quibus *in l. 1. C. de secundis nupt.* An pœnæ sublatæ sint, Connanus *lib. 8. comment. cap. 7.* Brissonius *lib. de iure connub. circa fin.* Raxard. *lib. 1. variarum, cap. 20.*

## QVÆST. LVIII.

*An actori, vel Procuratori Regio, testes à reo nominatos, ad probandas testimoniū actoris reiectiones, subleuare, vel refutare liceat, nedum instrumentis, sed eō testimoniis.*

## S V M M A E R E R V M.

1. *Distinguendum esse, secundum crimina, prout lenia sunt, vel grauia.*

 **S**ecundum ordinatio[n]ibus regiis sanctum fuit, morib[us]que receptum, reum nominare debere testes, quibus refutationes testimoniū propositas, qui cum eo commissi, id est, confrontati sunt, probare cogitat, qui testes à reo nominati interrogari debent. At dubium est, an liceat actori, vel Procuratori regio, illos testes à reo nominatos refutare.

Nonnulli putant non liceat. Primo quod reorum innocentia sit fauendū, adeò ut ad probandam innocentiam testes

stes etiam non integræ famæ sufficient. Specul. de *Inquisit.* §. 1. vers. & generaliter. Alex. *conf. 24. vol. 2.* Secundò, quia in constitutione Frâcisci non sit mentio de reprobandis eiusmodi testibus. Accedit quòd in ciuilibus non licet secundò testes repellere. Bald. *in l. parentes. C. de testib.*

Ego in hac quæstione puto non licere passim testes repellere, puta si crimina leuia sunt. *l. tenia. de accusat.* At ubi grauiora sunt crimina, & testium obiectiones idoneæ, iustissimū est admitti actorem, vel Procuratorem regium ad refutādos rei testes: tum quòd iure Pontificio licet utrique parti testes secundò refellere, & quod vulgo dicitur, reprobationes probationum probare. *c. licet. de testib. c. presentium. eod. apud Bonifac.* quod in omnibus tribunalibus obscurari optabat Boërius *confil. 40.* Tum quòd licitum esset eis iudicia eludere, testes affines, vel consanguineos producendo, vel auctoris inimicissimos.

Quod verò à Baldo *in d. l. parentes;* dictum est, ad rem non pertinet in specie nostra. Porro in hanc sententiam pleraque Senatus consulta extat. legimus Arrestum Parisiense

apud Paponem *lib. 24. tit. 5.* arrest. 8. necnon Arrestum Tholosæ 12. Iunij 1577. Bonhand, ac Procuratore regio agentibus, & Ioanne Molis & Petro Brutz reis. Sanè per instrumenta licet semper refellere.

## Q V A E S T I O L I X.

*An alienatione expressim vetitâ alienatio statim corrutat, etiam ante obitum eius qui prohibitus est alienare.*

## S V M M A E R E R V M.

1. *Alienationem valere, nec renuncari ante mortem eius qui alienauit. fallit numer. 2.*

*Distingue ut num. 3. & 4.*

**N**I DE TYR alienatio nem & interim valeat, sed renuncari mortuo eo cui prohibita fuit alienatio. *l. fin. § sed quia. C. communia de legat.* vbi res subiectæ restitutiōni, quæ à lege & tacitè prohibentur alienari, si alienentur interim, valet alienatio. Ergo idem juri erit in prohibitione expressa. nam par

par est virtus taciti & expres-  
si. *i. cùm quid de reb. cred.*

2. At verius est † alienatione à testatore expressim prohibita, nullam illoco esse alienationem, non exspectatā morte grauati. gl. in *I. cùm pater.* §. *libertis.* in *verb.* ne id alienaretur. de leg. 2. Alex. conf. 23. vol. 1. Alex. & Iason in *I. qui Romæ.* §. *cobheredes.* de *verb.* oblig. Accedit textus in *I. peto.* §. *predium.*
3. de leg. 2. Vbi si † alienatio necessaria fuerit, tenet, nec reuocatur ante mortem eius qui alienauit. ergo si voluntaria sit, confessim reuocari potest. quod Accursius obseruavit. Nec obstat *d.l. fin. C. commun.* de leg. grauior enim, & maioris momenti est expressa prohibitio, quam tacita, ut notant Bart. Iason & alij ad *I. filius fam.* §. *diui.* de leg. 1. Ita-
4. que † alienatione expressim prohibitā grauato delinquente bona nullo tempore ad fiscum transeunt. *I. Imperator,* vbi Bart. de *fideicommiss. libert.* At vbi tacita est prohibitio, fiscus viuente grauato succedit. *I. Statina Florus.* §. *Cornelio.* de *ire fisci.* Et hæc opinio approbata fuit Arresto Tholof. in causa Ludouici de Bozena, & Guerinni de Fauziere, die ... Sept. 1566. Vide Guiac. ad *I. peto.* §. *fratre, in prihc. de*

*leg. 2.* vbi hanc opinionem sequitur.

## Q V Ä S T. L X.

*Virūm testamentum solemne* <sup>4</sup>  
*inter liberos conditum re-*  
*uocetur posteriore, vel alia*  
*voluntate non solenni inter*  
*eosdem liberos, puta si in*  
*priore testamento septem*  
*testes adhibiti, in posteriore*  
*verò tantum duo, vel trēs.*

## S V M M A E R E R V M.

1. *Non posse reuocari testamen-*  
*tum solemne, per aliud*  
*minus solemne.*
2. *Nonnullorum distinctio;* &  
*num. 3.*
4. *Auctoriis opinio, prius vi-*  
*que reuocari per poste-*  
*rius.*
5. *Ad obiecta responso.*
6. *Authenticae, hoc inter libe-*  
*ros, intellectus.*
7. *Pro posteriore testamento*  
*Arrestum Tholofanum.*

**N**on *IDE TVR* testamē-  
tum † solemne non 1.  
posse reuocari per  
minus solemne te-  
stamentum. Porrò quia so-  
lemne

leinne testamentum iure cōmuni efficax est, minus soleme  
ne verò singulari iure: fortior autem est dispositio quæ iure  
communi nititur, quām ea  
quæ iure speciali. *I.eius militis.*  
*§. militia missus. de testam. milit.*  
*I. fin. C. de pac̄t. conuent.* Secundò priuilegiatus non vtitur  
priuilegio suo aduersùs cum  
qui par priuilegium habet.  
*Auth. quas actiones. C. de sacro. I.*  
*affiduis. C. qui potior.* Ergo priuilegium, quod liberis irrogatur, vt testamentum, seu ultima voluntas non perfecta,  
quoad numerum testium, valeat, protrahendum non est in  
pernicie aliorum liberorum  
perfecto testamento institutorum. *I. verum. §. fin. de minor.*  
Tertio hanc sententiam iuuat  
textus in *Auth. hoc inter liberos.*  
*C. de testam.* vbi ita demum  
testamentum inter liberos infirmatur, si parens coram septem  
testibus declaret, se nolle tale  
testamentum valere, & aliam  
disponat voluntatem vel in  
testamento perfecto, vel in nō  
scripta perfecta voluntate.  
Quartò testamentum soleme  
ne in favorem piaæ causæ non  
reuvocatur alio testamento  
minus solemnii in gratiam alterius piaæ causæ. *Oldrad. conf.*  
*119. argum. §. sed hoc præsenti,*  
*in Nou. de sanctiss. Episc.* Idem

ergo dicendum in testamento  
inter liberos. Hanc senten-  
tiam sequitur Andr. ad Specul. de instrum. edit. §. compen-  
diosa. Fulg. ad l. hac consultiſſi-  
ma. §. si quis autem. C. de te-  
stam.

Alij distinguunt † an filij  
priore testamento æqualiter  
instituti fuerint, in posteriore  
verò inæqualiter: vel è con-  
uerso, vt priore casu testamen-  
tum prius, in quo filij æquali-  
ter instituti sunt, non reuoce-  
tur per posterius, in quo filij  
inæqualiter sunt instituti. Sc-  
cundo verò casu quando filij  
æqualiter instituti sunt secun-  
do testamento imperfecto, re-  
uocatur prius perfectum, in  
quo filij sunt inæqualiter in-  
stituti. Rom. consil. 385. Alex.  
consil. 134. vol. 1. Socin. consil.  
163. vol. 2. Boër. quest. 240.

Alij verò existimant prius  
testamentum reuocari poste-  
riore imperfecto, modò in se-  
cundo testamēto adsint quin-  
que testes. d. l. hac consultiſſima.  
§. si quis autem. Iason ibid.

Ego autem existimo † ge-  
neraliter posteriore testamen-  
to, etiamsi in eo non adsint  
nisi duo testes, prius reuoca-  
ri, siue æqualiter, siue inæqua-  
liter filij instituti sint. In primis  
per text. in *I.eius militis. §. mili-*  
*tia missus. de testam. milit.* vbi

testamentum solemne militis reuocatur posteriore testamento facto iure militari. Secundò facit *l. 2. ff. de iniislo, rupt. vbi prius testamentum posteriore etiam non perfecto rumpitur, si in eo venientes ab intestato sint instituti, vel si iure militari sit factum.* Tertiò solemnitas quæ in primo testamento fuit adhibita, necessaria non erat. nam testamentum imperfectum est efficax inter liberos. Itaque redundas ac superflua cautio nullius est ponderis. Quare emtio facta cum decreto iudicis, vbi decretum necessarium non est, solo consensu reuocatur, ac si nullum decretum interuenisset. *l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. Paratione prius testamentum solemne reuocatur posteriore, ac si solemnitas, quæ superuacua erat, non intercessisset.* hæc opinionem sequitur Ang. post gloss. *in Nou. de testam. imperf. §. 1.* Castrensis *in Auth. hoc inter. C. de testam.* Alex. *in d. l. hac consultissima. § ex imperf. & conf. 146. vol. 2.*

*5.* Nec † obstat primò quodd dispositio, quæ iure communia valet, fortior sit, quam ea, quæ iure speciali: nec quod minus solemnne tollere possit quod solemnne habet ex omni parte. Nam, vt scripsit Corneus

*conf. 21. volum. 1.* illud non obtinet quoties in utroque adest solemnitas, quæ necessaria est ad ipsius efficacitatem. Præterea ius commune æquè facile, ac priuilegium tollitur, in gratiam eius qui priuilegio potitur: ut in specie *d. §. militia missus.* Nec obstat quod priuilegiatus non viritur priuilegio contra priuilegium; ea enim Vulgata regula plerumque limitatur; Minor quique Iesus à minore restituitur. *l. si index. de minor.* Præterea testamentum inter liberos valet, etiam si filij inæqualiter instituantur. *l. fin. C. famil. ercisc.* Quod verò pertinet ad Authentic. † *hoc inter liberos,* ea constitutio interpretanda est inter extraneos, vt parens in gratiam extraneorum non possit reuocare prius testamentum conditum inter liberos, nisi ad sint septem testes: at in gratiam liberorum poterit cum minore testium numero. gloss. *in §. & si quidem. de testam. imperf.* Minus obstat postremum de pia causa: nec enim de pia causa ad testamentum inter liberos receptum est argumentum. Præterea existimatum testamentum solemne in gratiam piaæ causæ reuocari minus solemnni facto in gratiam piaæ causæ. Castrensi. *conf. 327. Iason*

Iafon l. si ita scriptum. num.  
29. de leg. l. Alex. consil. 146.  
vol. 2. Didac. in rubr. de testam.  
part. 2.

Itaque cum hæc quæstio  
agitaretur in Parlamento Tho-  
losano iudicatum fuit † pro  
posteriore testamento ex tem-  
pore, die 14 April. 1575. po-  
stulante Dñ. Duranti pro re-  
gio Aduocato.

## Q VÆST. LXI.

*An Episcopi, Monachi, cæteri-  
que Clerici impuberum tu-  
telas exercere possint.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Presbyteros & Diaconos tute-  
le munere fungi posse ra-  
tione cognationis.*
2. *Leg. generaliter. C. de Episc.  
intellectus.*
3. *Clericos ad tutelæ munus sus-  
cipiendum cogendos esse,  
ex opinione Turrecrema-  
tae, & Auctoris, num. 4.*
5. *Cypriani locus quomodo intel-  
ligendus.*
6. *Monachos ad legitimam tu-  
telam, non minus quam  
clericos admittendos esse.  
fallit num. 7. cum seqq.*

**V**ÆR I solet, an Cle-  
rici tutelas exercere  
possint, vel cogi ini-  
ti? In qua quæstione decretum  
Chalcedonensis Synodi in c.  
3. pugnare videtur cum Iu-  
stin. Nouell. 122. §. perr. Pla-  
nè constat Presbyteris † &  
Diaconis tutelæ munus con-  
cessum, si iure ac lege cognationis  
vocentur, ex Synodo  
Chalcedon. ibi, nisi utique ex  
lege ad inexcusabilem impube-  
rum tutelam vocentur. c. peruenit.  
86. dist. Neque obstat l. gene-  
raliter. C. de Episc. cum can. ge-  
neraliter 16. quest. 1. Ea enim  
Leonis constitutio vetat Cle-  
ricos cogi, & immunitatem  
eis tribuit etiam legitimæ tu-  
telæ, non item volentibus adi-  
mit tutelæ onus. Vel ex sen-  
tentia Ioan. de Turre-Crema-  
ta in d. can. peruenit, lex, † ge-  
neraliter, est interpretanda, si  
alij extent qui munere tutelæ  
fungantur. Alioquin non so-  
lum possunt tutelam proximi-  
orum exercere, sed etiam  
cogi: ut quemadmodum ad  
successionem legitimam, ita  
& ad tutelam vocentur. §. fin.  
de hered. que ab intest. in Ngu.  
Ob quam rationem de Tur-  
re-Cremata cœsunt † Clericos 3.  
cogendos, quod maximè con-  
gruit Chalcedonensi decreto.  
ibi, ad inexcusabilem tutelam.

Cui decreto magis est inhærendum quàm constitutioni Leonis *in d. l. generaliter.*

4. Quare existimo † Presbyteros & Diaconos, si nulli proximiōres vel pares extent, ad tutelam cogi posse.

Cæterū quod ex D. Cypriano lib. I. epist. 9. & in cap. fin. 88. diff. & in c. *Cyprianus* 2 t.

5. quest. 3. dicitur, intelligi † debet de tutela testamentaria, & dativa; non verò de legitima, quæ proximiori defertur. Nā testamento, vel à iudice dari non possunt, licet protectio pupillorum ad Ecclesiasticos, maximè Episcopos pertineat. e. 1. diff. 87.

6. Quod ad Monachos † pertinet, videtur quodd ut alij Clerici non excludantur à legitima tutela. d. c. peruenit. Specul. de tutel. §. generaliter. Bart. l. legitimos. §. fin. de leg. tut.

Legimus Abbatem Cluniacensem tutelam filiorum fratris Dn. de Chaumont gesisse. Abbatem item de Moysere tutelam nepotum de Ne-

7. gropelisse. At iura † ciuilia refragantur: nam exceptio quæ est *in d. c. peruenit*, ad Clericos dumtaxat referri debet; nam Monachi claustra non egiediantur. cap. placuit, cum seq. 16. quest. 1. quod Balsam. *in d. c. 3.* Chalcedonensis Syn.

## D V R A N T I

probat, vbi præsertim nulla Episcopi promissio intercedit.

Itaque cùm de tutela Ioannis de Vicinis Dn. d'Ambres ageretur, Antonius à Prato tunc Aduocatus, postea Galliæ Cancellarius tutelam decerni Francisco de Vicinis Monachi Ordinis S. Benedicti contendebat die 26. Febr. anno 1498. Tandem Senatus Tholosani Arresto II. April. illius anni sancitum est, tutelam non esse decernendam.

## QVÆST. LXII.

*An verū sit quod vulgò traditur, quod occiso homine, cuius sanguis frigidus factus est, ac fluere desit, comparente occisore refluat, eoque nomine quis torqueri possit.*

## S U M M A E R E R V M.

*Non decernendam, nec decerni ullam questionem ex hac conjectura sanguinis.*

**A**BORANT multi in exquirenda ratione, cur hominis occisi cadauer; si occisor proprius accedat, sanguinem statim emittat. Primum hoc frequetissime accidisse testantur in numeri iuris Interpretates. Paris de Puteo de *Syndic. in verb. mandauit Rex, in fin. Boer. decif.* 167. Leuinus Lemnius lib. 2. de *mirac. cap. 7.* Cadaueri Euphorbi, qui à Menclao trucidatus fuerat, idem accidisse author est Homer. lib. 13. *Iliad.* Verum hoc intra spatum septem horarum ut plurimum accidere solet; rarissime ultrius se extendit. Gaud. Merula lib. 4. *rerum memorabil. cap. 18.*

Huius vero mysterij causas varias commenti sunt quamplurimi. Galeotus Martius lib. de *doctrine promiscua, cap. 22.* ita ait: *Quod cum occisoru- rore ductus hominem aggrediat- tur, cuncti spiritus qui profundunt o- pus iuantes in occidendum con- uolant. Hominis quoque truci- dandi spiritus in occisorem ten- dunt, quo ira sui spiritus profilit, ita ut in occisore euolent, & excurrant, & ibi vivant. Ceterum occisore comparente spiritus viriusque diuerso motu agitan- tur, unde hominis occisi spiritus redeuntes, sedemque suam repe- tentes, & vicissim occisoris spiri-*

*tus redeuntes, ut ad corpus re- deant faciunt motum eius rei, quam habitant. Quare cum san- guinem habitent sanguis iam fri-gidior & ad fluxum ineptus, ab occisoris & occisi spiritibus agita- tus, rursus fluitat.*

At ea ratio non concludit, plerique enim homicidium accedit ex improviso, sine ira- cundia, & stomacho, & tamen accidente occisore sanguis plerumque profilit. Deinde ea ratione sequeretur, eum qui graue vulnus accepit ab eo cum quo conflixit, praesente eo qui vulnus intulit, spiritibus hinc inde in proprias se- des remigrantibus sanguinem emissurum ex vulnera. quod tamen accidere non solet.

Nonnulli putauerunt ideo sanguinem fluere praesente eo qui facinus admisit, quod vi- res aliquæ animæ sensitæ, puta cupiditas, maneant post obitum, donec corpus putrefiat. quorum opinionem Lu- cretius lib. 4. de *rerum natura,* probasse videtur, his verbis:

*Irritata tamen loca sanguine fitque voluntas*

*Eiucere id quod se contendit, dira libido*

*Incitat, &c.*

Idem censuisse videtur Pla- to lib. 9. de *legib. his verbis: & prisum mysterium non contem-*

*nat, fertur enim interfictum vi hominem, qui liberè interfectori proximo statim post mortem tempore irasci, ac propter violentam mortem terrere, turbatūque plenum maximè se viderit interfectorem, &c. quod multis Ouidij, Virgilij & Suetonij exemplis probari posset.*

Verum hæc sententia à religione nostra abhorret: certum enim est, anima à corpore separata, potentias, quæ in anima sunt, ut in subiecto cōrypto corpore, in anima remanere; eas vero quæ sunt in coniuncto, vel totius compositi, quales sunt potentiae sensitivæ partes, & nutritivæ, corrupto corpore non remanere actu, vel virtute; quare anima à corpore diuisa non irascitur homicidæ.

Nec desunt qui arbitrantur id accidere ex naturæ consensu, & sympathia quadam, ut inter homines oscitatio unius alios ad oscitandum provocat. Acrimonia cēparum, quas proximus quisque edit, dentibus molestiam assert. Equi mingendi desiderio statim tenentur, si eodem in loco transeant, quo alij equi minxere. Simile dici potest de lippis; similis enim morbus in oculis ex aspectu Solis, aërisque reflexu contrahitur.

Verum hæc semper vera: non sunt in ceteris naturæ effectibus. Nam si ex humorū affectu, qualitate & motu in homines irritamenta fierent, cur non scalpendo, tussiendo, mares emungeendo, sanguinem è naribus emitendo, alias talia videns ad eadem peragenda non moueretur? Præterea cædem ratione occisi crux in conspectu alterius, quam homicidæ, flueret, cum ex sanguine quilibet vitam suam ducat. Accedit quod proximorum & sanguine coniunctionum conspectus sympathia quadam, hoc est, nütio naturæ consensu potius sanguinem elicere debeat, quam occisoris præsentia, in quo cum occiso nulla sympathia, sed potius antipathia, versatur. Addo nos naturalia insequi non possé incorpore mortuo, sensus & motus experte, in quo calore absente, omnia interna putrefieri incipiunt, sanguisque ipse ex liquido coagulari solet, & indurari. Sunt quidam qui id adscribunt ultioni; quam sanguis humanus effusus expedit, inde Apocalyps. cap. 6.. *Vidi animas interfectorum, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequò Domine non iudicas ac vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant*

*habitant in terra.* Rursus Lucæ 18. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum , clamantium ad se die ac nocte . &c. Genesim cap. 4. *Sanguis fratris tui clamat ad me de terra.* Ad hæc non carnali sensu , ait primus , intelligenda sunt , nec enim animositate vltionis pij hominum vitâ functi accenduntur , ne minuantur in cœlo charitas , qua præceptum est & inimicos diligere : verūn clamare dicuntur contra peccati regnum , orando , & alia illius regni desiderio postulando , de quo dicimus , *Adueniat regnum tuum* , &c. vt D. August. ait lib. 1. de sermone Dom. in monte. cap. 45. vt euertatur regnum peccati , vel , vt ait Augustin. in questionib. vet. & nou. Testam. cap. 45. Non sanguis propriè , sed causa facinoris clamat , vindicari desideras . Si enim dicimus , propter opus laudat terra , cum utique neque vocem habeat , & careat intellectu ; sic propter opera mala clamare dicitur sanguis . Quod & D. Ambros. obseruauerat serm. 65. de S. Ioanne Baptista , & rursus serm. 76. de natali S. Martyris . Clamare dicitur sanguis qui innocens effusus est , non tam voce , quam causa . Itaque nulla ratio eius rei reddi potest , nec verum etiam id est . Quare nec apud

nos decerni ex hac coniectura quæstio solet .

## Q V Æ S T . L X I I I .

*Quid statuendum ubi plures , vel pares sunt sententiae.*

## S V M M Æ R E R V M .

1. *Obseruandum quod numero plures statuunt.*
2. *Quid antiquitus obseruatum in Gallia ; quid hodie , num. 3.*
4. *Quid recentius constitutum , & num. 5. & 6.*
7. *Recentissimum quid.*

**I**N Conciliis & iudi- 1. ciis † quod plures munero statuunt , obseruari debet . l. si in tres . de arbitr. l. duo ex tribus . de re iud. l. quod maior . ad municip. Vide Aug. de Cinitate Dei lib. 18. cap. 9.

Antiquitus † in Gallia , constitutione Philippi Pulchri edita anno Dom. 1294. cuius meminit Budæus in l. fin. de Senato . vbi Senatores diuersa censebant , primores Curia determinabant ex qualitate & grauitate censentium quod eis

eis videbatur æquum. Nec multum abhorret Emmanue-  
lis Commeni constitutio cap.  
6. qua quoties pares sunt sen-  
tentiaæ , corum vincit senten-  
tia , cui is qui iudicio præest,  
consenserit. Verum hæc abro-  
gata sunt constitutione Lu-  
douici XII. art. 76. & Fran-  
3. cisci art. 125. Itaque hodie †  
non numerantur , sed ponde-  
rantur sententiaæ. Plin. Epist.  
lib. 2. epist. 2. ad Arr.

Hæc rursus Regum no-  
strorum legibus immutata  
4. sunt. nam in ciuilibus † & pe-  
caniariis causis edicto Regis  
Henrici Paris. mense Maio an.  
1549. nominatim cautum est,  
ne in Parlamentis Arresta fiat  
nisi duæ voces excedant aliū  
numerum , alioquin in duas  
partes disceditur, & processus  
est diuisus. Vbi verò de pœ-  
5. nis † agitur , vbi æquales sunt  
sententiaæ, ea quæ mitior est, &  
clementior, præualet, lege la-  
ta à Carolo IX. 10. Febr. 1566.  
Quod & apud veteres obser-  
uari docet Quintilianus decl.  
254. & Seneca lib. 1. declam. de-  
cl. 5. Idem Seneca epist. 11. Ræ-  
uard. protrib. lib. cap. 20. At vbi  
absolutoria , vel mitiores sen-  
tentiaæ pauciores. vnâ sunt,  
quam damnatoriaæ , in duas  
partes disceditur, & apud nos  
processus est diuisus.

Interdū † si plures sunt se-  
tentiaæ, coniungendæ sunt, &  
vna alteri accedere debet. V.  
g. sunt septem iudices , tres  
censem reum summo suppli-  
cio afficiendum , duo exilio,  
duo item pecunia ; duæ mi-  
nores debent coniungi , & al-  
tera alteri accedere. Vide  
Gellium lib. 9. cap. 15. Cuiac.  
obseru. 12. cap. 16. Alciat. part. 9.  
cap. 14.

Regum † nostrorum con-  
stitutionibus cautum est ne-  
dum in ciuilibus, sed etiam in  
pœnis, dissentientes iudices in  
vnam sententiam conuenire  
debere , aut saltem in duas,  
eosque qui minore sunt nu-  
mero cogendos alterutri ac-  
cedere , ex constitutione Lu-  
douici XII. ann. 1489. art. 32.

### I A C. F E R R E R I V S.

I Nter pares sententias mi-  
tior sequenda. Herod. lib. 5.  
tit. 22. de re iudic. cap. 1. 4. 5. 6. 7.  
Vide Indicem iuriam Domini-  
nic. in verbo, Partage. Marcum:  
tom. 1. quest. 690. Molin. in con-  
fuet. Paris. §. 33. gl. 3. num. 12. &  
13. & Didac. variar. quest. 112.  
num. 6..

Q V X

## Q V A E S T . L X I V .

*An qui emit rem minoris igno-  
ranter, sine decreto, teneat-  
tur fructus restituere, &  
perdat pretium, nisi probet  
versum in rem minoris.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Teneri emtorem ad restitu-  
tionem fructuum, nec  
premium recipere, nisi in  
rem minoris versum.*  
*Ampliatur, ut num. 2.*  
*Fallit num. 3.*
4. *Diluntur l. prediorum, l. i.  
& 2. C. si aduers. cred. &  
l. qui cum alio. dc reg. jur.  
num. 5.*

1.  *I D E T V R dicendum,  
emptorem, † qui sine  
decreto emit, teneri  
ad restitutionem fructuum, &  
premium quod minori dedit,  
non recipete, nisi probet in  
rem minoris versum. l. predio-  
rum. l. si quidem. C. de pred. min.  
l. i. & 2. C. si aduersus cred. Et*
2. *† quamvis ignoret minorem  
esse, tamen id non prodest  
emtori, quia qui cum alio  
contrahit, non debet conditionem eius ignorare. l. quicun-*

*alio, & ibi gloss. de reg. iur. Bald.  
ad l. i. C. si aduers. cred. Paria  
enim sunt scire, & scire debe-  
re, & tam in culpa est qui sci-  
uit, quam qui scire debuit. l.  
quod te, & ibi gloss. ff. si certum  
petatur. Accedit quod qui  
emit à minore, cuius actatem  
non ignorabat, aut ignorare  
non debebat, male fidei pos-  
sessor esse videtur. l. si Titius, &  
ibi gloss. in verb. etatis. de fi-  
dei suffribus.*

Contrarium † tamen ve-  
rius, emptorem scilicet, qui  
bona fide emit à minore, igno-  
rans minorem esse, sine decre-  
to, fructus suos facere; & mi-  
norem petentem restitutio-  
nem in integrum, non audiri  
nisi restituat pretium, in pri-  
mis per text. l. 2. C. si quis igno-  
rans rem minoris sine decret.  
alien. ibi si non bona fide empo-  
rem suisse qui emit constiterit.  
Secundò per text. l. eum qui §.  
si à minore iuncto §. prætor ait. de  
publiciana. Nam in priore loco  
illius leg. dicitur quod qui à  
minore emit ignorans eum es-  
se minorem, habet publicianam:  
in posteriore autem par-  
te dicitur cum actionem ei-  
tantum competere qui bona  
fide emit. Ex quo intelligitur  
eum non dici mala fide emissè  
qui à minore emit ignorans  
cum esse minorem, præsertim

Y si

si emptor non vana simplicitate deceptus fuit, quia minor habebatur pro maiore, nec habebat curatorem, & sic agebat, sic contrahebat, ut ait Iuris. *in l. 3. ad Maced.* Nec obstat quod dictum est ex *l. prediorum. & l. 1. & 2. C. si aduers. cred.* nam illæ leges intelliguntur de eo, qui cum curatore minoris contraxit, vel cum minore, non ignorans esse minorem, ut constat ex illis legib. Minus obstat *l. qui cum alio.* nā id verum est, sed non ad priuandum bonæ fidei possessorem fructibus & pretio. Tiraquell. *de retract. lign. ad fin. tit. numer. 42.* Pinell. *ad l. 2. part. 2. cap. 4. numer. 30.* & ita fuit iudicatum in causa, in qua Præses fui, 23. Martij 1583. Relatore Dn. Catelio.

## QVÆST. LXV.

*Vtrum iudex ex iusta aliqua causa & circumstantia matri quæ secundò nupsit, tutelam filij, & educationem decernere possit.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Matrem quæ secundò nupsit tutelam filiorum amittere; etiam si sponsalia contraxerit, num. 2. limita ut num. 3. & 6.*
4. *Accursius refellitur.*
5. *De vitrico quid, ibid.*
7. *Quid de educatione pupillorum. & num. 9.*
8. *Intellectus l. 1. C. ubi pupillus.*

**E**R T V M est *† matrē* <sup>1.</sup> *quæ secundò nupsit tutelam filiorū amittere. Auth. sacramētum. C. quando mulier. Guid. Pap. quest. 539.* *quod etiā obtinet *†* si sponsalia contraxerit. Specul. tit. de tute. §. nunc videndum. Multo ergo magis à tutela arcenda est, multa enim facta permittuntur, quæ fieri vetantur. l. patre furioso. de his qui sunt sui. At si *†* aliqua causa iusta extat quæ tutelā matri decerni suadeat, non prohibetur iudex tutelam deferre: nam vitricum tutearem ex causa cōstituere potest. l. fi. C. de con tut. iud. l. nonnunquam. de adoptio. Nec vera est solutio *†* 4. Accursij, qui putat *†* vitricum *§.* à patre tutearem dari posse, nec enim pater coniicere potest quis*

- quis sit futurus vitricus. Quòd si quis dicat vitricum dari posse postquam datus erat iustè tutor, ante quam esset vitricus, considerandum est quòd si casu accidat, ut datus in testamento paterno tutor vitricus fiat, superueniens suspicio enim à tutela remouet. *I. in confirmando. de confir. tuto.* *I. tres tutores; in fin. de adm. tut.* Præterea mater transundo ad secunda vota remouetur à tutela. Ergo & vitricus. *I. lex que tutores. C. de adm. tut.* Quare verius est etiam cum qui iam est vitricus, dari posse tutorem. Itaque cum vitricus ex iusta causa tutor creari possit, & creatus nō possit remoueri si iusta sit causa. *I. 2. C. de interdicto.* idem erit in matre quæ vitricum induxit. Nam ipsa propter vitricum regulariter repellitur, & per rationem *d.* *I. lex que tutores. C. de admin.*
6. Mater itaque † ex iusta causa vbi suspicio abest secundò nubens dari tutrix poterit, & tutelam naestam conferuare, & singulariter, quia maior est suspicio in vitrico, quam in matre, quæ semper maternam retinet pietatem. Quod autem de tutela diximus, in † educatione pupilli obtinet. Nā et si lex non committat matri quæ secundò nupsit educati-
7. *tionem pupillorum. I. i. C. vbi pupil.* non prohibetur tamē iudex ex iusta causa, & vbi omnis suspicio abest, educationem matri, quæ vitricū induxit, cōmittere. *I. i. C. vbi pupil.* Hanc sententiam iuuat *d.* *I. i. C. vbi pupil.* ibi, quando autem inter eam & agnatos, &c. Qui locus, † authore *Ac-* cursio, quem Jacob de Bellouis, Albericus & antiquiores sequuntur, intelligitur eodem retento themate, quādo mulier secundò nupsit. Ut si mulier secundò nupsit, oriturque dubitatio inter matrem, tutores & agnatos, pendeat ex arbitrio *Præsidis*, apud quē pupillus educari debeat, vel apud matrem, quæ secundò nupsit, vel apud cognatos, habita ratione qualitatis personarum. Et nisi versiculus ille intelligatur quando mulier secundò nupsit, *Præses* pendere non posset vbi pupillus educandus esset. Nam si ne dubio matri † quæ non *nupsit*, educatione committenda est. *d. I. i.* Accedit quòd educatione apud matrem secundò nubentem prohibetur, ob suspicionem, quæ si cesseret, ex qualitate personarum considerari non debet. Itaque cum de educatione Margueritæ de Balaguiere filiæ domini de

Monsales ageretur inter Episcopum Caturcensem filix patrum, & tutorem, & Mariam Destissac eius matrem, quæ secundas nuptias cum domino de Caylus contraxerat, educatio pupilli nihilominus nus matri credita est. Arresto Tholos. die 13. Aug. 1573. eo quod dicta Destissac secundò nubendo filiam desponderat communi parentum consensu primogenito filio dicti de Caylus Eadémque ratione vi-tâ functo Episcopo Caturcensi tutela dictæ Destissac decreta est Arresto Tholos. 27. Iunij 1576. ex tempore, in audiencia. Idem in curatela ut vitri-co decerni possit, si optimæ & spectatae fidei sit.

## I A C. F E R R E R I V S.

**V**ide Robertum lib. 1. re-  
rum indic. cap. 8. & in fi-  
ne Arrestorum de reglement,  
quest. 2. & 3.

## Q VÆ ST. LXVI.

*De consuetudine qua Clerici  
pro sepultura, pro benedi-  
ctionibus nubentium, vel  
Ecclesiæ Sacramentis, pe-*

*cuniam exigunt, an efficax  
sit.*

## S U M M Æ R E R V M.

1. *Nonnullis approbari banc con-suetudinem.*
2. *Improbari Auctori, nisi quod sponte quid Clericis lar-giendum putet.*
3. *Intellectus c. ad Apostolicam.  
de simonia.*

**H**AEC consuetudi-nem tæquam & fa-uorabilē Interpretes existimant, si ta-men ex deuotione fidelium, non coacta solutione inducta fuerit, neque fiat exactio antè, vel sepulturæ tempore glossa, Panor. & alij in cap. ad Aposto-licam. de simo de Turre-Cre-mata in cap. dictum 1. quest. 1. Decius confil. 215. Ancharan. conf. 344. Faber in §. pauonū. de rerum diuis. Primo ex d. cap. ad Apostolicam. Secundò quod Abraham duplicem speluncam pro sepultura eme rit, Ge-nes. 33.

Hæc tamē opinio apud me suspecta est, quippe qui existi-mem consuetudinem non esse iustum, qua Clerici pro Cruce ferenda, vel loco sepulturæ, vel communione sancta præ-benda

benda aliquid antè , vel pòst exigunt, et si pium & iustum credam, sponte aliquid Clericis largiendum esse. Petr. Gregor. lib. 7. epist. 4. & epist. 55. cap. quest. est. 13. q. 2. Vide in Concilio Triburensi c. dictum 1. quest. 1. c. non satis. de simonia. vbi hæc consuetudo damnatur. Vide sextam Synodum in Trullo, & ibi Balsam. vide c. cum in Ecclesia. de simonia.

Accedit quòd antiquitus lectoriorum seu Decanorū certus esset & præfinitus numerus , qui curam funerum habebant, & vt gratuite essent sepulturae præstabant. Nou. 43. l. non plures. C. de sacrof. Alciat. lib. 1. parerg. cap. 50 Quod etiam ratione probatur. nam aut exactione præcedenti inducta fuit hæc consuetudo , aut ex liberalitate & deuotione fidelium. Planè si exactione præcedenti, iusta non est. Panorm. ibid. Corn. conf. 2 16. vol. 4. Aut verò populus pro largitione soluere aliquid consuevit, & eo casu consuetudo induci non potuit ex solutione. Nam ex largitate annua , & ex his quæ meræ sunt facultates, consuetudo non inducitur. Cyn. & alij in l. 2. C. que sit longa consuet. immo & Panorm. in cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. Bart. in l. cum de in re verso.

de usuc. & ad l. si certis annis. C. de pact. Hyppolit. sing. 194. cap. peruenit. de censibus.

Nec obstat quòd in fauore Ecclesiæ & piæ causæ, exactiōnibus , vt dicunt, puræ facultatis inducatur consuetudo. Panorm. & Felinus in cap. suam nobis. de simonia. argum. cap. ex parte. de censib. hæc enim communis traditio nullo modo probatur. Nam in cap. ea parte, votum processit, quod impletum est , & efficax est ad agendum ; secus verò vbi sola præstatio est ex benefica voluntate. Castrens confil. 363. Bellamera confil. 31. hunc locum diligenter tractant.

Nec etiam obstat + cap. ad 3. Apostolicam. de simonia. intelligi enim debet de his, qui asserunt & tuētur, nihil esse sponte dandum pro sepultura , qui procouldubio hæretici iudicantur. nam ex eo tantum, quòd non soluerent , non cœsent hæretici. arg. c. p. dilecti, & ibi Innoc. de maior. & obed. & has consuetudines iniustas iudicavit Senatus Tholojan. & aliquid extorqueri , Arresto 27. Nouembris 1542. & Carolus IX ordin. Aurelianensi art. 35. quod tamen pòst sublatum ordinatione Blesensi artic. 5 i.

IAC. FERRERIVS.

**D**ixi in lib. iurid. in verb. consuetudine. Vide Papo-nem lib. 1. tit. 1. arrest. 3. & ibi annotata. & lib. 1. tit. 3. arrest. 6. Charūd. lib. 1. respōf. c. fi. De coxa ponenda in lecto sponsalitio, & aliis consuetudinibus, vide Chopin. *in consuet. And. lib. 1. tit. 1. cap. 31. num. 8.* An consuetudo induci possit ex longa & annua liberalitate, Doctores *in l. prīnilegia. C. de sacros.* Benedictus *in verb. matrem, num. 33.* Didac. variar. 1. cap. 17. & Mathesilan. sing. 192. Idem Didac. *in cap. officij, num. 1. in fin. de testam.* Gallus quest. 272. Chopin. *de sacra polit. lib. 3. cap. 3. num. 19.*

## Q V A E S T. L X V I I .

*De iure Albanagij, alibi natum, droict d'Aubayne.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Extraneos non posse testari in Gallia; etiam fauore pie causæ, num. 3. neccare pere ex testamento, num. 6. fallit num. 8*
2. *Albani cur, & unde dicti.*

4. *Explicatur lex 1. C. non licere habit. metrocom.*
5. *Metrocomia quid.*
7. *Peregrinantes à peregrinis differunt, & institui pos-sunt.*

**R**O H I B E N T V R † 1. testari in hoc regno extranei, quibus, si si-ne liberis in Gallia natis de-cendant, Rex succedit. Bened. in verbo, & uxorem, in 5. decif. num. 480. Chopin. *de sacr. polit. lib. 3. tit. 1. n. 25. & 26.* Pap, in Arrest. lib. 5. tit. 2. & lib. 1. tit. 8. arrest. 8. Connarus lib. 9. cap. 4. comment. *iuris ciu.* Boërius *in cons. Bitur.* & testam. §. fin. San-xon *in consuet. Turonens.* tit. des droicts de moyenne iustice. §. 5. Ferron. *in cons. Burd.* tit. de test. §. 10. Albini ergo, id est, † ex-tra regnum nati, testari non possunt, etiam † fauore piæ 3. causæ, lege Regni.

Benedict. hanc legem nit-putat constitutione Imperat. *in l. 1. C. non licere habitat. metro-com. lib. 11.* Quæ sanè lex † mi-nimè ad eā re pertinet. Nam in primis ea cōstitutio de con-tractu verba facit, non de te-stamento; imò testamenta ab ea constitutione excipiuntur, quod & Nouella 3. *de prala-tione Rom. senior.* quæ extat in lib. 1. *iuris Orient.* confirma-tur,

- tur, vbi testamento alienare possunt extranci, etiamsi non sint eiusdem vici, vel metrocomiae. Deinde ibi agitur de extraneis metrocomiæ, nō verò regni, vel ditionis, aut Imperij. Metrocomia t̄ verò maior pagus dicitur, qui est in fra urbis dignitate, sicut Metropolis dicitur ciuitas matrix. Bud. in l. obseruare. de officio proconsul. Ita etiam metrocomia pagus maior cæteris dicitur. Alciat. in tres libros poster. hos matrices pagos in Mediolanensi agro dicit vocari Capita plebis, apud nos Capita castelli. Itaque de extrancis metrocomiæ ad extrancos regni argumētum remotum est, quare ius istud à iure peregrinantis deducendum est, peregrini-  
ni enim nec testari, nec t̄ ex testamento capere poterant. l.  
1. C. de haredib. l. sed & si. §. solenne. de hared. inst. Inde deponatus dicitur redigi ad peregrinitatem. l. sed & si. §. liberos. de in ius vocand.  
7. Peregrini distant à t̄ peregrinantibus, qui institui possunt. §. vlt. de hered. Extat eadem constitutio apud Longobardos tit. de aduenis.  
8. Cæterū t̄ Tholosæ atque in tota Occitana prouincia extranei commorantes etsi quoad officia & beneficia abs-

que venia Principis incapaces sint, liberè tamen testari possunt, eisque proximiores ab intestato succedunt, singulari beneficio Regis Ludouici XI. & XI I. quorum in eam rem priuilegia, seu rescripta in acta Tholosani Senatus auditio cognitore regio regesta sunt 16. August. 1476. & 6. Julij 1484. Bened. in loco quo suprà Burdegalæ idem habent priuilegium. Boér. quest. 13.

## Q V Æ S T . L X V I I I .

*De sedibus Episcoporum, Archiepiscoporum, Primate, & Patriarcharum.*

## S V M M Æ R E R V M .

1. Patriarchas, Primates & Archiepiscopos inter se differre.
2. Patriarcharum numerus.
3. De Patriarcha Constantiopolitano fusè.
4. Quibusdam Episcoporum, vel Archiepiscoporum sedibus ius Patriarchatus tributum esse.
5. Byzantium Patriarchatus titulo decoratum à Constantino Magno.
6. Sedes Tholosana in Archiepiscopatum

- piscopatum erectora à Ioan-  
ne X X I I .
7. *Eerytus, urbs Phanices, Me-  
tropolis.*
8. *Archiepiscopus & Metro-  
politanus quid differ-  
rant.*
9. *Archiepiscopum Metropoli-  
tano preferendum.*
10. *Metropolitanus unde, &  
quis.*



**A V L V S ad Rom. cap.**  
12. & 1. ad Corinlh.  
12. Ut in corpore hu-  
mano diuersa membra ad va-  
rios usus corporis existunt, ita  
& in Ecclesia innumerabiles  
ferè personæ. c. singula. 89. dist.  
Rursus quemadmodum in  
cælesti Hierarchia diuersi sunt  
ordines Angelorum, & cælc-  
stium spirituum, sunt enim  
Principatus, Archangeli, &  
Angeli, ut notat D. Diony-  
sius de cælesti Hierarchia. ita in  
Ecclesia militari sùt Episcopi,  
Archiepiscopi, Primates, Pa-  
triarchæ & Pontifex Max. c.  
ad hoc. dist. 89. Porrò Apostoli  
initio nascentis Ecclesie in illis  
ciuitatibus, in quibus apud  
Ethnicos primi Flamines, &  
primi legis Doctores erant,  
Episcoporum primates, ut Pa-  
triarchas colloquebant; ubi erat  
Archiflamines, Archiepisco-  
pos ordinariunt, in reliquis ci-

## D V R A N T I

uitatibus Episcopos. D. Cle-  
mens epist. 2.. cap. prouincia 90.  
dist. Vide VVolfgangum La-  
zium lib. 2. c. 2.

Magdeburgenses tamen,  
Molinæus & alij hæretici hanc  
Clementis & Anacleti episto-  
lam reiiciunt, tū quod in mo-  
numetis Romanorum de pri-  
mis Flaminibus & Archifla-  
minibus mentio nulla extet:  
tum quod Flamines & Archi-  
flamines nullam iurisdictio-  
nen haberent; hi enim rei di-  
uinae iugiter addicti singulo-  
rum deorum sacra curabant, à  
quibus, authore Varron. lib. 4.  
de lingua Latina, nomina habe-  
bant, ut Flamen Dialis Ioui  
dicatus. Quibus ita occurrit  
Turrianus lib. 3. & 5: pro cano-  
rib. Apostol. ut Flamines in ea  
Clementis epistola significant  
non eos qui singulis diis addic-  
ti erant, quorum sacra assi-  
duè operabantur, sed transla-  
tè eos qui præerant ciuitati-  
bus primariis, quæ erant capi-  
ta prouinciarum, quos Cle-  
mens vocat Protoflamines, vel  
eos qui præerant ciuitati-  
bus Metropolitanis, quos vo-  
cat Archiflamines. Transla-  
tionis autem ratione pluribus  
verbis edifferit. At probabi-  
lius est Clementis sèculo in  
plerisque prouinciis Flami-  
nes, Archiflamines & Pro-  
famines

flamines extitisse, quod non solùm ex Fenestella lib. i. c. 5. constat, verùm etiam ex Marimo Polono in *Eleutherio*, ibi enim Polonus Lucij Britanorū Regis meminit, ad quē ut populum Britanniae in fide erudiret, Eleutherius religiosos viros miserat. Et postea ait: *Erant tum in Britannia Viginti Pontifices idolorū, quos Flamines vocabant; inter eos verò tres Archiflamines, ubi faciunt Flamines Episcopi, ubi Archiflamines Archiepiscopi constituti sunt.* quod & Platina scriptum reliquit in *Eleutherio primo*. Accedit quòd Festus minorum maiorumque Flaminū mentionem facit, neque parē fuisse omnium Flaminū potestatem & dignitatem, authet sit. Horum etiam Flaminū, Archiflaminū, & Protoflaminū meminuit Leo IX. Pōtifex doctrinā & pietate insignis, epist. 3. ad Petrum & Ioannem Africanos Episcop. his verbis: *nunc quia, &c.* vide tomum 3. Concilior. fol. 59r.

Ex quibus apparet multum interesse † inter Patriarchas & Primates ac Archiepiscopos, quod Isidorus probat in 2. c. Cleros 21. dist. Quatuor † enim erant Patriarchæ. c. antiqua. de privilegiis. c. 6. & 7. Nicen. Syn. c. illud. can. sanè. can.

quoniam. 55. dist. Quinimo Nicol. I. ad Consulta Bulg. cap. 92. tres tantum Patriarchas numerat. tu omnia vide. Tādem alij quidam Patriarchatus honore donati sunt, Grandensis, Aquileiensis, Bituricensis & Pisanus, qui magis propriè appellantur Primates. Aluatus in cap. 1. Episcopum vel Abbatem, in feud. Archidiac. in can. 1. & 2. 90. dist. Plura de Patriarchis & Primatis Antoninus in summa 3. parte, tit. 20. c. 4. Duranti deratione diuin. off. lib. 2. cap. 1. Chaffaneus in Catalog. gloriæ mundi 4. parte. Rebniss. in §. si quis verò cuiuscumque status, in verbo, Patriarchalis.

Cæterū hoc loco notandum est quòd † Patriarcha 3. Constantinopolitanus, qui initio postremus erat, secundum locum à Vigilio, ac deinde à Iustiniano Nov. 131. assecuratus est. c. Constantinus. dist. 96. Leo IX. 3. tom. Conciliorum, epist. ad Michaëlē Patriarch. Constantinop. d. cap. antiqua. de privilegiis. Eugenius IV. in Concil. Flor. Sanè apud Nicephorum lib. 15. c. 7. p. assim, Constantinopolitanus, et si Patriarcha sit, Archiepiscopus solū nominatur, quod, ne quis admiretur, obseruandum est, quibusdam † Episcoporum, vel Ar-

chiepiscoporum sedibus ius Patriarchatus tributum fuisse: ut Episcopatui Alexandriano, necnon Hierosolymitano. cap. 6. Nicen. Syr. vbi Balsam. c. quoniam mos. 65. dist. Quare qui Patriarcha uno in loco dicitur, alibi Archiepiscopus vocatur.

- Verum serupulus adhuc residere videtur, nam Bystantium Episcopatus erat, dum 5. cum ad† Patriarchatum Constantinus extulit, ut aperte Zonaras scribit. qui sanè scrupulus eximi potest facile, nam Bystantium diu Episcopatus Heracleæ Metropolis transit: at postea ea sedes in metropolim, vel Archiepiscopatum erecta est, adeò ut nec ab Heracleæ Metropolitanu sicut antea ordinaretur.
6. Sic sedes † Tholosana, quæ Episcopalis erat, in Archiepiscopalem, vel Metropolitanam erecta fuit à Ioanne XXII. Extravag. Saluator. de prebend.
7. Hinc † Beryto, quæ ciuitas Phœnicie fuit, cuius meminit Niceph. lib. 14. cap. 52. Metropoleos nomen & dignitas iure Tyri tribuitur. l. 1. C. de Metrop. Beryto.

- Auero aliquid intersit 8. inter † Archiepiscopum & Metropolitanum, non omnes conueniunt. Quidam mul-

## D V R A N T I

tum interesse putant, vt Isidorus in d. can. Cleros. 21. distinet. Ideoque Archid. in c. presenti. de off. ord. in 6. Archiepiscopū maiore facit Metropolitanu, quem Bart. & Lucas de Penna sequuntur in d. l. l. C. de metrop. Ber. Dayma in concord. tit. de concord. approbat, in verbo, Metropolitanu. Alij vero nullo modo distare existimant. gl. in Extrav. vnic. de censib. in verbo, Archiepiscopi. cap. 1. de offic. legati. cap. ut litigantes. de off. ord. lib. 6. c. hac quippe. 3. quest. 6. §. fin. Nou. de monach. Rebuff. in concord. tit. de const. in verbo, Metropolitanos. Hanc controvseriam dirimit Leo IX. Pontifex ad Petrum & Ioannem Episcopos Africanos tomo 3. Concil. quam suprà citauit. his verbis: Itaque quia de Archiepiscopis & Metropolitanis sententiam nostram requiris, venerabilium Antecessorum nostrorum dicta demonstrat, &c. Postea addit: vbi vero metropolis erat, id est, mater ciuitatis metropolitanæ, erant qui de tribus, aut quatuor ciuitatibus intra aliquam prouinciam maiori & matri alias praesidebant: isti aliquando Metropolitanu tantum nominantur, aliquando Archiepiscopi, si in ipsa prouincia Maiores non fuerint aliqui, &c. Inde apparet † 9. maiorem esse dignitatem Archiepi

chiepiscopi, quām Metropolitani. quod & Iustinianus a perte indicat in quadam constitutione, quæ exarata est Nouella Iuliani de priuilegio Archiepiscopi primæ Iustinianæ. ibi, *non solum Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat.*

Sed & notandum est ex illo loco Leonis decipi Isidorum, qui *in d.c. cleros, Metropolitanum à mensura ciuitatū appellat: nam Metropolis non à mensura ciuitatum, sed quia est præcipua regionis ciuitas, & mater & caput prouinciæ, dicitur; unde + Metropolitanus qui præsidet illi ciuitati, quæ cæteris ciuitatibus in prouincia constitutis quodammodo caput & mater sit; alioquin primam breuem, si à mensura diceretur, haberet, quæ tamen est longa; quod obseruant Budæus in l. obseruare. de offic. proconf. & Alciat. lib. 2. dispunct. cap. 2 3.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**A** Archiepiscopi habent duos gradus iurisdictionis Episcopalis, Primas vero tres. v. g. Archiepiscopus & Primas Lugdunensis habet Lugduni tres sedes, vel gra-

dus iurisdictionis, videlicet sedem diœcesanā in quantum est Episcopus in propria diœcesi, sedem Archiepiscopalem in sua prouinciâ, sive super Episcopos sux prouinciarum, & sedem primitalem super suos Archiepiscopos. Molinæus ad edictum de paruis datis, art. 2.

## Q V A E S T I O

## L X I X.

## De OEconomis.

## S V M M A R E R V M.

1. *OEconomus quis.*
2. *Ex Clero constitui debet.*
3. *Cap in singulis. 77. dist. dilinatur.*
4. *OEconomus quando prefici debeat.*
5. *Inuentarium rerum Episcopi conficiendum ab economo, mortuo Episcopo.*
6. *Mos bodiernus quæ economum; & num. 7.*

 **V**is sit oeconomus, + <sup>I.</sup> explicat Leo *ad l. iubemus. C. de sacro sanet. Syndic. Tholos. 6. 47.* Idem Leo *in l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. oeconomum defensorem Ecclesiæ appellat; Episcopis enim quo liberiùs precatio-*   
Z 2 *nibus*

- nibus & sacris concionibus assidui essent, solicitude rei familiaris à sacris canonibus vetita est. c. *Episcopis* 88. *dist.* Diaconis verò alendorum pauperum ac Clericorum, earumque rerum quæ Ecclesiæ offerebantur, possessionum etiam ipsius Ecclesiæ, cura tributa fuit. c. *precipimus*. 12. *quest.* 1. c. *in sancta*. 92. *dist.* Verum Ecclesia tot possessionibus atque redditibus aucta, ne prædiorum ac possessionum procuratio à sacro & spirituali munere Diaconos revocaret, sacerdos Patres hoc onus ad ceconomos transtulerunt, quos in omni Ecclesia matrice ac Monasterio statui iusserunt. Chalcedo. Syn. *cap. 26.* c. *quia in quibusdam*. 89. *dist.* c. *quoniam*. 16. *quest. 7.* Quòd si Episcopus neglexerit in sua diccepsi ceconomum constituere, licebit Metropolitano id facere. c. *cum scimus* 9. *quest. 3.* Synod. Sept. 2. *cap. 11.* O Economistus † autem laicus esse non debet, sed ex Clero. Synod. Thol. IV. *cap. 48.* can. *in nona*. 16. *quest. 7.* can. *indictum*. 89. *dist.* Speculator tit. de *economio*. §. 1.
- Neque obstat textus *in cap. in singulis*. 77. *dist.* ibi, defensorum etiā Ecclesiæ qui ex laicis sit.
3. Ibi enim defensoris † appellatione non *economus*, sed

Aduocatus & Castaldus continentur. c. *Saluator*. 1. *quest. 3.* Decius *in cap. discernimus*. de *indic.* Neque † solùm Episcopo superstitè præficiendus est *economus*, verum & vacante sede: viduæ enim Ecclesiæ redditus apud Ecclesiæ *economos* salui conseruari debent. Syn. Chalced. *cap. 2* §. 6. *quoniam quidam*. 75. *dist.* fieri que debet ab *economō* † *s.* mortuo Episcopo inuentarium rerum Episcopi. *cap. illud* 12. *quest. 2.*

Hodie † Episcopi nullos 6. habent *economos*, & ipsi profana hæc curant. *Nunc*, prob dolor: ait D. Chrysost. homil. 86. *in Mattheum*, Dei sacerdotes vindemie, mesfi, frumentum venditioni afflunt, qui figuræ & umbræ culum habebant, corporalisque administratio erat interdicta. Nos qui ad cœlorum penetralia vocamur, & Sancta Sanctorum ingredimur, mercatorum & cauponum curam suscipimus.

Hodie † in Francia male 7. & indignè mortuo Episcopo *economus* ex ferè plebeis elegitur, donec nominauerit Rex successorem, & Summus Pontifex confirmarit.

## Q V A E S T . L X X .

*De transmissoribus in liberos  
fideicommissi conditiona-  
lis.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Fideicommissum conditiona-  
le transmitti posse per li-  
beros in descendentes.*  
*Ampliatur ut num. 2.*
3. *Constitutionis Theodosij in l.  
vn. C. de his qui ante a-  
pert. tab. intellectus ; &  
num. 8.*
4. *Occurrit Accursius.*
5. *Beneficium l. vn. C. de caduc.  
& num. 9.*
6. *Quid lege Papia obserua-  
tum ; & num. 7.*

**I**DEICOMMISSVM  
† conditionale à pa-  
rente relictum, ad li-  
beros grauati, etiam ante con-  
ditionis eventum, transmitri  
existimo, idque expressim cō-  
stitutum est à Theodosio in l.  
vnica. C. de his qui ante apert.  
quod & Socinus ad l. heredes  
mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.  
animaduertit. Singulari enim  
privilegio à Theodosio sanc-  
tum est hæreditatem non adi-  
tam transmitti per liberos in

descendentes, idque † in le-  
gatis & fideicommissis obti-  
nere, dicit Theodosius, quod  
de legatis & fideicommissis  
conditionalibus intelligen-  
dum est.

Cæterū si dictam legem  
vnicam C. de his qui ante, inter-  
pretetur de legatis puris,  
inutile erit tale beneficium,  
ea enim regulariter transmis-  
tuntur. Intelligenda ergo est †  
constitutio Theodosij fauore  
liberorum, in legatis quæ per  
extraneos non transmittun-  
tur, qualia sunt conditiona-  
lia. Huic tamen interpretatio-  
ni occurrisse videtur. Accur-  
sus, quasi etiam in legatis pu-  
ris esset tam speciale, vt ante  
aditam hæreditatem filij trans-  
mitterent, cùm nondum esset  
edita Iustiniani constitutio. in  
l. unica. C. de caduc. per quam †

legati puri dies cedit à morte  
testatoris ante hæreditatem  
aditam, ita vt transmittatur.  
Ante quam constitutionem  
non transmittebantur, hære-  
ditate nondum aditâ, nisi à li-  
beris, ex constitutione Theo-  
dosij.

Subtilius tamen experien-  
do verissima est Socin. cōfi-  
deratio. Nam ante Iustinia-  
num & Theodosium ex lege  
Papia, cùm de liberiis ageba-  
tur, usque † ad tertium gra-  
dum

dum cedebat dies fideicommissi ante apertas tabulas à tempore mortis. *d.l.vnica. §.i. C.de cad. Vlpian.tit.18.ibi, Item liberis & parentibus testatores usque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit.* Itaque si Theodosij constitutio de puris legatis & fideicommissis intelligeretur, nihil adderet noui in fauorem filiorum, ita ut de legatis & fideicommissis conditionalibus intelligenda sit.

- Quæ omnia ut facilius assequamur. obiter obseruandum est, lege † *Papia*, nimium lucri & quæstus studiosa, statutum fuisse ut ante apertas tabulas hæreditatem adire non liceret, nec dies legatorum ante aditam hæreditatem cederet. Ea tamen lege excipiebantur liberi hæredis scripti, quibus hæreditatem etiam clausis tabulis adire licebat, & fideicommissorum & legatorum eis relictorum dies à morte testatoris cedebat. Superuenit postea lex Theodosij, qua sanctum est, † ut liberi à parentibus instituti in liberos & parétes hæreditatē transmittant, legata quoque, & fideicomissa, conditionalia scilicet, & quorum dies non cedebat à morte testatoris. Edita postremo lex est
- 7.

*vnica. C.de caduc. à Iustiniano, † qua constitutum est 9. diem legatorum, vel fideicommissorum cedere à morte testatoris, & eorum fieri transmissionem ante apertas tabulas, etiam in fauorem extrancorum.*

---

### Q V Æ S T. L X X I.

*Vtrum aliquis possit ducere relictam à fratre vxoris sue, vel, ut vulgo dicitur, an relictus sororis ducere possit relictam fratris.*

### S V M M Æ R E R. V M:

1. *Id esse licitum, veriori opinione.*
2. *Intellectus c. Martinus. de cogn. spirit..*
3. *Abrogati canones, contra dicimus. 35. quest. 3. & de propinquis. 35. quest. 2.*

**I**D E T V R non licere. *V*nus nam in primo affinitatis genere vetitum est hodie matrimonium. *c. non debet. de consang.* At maritus sororis est fratri in primo genere. Ergo & vxori ipsius fratri. *argum. maritus. de cogn. spirit.*

rit. Secundò est textus *in can.*  
*contradicimus.* 35. quæst. 3. ibi,  
*Ex Iulio Pontifice relictam con-*  
*sanguineorum uxoris sue, &c.*  
Eodem pertinet c. de propin-  
quis. 35. quæst. 2.

1. At contraria † opinio ve-  
nior' est: nam in secundo ge-  
nere affinitatis coniugia per-  
missa sūnt. d. c. non debet. Cæte-  
rùm relíctus sororis non est  
viduæ fratri in primo gene-  
re affinitatis, sed in secundo:  
persona enim alteri adhibita  
per copulam genus mutat.  
Ioan. And. *in gloss. arbor. affin.*  
Bernardus *in d. c. non debet.*  
Hanc sententiam probat Ioan-  
nes Andr. *in d. arb. affin.* Præ-  
positus etiam in arbore affini-  
tatis id vñu receptum fuisse  
tradit, cōque nomine domi-  
num de Lonate viduam Andreæ de Becaria fratri. vxo-  
ris sue viduam duxisse, testa-  
tur; eāmque sententiam se-  
quitur Didac. *de sponsal. 2. par-*  
*te. cap. 6.* Antoninus *in 3. parte*  
*summa. tit. 1. cap. 10.* Bonauen-  
tura & Petrus de Palude *4.*  
*sentent. dist. 41. quæst. 2.*

2. Nec obstat † cap. Martinus.  
*de cogn. spir.* vbi enim, ait Præ-  
positus, agitur de actu om-  
niō spirituali, matitus &  
vxor una caro habentur. Præ-  
terea vxor fratri non efficitur  
affinis sororis ex eadem causa,

ex qua frater afficitur affinis  
per copulam viri sororis cum  
sorore, sed vxor fratri per co-  
pulam mutat genus attinen-  
tiæ, vt ait Andr.

Nec obstant † *d. can. contra 3-*  
*dicimus, &c de propinquis*, suprà  
citati; illæ enim constitutio-  
nes abrogatæ sunt ex Concil-  
io Lateranensi *in d. c. non de-*  
*bet.* Bonauenitura *in 4. sen-*  
*tentia. dist. 41. ante primam quæstio-*  
*nem.*

## Q V Æ S T. L X X I I .

*Vtrum pupillaris substitutio*  
*expressa excludat matrem*  
*à legitima.*

## S V M M Æ R E R V M .

1. *Matrem non excludi à legitimi-*  
*ma. vide contrà num. 2.*  
*amplia ut num. 3.*
4. *Autoris pro matre opinio.*
5. *Exclusa mater à legitima Ar-*  
*resto Tholofano.*
6. *Matri egestate laboranti suc-*  
*currendum esse, & substi-*  
*tutum ad id cogendum.*

**L**ERIQUE † putant 1.  
matrem nō excludi à  
legitima. Primo, quia  
quod quis non potest facere  
per

per se , non potest per alium.  
*L*nec per se. *C*.*de hered.* *instit.* filius autem nō potest matrem priuare legitimā. Ergo, &c. Se-cundò lex indulget patri singuliari beneficio substituere pupillariter , quia non licet pro alio testari, cùm testamenta non pendeant ex alieno arbitrio. Itaque cùm id sit contra ius , sequitur substitutionem pupillarem merum esse priuilegium. At priuilegia in alterius perniciem protrahenda non sunt. *I*.*impuberi*.*de admittut.* *I*. cùm *filius fam.*-*de testam.* *milit.* Ideoque in priuilegiis & dispensationibus fieri debet stricta interpretatio , vt non lēdatur ius tertij. *I*.*mulieri* & *Titio* , & *ibi Castr.* *de cond.* & *demonstr.* Tertiò non debet quis ex alterius facto exhæredari. *I*.*paterfamilias* *testam.* *ff*. *de hered.* *inst.* Quartò statuto quo mater excluditur à successione filij , non arcetur à legitima. Salicetus plenè *in auth.* *Nouissima*. *C*. *de inoffic.* *testam.* Cùm ergo mater arcetur à legitima statuto , multo minus per pupillarem substitutionem quæ moribus introducta est. *I*.*moribus*.*de vulg.* Quintò per generalēm dispositionem non sit præiudicium legitimæ. *I*.*si quando*. *§.genera-*  
*liter.* *C*. *de inoffic.* Ergo pupilla-

ris expressa de omnibus bonis pupilli non officit legitimæ. Sextò adoptione filius non amitterit iura naturalia. *I*. cùm in *adoptiis*. *C*. *de adopt.* §. 1. *de adopt.* Septimò mater non arcetur à iustuosa filij successione. *I*.*fin.* *C*. *de inst.* §. 1. *ad Tertull.* Quo argumento Plinius *in Panegyr.* *ad Traian.* successionem filij patētis lachrymas appellat. ibi, *Egregie Imperator quod parentum lacrymavectigales non pateris*, &c. Octauò pugnat *I*. *humanitatis*. *C*. *de impub.* vbi exemplari substitutione ad exemplum pupillaris introducta fratres furiosi à successione minimè excluduntur. Ergo nec mater exemplari excluditur, cui magis facietur quam fratribus, ei enim lex tribuit querelam, non fratribus. Iustin. *Nou.* 162. Cùm ergo mater per exemplarem ex Iustin. constitut. non excludatur, idem erit in pupillari substitutione. quo argumento Butrigarius , Jacobus de Aret. Petrus de Bellapértica *in I*.*precibus*, & *in I*.*humanitatis*. Ioann. Andr. *in cap.* *si pater*. *de testam.* Faber *in d.* *I*.*humanitatis*, scripserunt, §. sed nec *impuberis* , *I*.*Papinianus*, & *I*.*precibus*, corrigi per Iustin. legem humanitatis. iunge cap. *fin.* 17. quest. 4. & *I*.*nam* &

*ff. parentib. de inoffic.* Accedit quòd etsi iure Ciuitati matri non deberetur legitima, iure tamen poli & in foro consciētiae deberetur. Archidiac. in d. cap. si pater, & d. can. fin. 17. quest. 4. Alex. confil. 45. vol. 1. Decius in d.l. precibus.

2. Ex aduerso t̄ vrget l. *Papinius*. § sed nec impuberis. de inoffic. Quidam tamen huic §. respondent, ut etsi in eo §. matris querela denegetur, possit tamen mater legitimam petere condicione ex l. omnimodo. G. de inoff. vel ex Auth. presbyteris. C. de Episcop. Verum ea cōsideratio prorsus inepta est, iure enim ff. condicione ex l. omnimodo, & ex Auth. presbyters, incognita erat: immo cui querela negabatur, legitima non competebat. Alij aliter respondent huic §: ut etsi mater eo loco inofficium testamentum dicere nequeat, iniustum tamen dicere possit. quod absurdum est: nam qua ratione mater nō potest inofficium dicere, nec etiam iniustum, quia paternum est testamentum. Secundò contra matrem facit text. in l. *Lucius*. de vulg. Tertiò contra matrē facit Bonifacij constitutio in d. cap. si pater. de testam. lib. 6. ex qua pater iure fori & poli matrem excludit à legitima,

cùm constitutio Pontificis id probet.

Nec obstat † in primus 4. quòd non possit per alium exequi quod quis non potest per se facere, illud enim perpetuò verum non est. l. *Ariosto*. que res pign. præterea filius impubes non potest per se testari, potest tamen pater pro eo testari. Minus obstat quòd substitutio pupillaris priuilegiū continet: nam substitutio pupillatis longè ante successionem matrum instituta fuerat, moribus enim introducta dicitur Romanorum, scilicet ante legem XII. Tabularum: matres autem à successione lex XII. Tabul. repellet. Primus erat Claudius, §. 1. ad *Tertull.* Quare cùm pupillaris substitutio successionem matrum præcesserit, argumentū illud evanescit. Porro quod de statuto dictum est, ingens est controuersia an de statuto mater à legitima excludatur: crebrior enim opinio est matrem excludi. Bart. & Castrensi. in l. *Titio centum*. §. *Titio genero. de cond. & demonstr.* Arch. in l. si testamento. C. de impub. Corn. conf. 1. vol. 4. Secundò cū expressa est substitutio, mater non generalibus, sed expressis verbis arcetur à legitima, quia ea est natura

substitutionis directæ. Accedit quod diuersa est ratio statuti & pupillatis substitutionis, quia pupillaris substitutionis fauorabilis est pupillo, ideoque & legitimam pupilli continet. *l. ex tribus. C. de inoffic.* Secus verò in statuto quod odiosum est, nec verbis generalibus legitimam comprehendit: lex verò humanitatis locum habet in exemplari, quæ in multis diffat à pupillari. Nam à matre fieri potest non pupillaris. Item differt quod exemplaris fieri non potest nisi in gratiam filiorum, vel fratrum. *d. l. humanitatis.* pupillaris verò fieri potest in gratiam etiam extraneorum. *d. l. moribus.* Perplexa est quæstio, ut constat ex Lancellot. Polit.

4. Ego † in hac quæstione existimo substitutum si sit extraneus non excludere matrem à legitima. Nam et si veteri iure mater excluderetur. *d. §. sed nec impuberis.* hoc ideo, quia pater matri præferebatur, nec ad eū firma & fixa erat matris successio in bonis filiorum. At iure novo mater patri æquatur, item legitima parentum auctor est, & eorum iure debetur, quo liberis.

Præterea exclusio matris pendet ab ea iuris subtilitate

quoad expellendam matrem pattis testamentum esse censetur; ad excludendum vero fratrem filij testamentum esse dicitur; quæ juris subtilitas probanda non est ad exclusiōnem legitimæ, quam lex nouat priuilegiis induxit: at vbi filius testatoris esset substitutus, vel pia causa, aliud iudicarem. *d. cap. si pater.*

Tamen in gratiam extranei substituti matrem † excludam fuisse à legitima per expressam pupillatem, appareat Arresto Tholosanō 19. Decembr. 1544 Paulete matre & At substituto litigantibus. Sanè † vbi mater egestate laboraret, ei succurritur beneficio. *Auth. præterea. C. unde vir.* ac substitutus cogendus est alimenta præstare. *l. si quis à liberis ff. de lib exhib.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**C**Orrasius ad *l. precibus. C. de impub. numer. 19.* Decius consil. 210. in fine, & ibi Molinæus existimauit matrem in conscientia debere legitimam habere, etiamsi pupillaris sit expressa. Idem Molin. ad *conf. 227. Decij*, in lit. *C.* & Decius *ibid.* Molin. ad *d. l. precibus. C. de impub.* Vide Didac. ad *c. cum effes. num. 11. de testam.* & *Gomesium*

mesium de pupillari substit. n. 7.  
Grassum in verb. *sustitutio*,  
quest. 30. Emanuel. de Costa  
ad cap. si pater. de testam. lib. 6.  
in 2. parte, in verb. *superstite*  
matre. & in 3. part. in verb.  
potest. Vide Menoch. lib. 4.  
*præsumpt.* 38.

Senatus consulo Parlamenti Burdegalæ an. 1568. legitima matri fuit adiudicata contra expressam pupillarem. Nec obstat §. sed nec impuberis, legis dictæ *Papinianus*, ubi mater excluditur à querela. Sed non ideo consequens est eam priuari legitimā, quandoquidem. alius extat modus longè mitior petendæ legitimæ, puta Condictio ex lege, teste Accurso ad Auth. presbyteros. C. de Episc. Duobus ergo modis peti potest legitima, priore per viam querelæ, à qua mater arcetur, quod sit remedium odiosum. Posteriore per viam Condictio ex lege, qua mater præterita testamento filij legitimam petit contra pupillariter substitutum. Unde apparet consequentiam non esse bonam: Cessat querela; ergo petitio legitimæ. Nam in testamento militis cessat querela l. fin. C. de inoffic. l. fin. C. qui testam. fac. & tamen legitima debetur præteritis. d. Auth. presbyteros. Nec obstat

cap. si pater. de testam. lib. 6. In primis quia id dixit Roman. Pontifex ex communi errore intellectus illius §. sed nec impuberis. Secundò quod in eo cap. dicitur, intelligitur matrem priuari legitimā per viam querelæ, ut ibi dicitur, non autem per Condictio ex lege. Denique non obstat l. precibus. C. de impub. ubi mater quidem priuatur vniuersali successione filij impuberis per substitutionē pupillarem sub compendiosa comprehensam: sed non dicit Imperator ibi quod mater legitimā priuetur. Facit pro hac opinione noua Iustiniani constitutio, per quam nec liberi, nec milites possunt parentes exhaeredare, itnd̄ legitimam eis relinquere tenentur. Vide Anselm. de triente & semisse. Cuiac. ad d. §. sed nec impuberis, & alios. habes Artestum in meis collectionibus.

## QVÆST. LXXIII.

*De consuetudine qua augetur,  
vel minuitur decima.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Decimam augeri, non verò minui posse. limita ut numer. 2.*
3. *Et augeri, & minui posse, pro loci consuetudine.*
4. *De præscriptione decimæ.*

**V**Æ R I solet an consuetudine augeri, vel minui possit decima? In plerisque enim locis ex antiqua cōsuetudine duodecima duntaxat pars decimæ nomine præstatur; in aliis verò octaua. Et est receptum 1. consuetudine decimam t̄ augeri posse, minui verò minimè. Ideoque consuetudinem qua duodecima, vel minor pars præstari solet, inutilem 2. esse, nisi t̄ à Summo Pontifice approbata fuerit. *gloss. in cap. in quibusdam. §. fin. de decim.* Andr. *in cap. 2. eod. tit. in 6. c. quicunque, in primo. 16. quest. 7.* Secundò facit pro hac sententia *d. cap. in quibusdam.* ibi, cum ea integritate persoluant. Tertiò solutio decimiarum est iuris diuini, & naturalis. Vide de Abrahamo *Genes. 14.* & de Jacob *codem 28. Plin. lib. 22. c. 14.* Bud. *in l. si quis. de pollicit.* Exodi *c. 22.* Leuitici *cap. ult.* & Deuter. *cap. 12.* Rebuff. *de*

*decimis. quest. 1.* Consuetudo verò quæ iuri diuino vel naturali aduersatur, nullius est momenti. *cap. quo iure, cum seq. 8. distinct. cap. 5. de consuet.* Hac sententiam probat Sotus *lib. 9. de iustitia. quest. 4. art. 1.*

At verius t̄ consuetudinem, qua augetur, vel minuitur decima, nō improbari. *d. cap. in quibusdam. §. fin.* Secundò ex *cap. commissum. eadem tit.* Tertiò ex *cap. cum fuit homines. & c. dilecti. eod.* Quartò etsi decimæ t̄ præstatio præscribi nequeat, quota rāmen decimæ præscribi potest. Ergo cōsuetudine augeri, vel minui Guido Pap. *quest. 2. 84.* Rebuff. *de decim. quest. 13.* Ea que opinio in hoc regno seruat, & edicto regio cōfirmatur, nam solutio decimæ est iuris naturalis & diuini; quota verò est humani, & positivi. D. Thomas *in 2. 2. quest. 87. art. 1.* Syluester *in summa, in verbo, decima. quest. 4.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**Q**UOD dicitur quotam decimæ præscribi posse à laicis, verum est modò uniformiter solutio facta sit in minori parte, nam si disformiter solutio facta sit, puta uno anno sexta pars, altero quin-

ta, altero septima, præscriptio ob solutiones difformiter factas non valet. Vide Marcum tom. i. quæst. 105. & la Conférence des Ordonnances sol. II. & 12.

## Q V Æ S T . L X X I V .

*Utrum fideiussor damnatus ab aliquo iudice, coram eodem debitorem persequi possit, etiam si debitor sit alterius fori.*

## S U M M Æ R E R V M .

1. *Quod sic. Contrarium verius, num. 2..*
3. *Lex venditor. ff. de iudic. & l. vendente. C. ubi causa fisi. diluuntur.*

**V**I D E T V R debitorem + à fideiussore conuenientum iurisdictiōnem eius iudicis qui fideiussorem damnauerit, declinare non posse. In primis per l. venditor. ff. de iudic. qua ratione traditum est Clericum qui de cunctione tenetur, non posse iudicis laici iurisdictionem declinare. Hanc sententiam iuuat textus in l. cum vendente. C. ubi causæ fiscales. ubi Castren-

sis id asseruit. Tertiò facit l. cum eorum. C. de sententiis & interloc. & ibi Castr.

Contrarium + tamen ve-<sup>2.</sup> rius est, debitorem, si velit, fori præscriptione iutari. Cùm enim personali actione agat fideiussor, ex vulgata iuris regula auctor forū reisequi debet. Postremò ait Baldus in d.l. cum eorum. C. de sententiis. nullo iure prohibetur reum ratione fideiussoris petentis indemnitatē præscriptione fori summoueri, ubi de fideiussore contractus agitur, licet; vt ipse ait Baldus, secus sit in fideiussore iudicij.

Nec obstat primò lex venditor, + neque enim ibi de debitore conuenientia à fideiussore agitur, sed de venditore qui cōuentus ab emptore, aduersus quem rei vindicatione agebatur, iudicium mutare non potest. Idque maxima ratione, nam iudicium cœptum fundatur, vt ita loquar, contra emptorem possidentem rem vendicandam, non contra venditorem qui non possidet. l. i. C. ubi in rem. Ideoque ait Jurisconsultus d.l. venditor, venditorem emptoris iudicem sequi solere. In specie vero nostra liberum erat creditori agere contra debitorem, eoque casu forum eius sequi

190 IO. S T E P H.  
tenebatur. Nec obstat *l. cùm védēte*. *C. vbi causa fisc. ibi enim id iure singulari in gratiam fisci constitutum est.* Vide aliam Accursij solutionem *ibidem*. Ad *l. cùm eorum*, respondentes, tu vide..

---

## Q V A E S T . L X X V .

*De pecunia destinata in emptionem prædiorum.*

S V M M A E R E R V M .

1. *Pecunia destinata in emptionem prædiorum, an mobile quid, vel immobile.* Distingue ut numer. 2. *cum seqq.*
2.  *E C V N I A* †destinata in emptionem prædiorum, vel prædij, an ceseatur quid mobile, vel immobile, certant Doctores. quorum opiniones numerando, censet Ferronius *in confus. Burd. tit. de dote. §. 6.* Boér. *dec. 209. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloss.* 7. Magister *in tractatu des Cries. cap. 1. Hotom. obs. 3. cap. 3. in noua edit.* esse quid immobile.
2. Mihi semper † placuit Socini distinctio *conf. 249. circa finem*, quod quoties pecunia in

D V R A N T I  
emptionem prædiorum para-  
ta & designata in aliud vsum  
conuersti potest, destinatione  
non mutatur re natura, ideo-  
que censetur quid mobile.  
Vbi verò is qui pecuniam de-  
stinauit mortuus est, vel pe-  
cunia ad eum peruenit, qui  
non potest ea aliter vti, quam  
in vsum destinatum, tūc cen-  
setur quid immobile, atque  
ideo ita possunt conciliari iu-  
ra quæ in hac quæstione pu-  
gnare videntur. Nam in *l. cate-  
ra. §. fin. de leg. i. ideo ea quæ in*  
aliā domū testator trāslatu-  
rus erat, potest legare, neque  
censeatur esse ædium, vel  
iuncta ædibus, quia et si desti-  
nasset ea iungere ædibus, mu-  
tare potuit, & in aliud vsum  
conuertere. At in *l. 3. §. vñras. ff. de contrar. act.* pecunia  
fuerat à parente pupilli desti-  
nata in comparationem præ-  
diorum, quam destinationem  
pupillus, aut eius tutor, mu-  
tare nō potest sine iudicis de-  
creto. Nec sibi soluere potest  
tutor, quamuis quantum ad  
mobilia sibi possit soluere. *l.*  
*quoties. §. sicut autem. de admin.*  
*tut.* Censetur ergo ea pecunia  
quid immobilis. Eodem perti-  
nent *l. à diuo Pio. §. fin. vbi Cú-*  
*man. ff. de re ind.* vbi pecunia  
in emptionem prædiorum de-  
stinata capi potest pro ex-  
quenda

quenda re iudicata citra permissionem prætoris, quia alienatio necessaria est, in qua decretum non est necessarium. l. 3. §. item quare potest de rebus eorum. l. i. C. de pred. Vbi vero ageretur de alienatione voluntaria, decretum necessarium esset. Habetur ergo ea pecunia pro re immobili, quia a parente fuerat destinata in emptionem prædiorum. Huic tamen sententiae aduersari videtur l. si chorus. §. his verbis, de leg. 3. vbi his verbis, *qua mobilia mea erant*, non continentur nummi in arca repositi, ut mutui darentur; multo minus nummi destinati ad emptionem prædiorum continentur, et si testator possit nummos illos ad alium usum conuertere. At facilis est solution. Non enim negat ibi iurisconsultus quin illi numimi appellatione mobilium continentur, quinimo id diserte testatur. Verum ait nummos illos non contineri appellatione mobilium quæ ibi, id est, in eo loco erant, quoniam ibi non erant ut ibidem remaneant, sicut nummi præsidij causa repositi, sed ut mutuò darentur, & in aliud locum transferrentur. Planè vbi præter destinationem intercessit auctus aliquis qui ad ipsam rem

gerendam pertineat, pecunia proculdubio inter immobilia numerari debet. Felinus in cap. cum adeò de rescriptis.

## Q V Æ S T. L X X VI.

*De annonis ciuilibus & redditibus an sint inter immobilia.*

## S V M M A E R E R V M.

1. *Annonarum ciuilium species; & num. 3. item & militarium, num. 2. vtrarumque num. 4.*
3. *Panes ciuiles quid.*
6. *Quid salaria.*
7. *Quid pastelli, & pastus.*
8. *Annonas ciuiles connumerari inter immobilia.*
9. *Alienari non posse ab Ecclesia.*
10. *Distinguendum inter redditus fundiarios, & volatiles.*
11. *Auctoris limitatio. Amplia ut num. 12. & 13.*
14. *Tempus longum vel modicum quo spatio definiri debeat.*

1. **A**NNONÆ t quædam erant administratiū, & publicas sollicitudines gerētū. l. vn. C. de ann. Annonæ prætoris mentionem facit Pedianus act. 1. in Verrem. & rursus act. 3. annona- rum quæstoris meminit, ad- dīque licuisse. magistratibus in vīsus suos frumentum acci- perè, aut pro frumento pre- tium, quod aestimatio diceba- tur, hinc adarare annonas legimus. l. annonas. C. de erogat. mil. species quoque adarare, hoc est, ære taxare. l. speciebus. C. de cohortal.

2. Erant & t. annonæ milita- res quæ & singulis diebus, vel certo tempore militibus ca- pitatim, vt ita loquar, erga- bantur. Militaris verò anno- næ plures species enūmerat VVolffgag. Lazius lib. 2. comm.

3. reip. Rom. c. 15. Erat postremò t ciuiles annonæ quæ pro sin- golorum ciuitum meritis uni- cuique de horreis publicis ex Imperatoris liberalitate tri- buebantur, de quibus in titu- lis de annonis lib. 11. §. 1. de fru- mentis urbis Constantinop. Tau-rellus de militiis ex casu. Hæ ad hæredes transmitti & in ex- traneos transferri poterant. Thodo. in l. 1. C. de ann. ciuib. l. hac dictali. §. his illud. C. de se- cund. nupt. Quemadmodum

& tessera frumentaria. l. sed et si suscepit. & ibi Bud. de iud. l. Ttia Seio. de leg. 2. Porrò f. an. 4. nonæ ciuilis quemadmodum & militaris diuersæ erant spe- cies; quæ in pane præstaban- tur, panes t ciuiles vocaban- tur. l. fi. §. præterea. C. de iure dot. §. sin autem creditor. §. eisdem pœnis. Nouell. de non alienando. Hanc verò ciuilem annonam Constantinus, teste Thodo- sio, instituit, cāmque Ecclesiis præstari, voluit. At eo. vith functo, Julianus Apostata fu- stult, & Ecclesiis eripuit. Io- uinianus Imperator restituere proposuerat, verū ob peniu- riā & famem non potuit exequi. Theodoret. lib. 4. cap. 4. Quod autem, Iouiniarus ob ciuis immaturam morte ex- equi non potuit, Marcianus & Valentinianus, vt constat ex l. priuilegia. C. de sacros. Vbi de salariis t loquuntur Impera- tores, quæ nihil aliud sunt, quām annonæ ciuiles, vt & in can. apostolicos, can. monemus, & can. seq. 12. quest. 1. Alibi Ca- nonistæ appellant t pastellos, 7. & pastus. c. si quis. 1. quest. 3.

Has ergo t ciuiles annonas 8. Imperator in l. Julianus. C. de sa- cros. inter immobilia conu- merat, l. fin. C. de iure dot. l. uni- ca. §. cum autem. C. de rei uxori. act. §. 1. & §. fin. de nō alienando.

Quare

aliqua temporis circumscripti-  
pione constituantur. *l. sufficit  
ff. de cond. & dem. Ruinus conf.  
82. vol. 2.*

*Amplius t reditus im- 13.  
mobiliū appellatione con-  
tinentur, etiam si super re im-  
mobiliū constituti non fuerint,  
sed dumtaxat personali obli-  
gatione. Tiraquell. vbi supr.  
gloss. 6. Quæ disputatio apud  
nos inutilis est, non enim re  
ditus isti volatiles à Senatu  
Tholosano permittuntur, nisi  
ille qui eos constituit speciali-  
ter terram obliget quo fruges  
vel vina ferat.*

*Quo autem t spatio tem- 14  
pus longum vel modicum  
circumscribi, vel definiri de-  
beat, in hac specie non omnes  
conueniunt: quidam longum  
tempus decem annis defini-  
niunt. gloss. & DD. in l. cùm  
de in rem verf. de usur. & in l. si  
filius fam. C. de petit. hæred. Za-  
rabell. in Clem. exini. Ego verò  
vbi de alienatione redditum  
Ecclesiæ agitur, modicum  
tempus triennio definiendum  
existimo. Extrinseq. de rebus Ec-  
clesiæ non. Itaque hi redditus an-  
nui, qui modicum tempus ex-  
cedunt, alienari non possunt.  
Anchar. & Imola in cap. nulli.  
de reb. Eccles. & in cap. 2. eodem,  
apud Bonifac.*

- Quare et si ab aliis alienari possint. *l. fin. C. de vend. rebus ciuit. d.l. hac editali. §. his illud.*  
 9. ab Ecclesia t tamen sicut & ceteræ res immobiles alienari non possunt. Eoque argumen-  
to Doctores in d.l. *Iulianus*, & in aliis locis, notant annuos redditus Ecclesiæ alienari non posse, & inter immobilia connumerari. *Quod*  
 10. proculdubio verum est in t redditibus fundiariis. At in re-  
ditu volatili, qui perpetuò redimi potest, nec iure feudi, vel emphyteuseos debetur, sed pecunia constituitur, in-  
gens est controvrsia.  
 11. Ego existimo t redditus vo-  
latiles perpetuos, vel ad longum tempus duraturos, inter immobilia collocandos, ad modicum verò tempus inter  
mobilia. *Specul. tit. de restit.  
spoliato. §. nunc dicimus. Vbi Io.  
Aind. & Bald. in d.l. hac editali.  
& in l. secundum. qui satisfare.  
Ioannes Faber in d.l. hac edita-  
li. §. his illud. Tiraquell. de re-  
tract. lign. §. 1. gloss. 7. Chaffan.  
in consuetud. Burg. tit. des tailles  
des rentes. Ferroñ. in consuet.  
Burdeg. §. 2. de testam. & §. 2. de  
feudis.*

- Neque ideo minus inter  
 12. immobilia t hi redditus collo-  
candi sunt, quod perpetuò redimi possunt, si tamen absque

**S**olebant antiquitus Cæsares, quia Ecclesiæ redditus erant tenues, Clericis salarya ex æstrio in diuersis speciebus præstari iubere. Vide Sozom. lib. 6. cap. 8. Niceph. lib. 8. cap. 26. & lib. 7. cap. 46. Sozom. lib. 5. cap. 5. Theod. lib. 3. cap. 6. lib. 6. cap. 3. & lib. 4. cap. 4. & Niceph. lib. 10. cap. 39.

### QVÆST. LXXVII.

*An statutum quo maritus lucratur dotem, habeat locum in dote promissa, & mulier quæ dotem promisit, nec soluit, lucretur augmentum.*

### S V M M A E R E R V M.

1. *Omnium consensu locum habere in dote promissa.*
2. *Quid si statutum mentionem faciat de dote data, vel recepta.*
3. *Auctoris mens.*
4. *Auth. sed quæ nihil. C. de don. ante nupt. in quantu abrogata in Gallia, & num. 5.*



**V O T I E S** statutum generaliter dotis meminir, consentiunt o-

### D V R A N T I

mnes † locum habere in dote promissa. *I. si donaturus. §. 1. iuncta gloss. 2. & ibi Castr. Alex. & Ias. ff. de condic. causa. I. si marito. §. 1. & ibi Castr. ff. solut. matr. Dos enim promissa dos propriè nuncupatur. I. mulier. §. se dos. ff. quod metus. I. 1. §. 1. ff. de collat. dat. Accedit quod in pacto lucrando dotis comprehenditur dos promissa, ex sententia gloss. in d. *L. si donaturus. §. fin.* Matthæus sing. 74. Ergo idem in statuto receptū est, valet enim argumentum de pacto ad statutum. gloss. in rubrica *C. de decretis decur.* Notatur in *I. non impossibile. ff. de pact.* gloss. in cap. 2. in verbo, officiali. de consuetud. lib. 6. Cæterū † ubi statutum mentionem facit de dote data, vel recepta, ingens est controvèrsia, an dos promissa continetur. Socinus in *I. de divisione. ff. soluto* matr. distinguit, aut mulier, vel is qui dotem constituit, est in mora, que regularis est per interpellationem diei, & hominis, & tunc dos promissa habetur pro tradita, argum. *I. in execuzione. §. fin. de verb. oblig.* *I. Lubeo. de contr. empt. Bart. consil. 13 I. Cumannus in I. si marito. §. 1. ff. soluto* matr. Bald. in *I. fin. C. de dotis promiss.* Alexand. consil. 63. vol. 4. & in *d. L. si donaturus.* Si ves-*

rò in solutione dotis nulla mora intercedat, licet maritus sustineat onera matrimonij, non lucrabitur dotem; statutum enim aduersatur.

3. Ego t̄ verò generaliter ex timo, et si de dote data in statuto mentio fiat, maritum tamen dotem promissam lucrari, quod & Angelus assertuit *conf. 180.* Salicetus in *I. si constante. C. de don. ante. gloss. in lvn.* §. accedit. in verbo fecerit, & ibi Bart. *C. derei vxor. Tiraq. in retr. conuentio. circa finem. numer. 34.*

Mouet me primò quodd in statutis ratio potissimum obseruanda sit. Ceterū ratio statuti vel ad ipsum maritum, vel ad onera matrimonij spectat. Si ad onera matrimonij statutum spectat, lucrum dotis dicitur titulus onerosus, non lucratius. Baldus in *I. hac edittali. C. de sec. Alexand. in l. si fundaterr. §. si à socero. que in fraud.* Iason in *d. l. si donaturus.* Et ideo æquius atque probabilius est lucrum deferri dote promissa quam tradita, quia maritus onera sustinet, quamvis dos soluta ei non sit. Si verò statuti ratio pendeat ex causa & fauore matrimonij, quod verisimilius est, tunc in dote promissa statutum habebit sine dubio

locum, in primis ex *l. cùm quis. vers. nam & si quis cum. de dote præleg Decius conf. 353. num. 3.* Secundò quia lucrum istud marito defertur, etiam si momento matrimonium duraverit. Bald. in *cap. 1. §. fin. quis dicatur dux, vel comes. quod & verum est, etiam si matrimonij onera non sustinuerit. Præterea vxor lucratur dotali tium, quod nos appellamus augmentum, licet non sustineat onera matrimonij. Ergo sola matrimonij consideratio & fauor causam statuto præbuit, qua quidem perinde locum habet in dote promissa ac tradita. Secundò aut maritus dilationem concessit, aut nullam dedit dilationem: si dilationem concessit, ex proprio beneficio non debet iacturam pati, ut dotem amittat, quam lucratetur, si ea liberalitate & munificentia versus non fuisset; multo minus si dilationem non concessit, ne ex propria mora mulier vel hæres eius lucrum capiat.*

Nec obstat quodd verba statuti pugnare videantur, quia loquitur de dote data, quibus verbis dos promissa excludi videtur. Nam dos data censetur ex quo est in obligatione. argum. *I. nupta. §. 1. ff. solut. matr.* Præterea cùm maritus

fidem habuerit de dote , pro tradita habetur.arg. §.vendite.  
de rerum diuis.

- Nec obstat quod mulier dote non soluta non lucratur dotalitium , vel augmentum. §.fin. de non elig. Auth. sed que nihil. Auth. dos data. C. de don. ante. Nam dispar est ratio & causa vxoris à viro: ideo enim maritus lucratur dotem promissam quod onera matrimonij sustinet. quæ ratio cessat in vxore. Vel verius est mulierem lucrari dotalitium , siue augmentum , etiam dote non soluta: nam dicta † Auth. sed que nihil, generali Galliæ consuetudine est abrogata rvt ibi notat Ioan. Fäber. Bart. in l. de quib. de legib. quamuis qd ea consuetudine dubitet Stephanus Bertrand. consil. 90. & consil. 120. volum. 3. quam opinionem Ioan. Fabri sequitur Guid. Pap. quest. 430. & 565. Masuer. tit. de dote. vers. item fuit conuentum. Bart. quest. 22. 4. Quod tamen non obtinet † vbi vel vxor vel pater eius dotem de suo constituit. Nec enim imputatur marito si dotem non exegerit. l. si extra-neus. de iure dot. atque ita iudicatum fuit in hoc Senatu Tholosano , in gratiam Petri Potier domini de la Terrasse, aduersus Mariam de Rome ,

## D V R A N T I

die prima Augustian. Dom. 1549. In eis specie dos. ab ipsa de Rome coniuge fuerat constituta.

## QVÆST. LXXVIII.

*An ei qui vendidit , & qui de euictione tenetur , licet alienationem reuocare , & quando possit quia contra proprium factum venire.*

## S V M M A R E R V M.

1. Alienantem non posse reuocare rem alienatam. contrarium verius, num. 2.

 **VÆRITVR** an ipse idem qui alienauit possit res alienatas persequi & vendicare. Videatur † quod non. l. post mortem. 1. de adoptio. l. cum profitearis. C. de reuoc. don. l. si creditorib. C. de seruo pign. dato. puta Prælatus vel coeconomus qui vendidit & obligauit se de euictione. Quæ autem de euictione tenet actio , cundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euict. At verius est † oceonomos ipsos & cæteros Prælatos , qui res Ecclesie vendiderunt, alienationes eiusmodi posse

posse reuocare. *L. iubemus. C. de sacrof. cap. si quis presbyterorum. de reb. Eccles. vbi glof. c. non licet. c. et si illi. 12. quest. 2. §. 1. de non alien. in Nou.* Nam & regulariter vbi contractus celebratur contra legem, ille ipse qui contraxit alieno nomine, sine dubio contractum impugnare potest: *vt in tuto, l. cum quedam. C. de adm. tuto. in procuratore, l. si procurator. de doli except. & in quolibet alio administratore, Bart. ad l. si minori. de iure fisci. lib. 10. Cod. Idemque est in Prælato qui Ecclesiæ nomine reuocationem alienationis persequi potest.* Deinde vbi publica versatur utilitas, quis potest agere aduersus factum suum. *l. iurisgentium. §. si pacifcar. de paet. l. quemadmodum. C. de agric. & cens.* Nec obstat quod de euictione teneatur: non enim sequitur quin agere possit. *l. Seia. de euict. l. si tibi. l. fin. C. eodem. Alex. conf. 107. vol. 4. Decius conf. 185. & 445.* Idem in Rege qui alienauit bona regni, et iam si iurauerit non reuocare. Vide gloss. prag. sanct. in tit. de pig. in fine, in verbo, resumpserint.

## Q V A E S T . LXXIX.

*An de aliquo crimine damnatus possit ex rescripto Principis munus, quo ante damnationem fungebatur, exercere.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Restitui posse damnatum ex alio crimen, quam in officio fungendo.*
2. *De Tabellione falsi damnato in officio.*
3. *De Magistratu in fungendo munere delinquente.*
4. *Damnatum ex maleficio in exercendo officio nec appellare posse.*
5. *De decurione delinquente in officio.*

**L**ANE + si ob aliud 1.  
P crimen damnatus sit  
quam in munere &  
officio fungendo, restitui po-  
test. *l. si quis. C. de cohortol.* Si  
verò de crimen in officio  
fungendo damnatus & reie-  
ctus sit, nō poterit illud exci-  
cere, etiā ex rescripto Princi-  
pis. *l. si aliquid. C. de suscept. &*  
*arcar. lib. II. l. indicij. C. de di-*

- gnit. l. 1. C. de offic. pres. l. 2. C. de palat. sacr. larg. Quod etiam expressum est ordinatione Philippi Pulchri, quæ est apud Aufrer. sub tit. de offic. Baylliu. art. 18. Eoque argumento notat gloss. in Autb. de armis, in princip. & in l. si quis ex argentariis. §. 1. de edendo. vbi 2. Bart. † Tabellionem, si de delicto in officio commisso fuerit dānatus, puta de falso, non posse amplius officium illud exercere: secus de alio admissio. Bartol. in l. 3. §. hac lege. C. ad l. Iuliam repetund. & in l. non potest. de furtis. & consil. 173. Bald. in l. militibus. C. de testam. milit. & in l. in exercen- diis. C. de fide instr. Iason in l. Barbarius. de offic. præt. Bened. in verbo, duas habens. num. 222. Lucas de Penn. in d. l. si ali- quid.

- Amplius obseruandum est 3. nullo modo fauendum † magistratui, qui in fungendo mu- nere delinquit: quare † dāna- tus de maleficio in officio cōmisso appellate non potest. l. nulli. vbi Doctores. C. quorum appell. non recip. c. ei qui appellat. §. nulli. 2. quæst. 6. Speculator tit. de appellat. §. in quibus. 5. Præterea etsi † Decurio torqueti non possit. l. omnes iu- dices. C. de decurio. poterit ta- men si in officio delinquat. l.

## D V R A N T I

qualiter. eodem tit. Tiraquell. in tract. de pænis. causa 58.

## Q V Æ S T. L X X X.

An liceat iudici munera levia, quæ vulgo esculenta & poculenta appellantur, à litigatoribus capere.

## S V M M Æ R E R V M..

1. Indicem munera levia cape- re à litigantibus posse. Contrà num. 2.  
3. Intellectus leg. plebiscito. de offic. pres. & l. solent. de offic. procons. cum cap. statu- tum. de rescriptis, nu- mer. 4.

**N**I D E T V R † quòd sic. 1. Primò ex l. plebiscito. de offic. presid. Secundò ex l. solent. de offic. procons. Tertiò ex cap. statutum. §. insu- per. de rescriptis. Accedit quòd scriptum. legimus apud Iosephum lib. 6. Antiq. c. 6. vbi Sa- muel alloquitur populum his verbis: Arguite me si cuisque vitulā, aut orem, aut aliud quid accepi; cum tamen huiusmodi munuscula que in quotidianum victimam cedunt, ab ultriō dantibus sumere liceat.

Contra

2. Contrarium † tamen ve-  
tius est. Primo generaliter  
scriptum est *Isiae cap. 33.* *Qui*  
*mansus suas excutit ab omni mu-*  
*nere.* Greg. in c. sunt nonnulli.  
1. quæst. 1. *Exod. cap. 23.* Deuter.  
16. & 1. *Regum cap. 8.* *Psalm. 25.*  
Secundò ex l. 2. *XII. Tabula-*  
*rum.* vbi vetatur magistratibus  
donum , vel munus capere.  
Vide *Plinium 4. epist. ad Visum.*  
Tertiò , ea munuscula iudici-  
bus vetanda sunt , quod his  
illecebris ac lenociniis ca-  
piantur , & deliniantur iudi-  
ces ei qui talia munuscula  
obtulit aliqua ex parte grati-  
ficari. Quod & D. Ludouicus  
palam confessus est , ut Ionui-  
lus in eius vita.

Cum enim Clunacensis  
Abbas ad eum profectus  
equos duos ei donasset , Rex  
eo munere affectus benignè  
attentèque eum audivit , Ion-  
giorémitque quām consue-  
rat audientiam propter mu-  
nus præbuit. Quid speran-  
dum est de iudice egeno , si  
tam sanctus ex manusculo ir-  
retitus fuit. quod scriptum  
est *Proverb. 18. Pro buccello panis*  
*deserunt veritatem.* & *Ezech. 13.*  
*Prophanastris me propter pugil-*  
*los,* & propter fragmenta panis.  
Quarto scriptū est *Eccles. cap.*  
20. *munera & xenia execare*  
*oculos iudicium.* ait , non so-

lùm munera , sed etiam xe-  
nia , quæ sunt levia. Quintò  
Iustinianus Nouella , *ut iudi-*  
*cis sine quoquo.* prohibet quid-  
quam capere præter ea quæ  
ex publico iudicibus præberi  
solent. Vide art. 43. ordin. Au-  
relianensis.

Nec obstat † d. leges plebi- 3.  
ſcito, & l. solent. illæ enim leges  
in Præside & Proconsule ob-  
tinent , quibus prohibitum e-  
rat munus & donum capere à  
prouincialibus , nisi intra pau-  
cos dies consumi posset. So-  
lebant enim prouinciales ad-  
ueniente Proconsule , vel Pre-  
side munuscula offerre , quæ  
Canonica ex more fieri dice-  
bantur. l. vñed. ne damna pro-  
vincialia lib. 41. C. Theod. Eaque  
Xenia appellantur ab Vlpiano  
in d l. solent. quasi munera ho-  
spitalia. Prouincialibus enim  
erant Præsides & Proconsu-  
les quasi peregrini & hospita-  
les. Porrò Antiqui hospitibus  
esculenta missabant. Græci ,  
authore Vitruvio in 6. hospi-  
tibus aduenientibus instrue-  
bant cubilia & triclinia , pri-  
móque die ad cœnam inuita-  
bant , postero mittebant pul-  
los , oua , olera & reliquas res  
agrestes , quæ vsum edulium  
non excedebant. Ita Procon-  
sulibus & Præsidibus prouin-  
cialiam ingredientibus Prouin-  
cialis



cialis munuscula & xenia præstabat, ex more, quæ repudiare inhumanum esset. Itaque ibi non agitur de muneribus quæ à litigatoribus præstantur iudicibus, sed de his quæ aduenientibus Præsidibus quasi hospitibus præbentur.

4. Nec obstat  $\dagger$  d. cap. statutum. ibi enim non agitur de ordinario iudice, verum de delegato. Cum ergo delegato indulgeatur, videtur ordinario prohibitum. *i. cum pretor. de iud.* Deinde esculenta delegato conceduntur, vbi nullum aliud emolumentum consequitur. Vbi enim expensas & sportulas lucratur delegatus, non sunt ei esculpta permisae; multo minus iudici ordinario, qui præter stipendia publica ab ipsis etiam litigantibus tragematum nomine laboris mercedem pro ipsis arbitrio & moderamine consequitur.

### QVÆST. LXXXI.

*De possessorio rerum spiritualium, & petitorio.*

 *V* o d de possessorio rerum spiritualium cognoscant indices

regij, non de petitorio, vide Guid. Pap. *quæst. 1.* & quod scripsi in *observationibus*, de *appellationibus* ex causa abusus.

### QVÆST. LXXXII

*Vtrum statuto vel consuetudine effici possit ut fructus beneficiorum primi anni, aut alterius temporis, ex quo vacauerunt, cedant Capitulo, vel hæredibus.*

### S U M M A R E R V M.

1. *Istiusmodi statutum efficax esse, ex iure & consuetudine. Vide contrâ numer. 2.*
3. *Diluntur cap. tua. de verb. sig. cap. si propter tua debita. de rescript. in 6. c. si tibi concessio. de præb. & c. præsenti. de offic. ord. in 6.*

 *V* IDETVR statutum  $\dagger$  efficax esse quo fructus primi anni, aut alterius temporis hæredibus vel Capitulo cedant, idemque iuris esse in consuetudine. Primò ex cap. tua. de verb. sign.

*sign. cap. si proprieta debita. de rescript. lib. 6. Secundò ex cap. si tibi concessò. de præbend. lib. 6. Tertiò ex cap. præsenti. de offic. ordin. in 6. Quartò & apertius in Extranaag. Ioan. XXII. suscepiti. de electio. quæ repetita est sub tit. ne sedè vacante, in Extranaag. comm. Porro, hanc sententiam probarunt Ioannes And. & Philippus Francus in reg. nemo potest. de reg. iur. Federic. de Sepis conf. 246. Berthachin. in tract. de Episcopo. lib. 4. part. 4. Aegidius de Bellameria quoad simplicia beneficia decisione 465.*

2. Ex aduerso & pugnat quod beneficia Ecclesiastica sine villa diminutione conferri debeant. *cap. i. vt Ecclesiast. benef. Deinde yctitum est præbendas dividere. cap. maioribus. cap. cum causam. de præb. Tertiò indignu est, receptum in Canonicum præbendæ beneficio defraudari. Quartò tales consuetudines & statuta improban- tur. cap. quia sepe. de elect. & Clementina. statutum. eod. Quintò receptum est in milite non præstari stipendum hæreditibus eius, nisi usque ad diem mortis. l. his scholaribus. & l. per banc, in fin. C. de erg. milit. ann. Hoc loco addi possunt, quæ à Doctoribus nostris adferuntur, An mortuo Legato,*

vel officiali, nondum finito muneris tempore, hæreditibus eius stipendiū residui tēporis præstādum sit. Doctores in l. diem finitū de offic. assess. & in l. post duos. C. de aduo. diners. iud. Quibus rationibus Senatus noster, Domino Duranti illustrissimo Protopræside pronūciantē Arresta in purpura, statutum Ecclesiæ collegiatæ S. Gaudentij, quo fructus primi anni post obitum Canonici hæreditibus, vel Capitulo deferebantur, ut abusuum improbauit die .a. Aprilis 1583.

Nec obstat in primis & c. tna, 3.  
& c. si propter tuā debita. ibi enim nō agitur de statuto, vel de consuetudine, sed de induito Summi Pontificis, ex iusta & graui causa. Planè argumentum receptum non est de priuilegio ad statutum, vel consuetudinem negatiuē, eadēmque solutione dilui potest *cap. si tibi concessò. de præb. maximè quia ibi propter Ecclesiæ utilitatē & debita concessum fuerat primi anni fructus percipere. At in c. præsen- ti, non agitur de fructibus qui percipiuntur post collationem beneficij, verū de fructibus qui percipiuntur post vaca- tionem antequam de successore prouisum sit. quod hæc verba satis indicant, vel su-*

turis debent successoribus reservari. Cæterum constitutio Ioannis X X I I . et si medium partem fructuum duntaxat indulgeat , antiquata est ex Concilio Basiliensi , sub tit. de annatis . quo disertè vetatur aliquid exigi ratione annatarum , primorum fructuum , deportuum , vel alio titulo , & ibi gl. in verbo , consuetudinis .

## I A C. F E R R E R I V S.

**C**HOPINUS de sacra polit. lib. I. cap. 8. num. 12. & 13.

## Q V A E S T. LXXXIII.

Vtrum in substitutione fideicommissaria de persona ad personam fiat extensio ex verisimili mente testantis.

## S V M M A E R E R V M.

1. Substitutionem de casu ad casum protrahi.
2. Quid de persona ad personam ; cum nam. 3. 4. 5. & 6.
7. Intellexus l. tale pactum. §. fin. de pactis. & l. Lucius. de hered. instit. num. 8.

**V**IIGO verisimili mente † de casu ad casum substitutio protrahitur. l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. Verum an fiat extensio de † persona ad personam , coniecturis non omnes conueniunt.

Nonnulli † putant extensionem fieri debere , primò ex l. tale pactum. §. fin. de pact. & ibi gloss. vbi sit extensio de fratre ad filios pacificētis. Secundò ex l. Lucius. de hered. instit. Tertiò ex l. qui duos de reb. dub. vbi substitutus ci qui supremus , moritur , si ambo simul vitā fungūtur , utrique substitutus intelligitur. Quartò ex l. Titius. §. Lucius. de post. Quintò ex l. si ita scriptum. eodem. & l. Clemens ff. de hered. Hanc sententiam sequitur Angelus in §. & quid si tantum Iason in d. Titius. §. Lucius. & consil. 148. volum. 2. & consil. 154. volum. 4. Chaffan. consil. 57.

Aliis vero placet † fideicōmissum nūquam protrahi de persona ad personā. Primò ex l. si quis ita. §. si quis cūm. de test. tut. vbi datio tutoris ad aliam personā non porrigitur. Quod à quis dixerit ibi agi de onere tutelæ , eadē est ratio etiam in fideicommissis. Nam fideicommissum onus continet. l. coh. eredi. §. cūm filio. de vulg. Secun-

Secundò ex *l. si quis ita. §. Chrysogonus, in fine. ff. de verb. oblig.*

Tertiò ex *L filius à patre. §. si quis ex certa. ff. de lib. & post. Quaïtò ex l. commodissimè. de lib. & post. vbi Cumanus & Aretinus notant non fieri extensionem de persona ad personam. Idem Aretinus in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Accurs. in l. Titius, in princ. de lib. & post. Bart. in d. l. Gallus, in princip. Ripa in l. i. numer. 92. de vulg. Decius consil. 211. 218. 287. 291. 314.*

5. Ego † in hac quæstione existimò fideicommissum nō exquè facilè protractendum de persona ad personam, ac de easu in casum, ne in infinitum, & de quibus testator non cogitauit, fideicommissa protrahantur, cum præsertim fideicommissa onus contineat, & strictè sint interpretanda. Itaque, et si fideicommissis faueatur, ut hæredes ea præstare cogantur. §. i. de fideicomm. hæred. vbi tamen obscurum & dubium est an fideicommissum relictū sit, fideicommissarij causa ex fauore minimè persequenda est.

6. Ceterum † vbi vel ex iusta verborum interpretatione, vel perspicuis coniecturis testatoris voluntas illustrari potest, extensio fieri potest de

persona ad personam. argum. l. prime. C. de cond. insert.

Potò facile occurri potest legibus quæ in utramque sententiam attulimus. Primum non obstat † *l. tale pastum, in §. 7 fin.* Ibi enim non fit extensio, nam filii ea cōuentione consultum erat, quia hæredibus prospectum fuit. Ergo filio qui fuit hæres.

Nec obstat † secundò d. l. 8. *Lucius.* Ibi enim agitur de substitutione directa, in qua facilius fit extensio quam in fideicommissario. Deinde ibi testator filiorum expressim meminerat; quare ibi frustrè de extensione agitur. Minus obstat l. 3. C. de inoffic. testam.

## I A C. F E R R E R I V S.

V Ide librum ad addit. *Alexand. consil. i. volum. i. in verbo, quando decederet viuo testatore. Mantic. lib. 3. tit. 29. numer. 8. usque ad numer. 12.*

## Q VÆST. LXXXIV.

*An ubi viget consuetudo Promisios, dominus proximo præferatur.*

## S V M M A E R E R V M.

1. *Proxiuorem domino preferri in plerisque prouinciis Gallie, extante consuetudine Protimiseos.*
2. *Quid vbi consuetudo non extet; cum num. seq.*
4. *Intellectus l. 1. C. de priuilegiis Imperatoris de partibus. num. 5. & §. porro, cap. 1. qualiter olim feuda. num. 6. Amplia ut n. 7.*

**I**N plerisque huius regni prouinciis, in quibus proximiiores iure *protectionis* vtuntur, cautum est † proximiorem in retentione rei emphyteuticari domino præferri. in eam sententiā extant varix consuetudines Parisiensis, Meldensis, Turonensis, Aruernensis, Burdegalensis & aliae, de quibus Tiraq. in tit. de retr. §. 2 1. gloss. 8. At vbi non extat expresa consuetudo, quæstionis est, an proximior domino præferatur?

2. *Quibusdam placuit † proximiorem præferri. Primo ex l. 1. de priu. credit. Secundo ex l. Imperator. ff. de part. ibi, rationem habendam, necessariarum personarum. Tertio ex cap. 1. §. porro. qualiter olim feud. alien. poter. quo loci in feudo*

## D V R A N T I

discretè cauetur agnatum in prohibendo vel redimendo domino potiorem esse. Quartò constitutiones Federici necnon Romani Senioris, & Constantini Porphyrogenetæ, quæ extant lib. i. iuris Oriental. & lib. Basilik. necnon apud Harmenop. — locum habent nedum in emptione & venditione, sed & in emphyteusi, & in eis nominatim fit mentio. Postremò videtur hoc ius retractus, seu protimiseos iure successionis proximo competere: in his autem quæ iure successionis proximis obueniunt, non datur ius prælationis domino; hinc vulgo dicitur, *Premier est lignage que parage*. Sanxon in consuet. Turon. tit. des retraicts. §. 8. & in tit. comment. hommage se doit offrir. §. 4. Hanc verò sententiam asseruisse videtur Ioann. Faber in §. 1. de empt. & Masu. tit. de locato, circa principi.

At contraria † opinio ve- 3.  
rior est. Primo consuetudo interpretationem recipit iure communi. l. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus. de consuet. Item consuetudo ita est interpretanda vt alteri non faciat iniuriam. l. 2. §. si quis à Principe ne quid in loco publico. Ideo retractatus municipalis ita debet interpretationem accipere,

re, ne faciat reo iacturam. Nec recedamus à iure communi, quo dominus directus quibuscumque præfertur. *I. fin. C. de iure emphyt.* ibi, *ipsum dominum omnimodo cōparare.* Secundò generi per speciem derogatur. *I. sanctio legum. ff. de pæn.* Quare consequens est consuetudinem non procedere in prælatione quæ specialiter domino competit. Tertiò considerandū est rem emphyteuticāam fuisse ab initio domini, quo nomine & quā videtur ius prælationis ei tribui. *argum. I. t. C. de metall.* Imò principale dominium apud eum remanere, eoque nomine appellatur primarius dominus apud Harmenop. *lib. 3. tit. 3.* Quare iustitia est causam eius esse potiorem in iure protimiseos. Quartò consuetudo qua proximiōri ius retractus competit, iuri communi aduersatur. *I. dydum. C. comin. diuid.* Ideoque irrationalis dicitur atque odiosa. *gloss. in c. male. dist. 8.* Quintò hanc sententiam iuuat *I. ex facto. ff. de pecul.* vbi nullum priuilegium præponi domino vel patri potest. Sextò facit textus in *I. si cùm do-* *tem. §. fin. soluto matr.* Hac verò opinionem sequuti sunt Guilielmus à Cuneo, Baldus &

Alber. in *d.l. Imperator. de pæct.* Bald. *confil. 300. lib. 1.* Alex. *confil. 27. vol. 6. Ias. in l. fin. C. de iure emphyteut.* Ripa *ad l. 1. de priuileg. cred.* Ferron. *in confuet.* Burd. *tit. de retract. §. 2.* & ita iudicauit Senatus Tholosanus ex tempore 4. Aprilis 1585. de Boluc & dom. Daussu, domino directo loci de Miremonte, litigantibus.

Nec obstat primò *+ l. 1. de 4. priuileg. creditor.* nam contraria sententiam euertit. ibi enim creditor, cui duntaxat actio in personam competit, cognato præfertur, multo magis dominus præferri debet cognato, qui verus & principalis rei venditæ dominus remanet. *I. t. §. qui in perpetuum. ff. ager vettig.* Quod verò pertinet ad *+ l. Imperator*, laborant *5.* Interpretes in eius interpretatione, ut constat ex glossa *ibidem.* Sed communis est, quasi ea fuerit mens Iurisconsulti, quod dum alicuius bona venduntur, quia hæres noluit adire hereditatē, si concurrent creditores, partim extranei, partim agnati, præualeat sententia agnatorum in remissione debitū, si idonei sint, id est, authore Accursi. si pares sint numero, dignitate & in eumulo debiti.

Nec obstat *+ §. porrò.* Nā ibi *6.*

ex Aluar. sententia ideo agnati domino præferuntur, quia eodem feudorum iure utriusque domini & agnati ius prælationis habent: at in emphyteusi id ius soli domino competit. *d.l. 2.* Quare consuetudo, quæ postea intercessit, interpretanda ita est, vt ius dominorum minorum minimè lœdat. Ad 7. de t̄ quòd non in omni feudo agnatus domini præfertur, verū in paterno duntaxat, in quo proculdubio agnatus domino præfertur. *cap. 1. de alien.feud.pater. &c. 1. de success. feudi.* Denique argumentum non concludit de feudo ad emphyteusim.

## IAC. FERRERIVS.

**V**ide Molinæum in *con-suet. Parif. §. 15.* Masuer. *de locato. numer. 4. in Latino. &c. Alexand. conf. 27. vol. 6.*

## QVÆST. LXXXV.

*An si Monachus testatus fuerit ante professionem in gratiam extranei, testamentum illius professione irritum fiat, & bona eius monasterio querantur.*

## S Y M M A R E R V M.

- i. Irritum fieri istiusmodi testamentum, nisi in illo quid relictum Ecclesiae fuerit. Contrarium verius, numer. 2.

**L**oss A in *Auth. si qua mulier. C. de sacros.* existimauit t̄ testamento irritum fieri, & bona quæti monasterio, nisi testamento aliquid relictum esset iure institutionis Ecclesiaz. Federic. de Senis *consil. 165.* Petrus, Cynus & Fulg. *ad d. Auth. si qua mulier.* Mouentur primò quòd monasterium loco filij habetur. *cap. in presen-tia. de probatio. de quo infà dicam: filius verò, etiam fictus, rumpit testamentum. l. filio quem. §. fin. de lib. & posth.* Secundò irritum fit testamentum capitis diminutione. *§. non tantum quib. mod. testament.* At Monachus per impressio-nem capite minuitur, transit enim in potestatem Abbatis. *cap. criminoso 18. quest. 2.* Tertiò vbi res peruenit ad casum à quo incipere non potest, ir-rita fit. *l. plurib. §. et si placeat. de verb. oblig.* At testamentum non nisi post mortem vires habet, ante mortem verò pro-fessione

fessione omissa Monachus non est amplius dominus, nec testari potest. *Auth. ingressi. C. de sacro.* Ergo res ad omnem casum peruenit à quo inchoari non potest. *Bart. Bald. Castr. & cæteri ad d. Auth. si qua mulier.* *Ripa ad l. si unquam. quest. 35. C. de reuoc.* distinguendum putat. Vide Decium *consł. 31.* & *ad d. cap. in præsentia.* Accedit quid alienatione voluntaria ultima voluntas reuocatur. *l. fideicommissa. §. si rem. de leg. 3.* At Monachus proferendo voluntarie bona sua alienat; & Ecclesiæ consecrat. *d. Auth. ingressi.* Ergo, &c.

2. Verius tamen testamentum, in quo extraneus institutus est, siue de monasterio cogitauerit, siue non, is qui monasterium ingreditur, non fieri irritum per ingressum, & testamentum valere, hæc sententiam sequuntur Anton. de Butrio, Panotm. & Felin. *in d. cap. in præsentia.* Albericus in d. *Auth. si qua mulier.* Cuiac. *ad Nou. de monast.* Franciscus Arétinus fusè *ad l. i. de testam.* In primis per textum in §. illud. *de Monach.* ibi; *antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere suis uti quo voluerit modo.* Deinde expressius hanc constitutionem explicat Leo

*Nou. 5. vbi nominatim de testamento loquitur, vbi permittit testari de rebus suis ei qui monasterium ingreditur.* Accedit d. *Auth. ingressi.* vbi post ingressione non testantur: ergo antè testantur. s. quia ingredientibus. 19. quest. ultim. Harmen. lib. 5. tit. 4. Cum ergo ante ingressum testari permittitur, consequens est irritum non fieri testamentum per ingressum, alioquin iniustus esset talis permisso. Preterea hæc sententia apertissimè probatur ex can. VI. Synodi Cœstant. ibi, & ideo his qui Monachi esse volunt, prius datur facultas de rebus suis testandi, ac disponendi, & quibuscumque velint, &c. ibi vide Balsamo.

Nec obstat primò quid monasterium habeatur loco filij; axioma enim illud etsi perulgatum, falsum est. *Bart. & Salic. in d. Auth. nisi rogati. C. ad Trebell.* *Bald. in l. filium ff. de his qui sunt sui.* & infra dicam. Nec obstat secundum: falsum enim est quid Monachus capit is diminutionem patiatur, vt notat Cuiac. *ibid.* Vt nec obstat quid res pœtueriat ad easum à quo inciperè non potest: nam quoties id accidit sine culpa illius qui testatus fuerat, testamentum ab eo antea

antea conditum non rumpitur. §. furiosi. §. sed si quis. quib. non est perm. fac.

## I A C. F E R R E R I V S.

**A**N per ingressum in monasterium reuocetur testamentum, vide Benedictum in verbo, & fiboles, num. 11. Cuia ad Nou. 4. Tiraquell. ad l. si vñquam. in verb. suscepit. num. 42. Dilectum de arte testandi tit. 3. cap. 9. Eundem Benedict. in verb. Mortuo. in l. num. 297. usque ad 303. In Francia Monachum pro mortuo haberi, vide Benedictum ibid. 302. in fine.

## Q V Æ S T. LXXXVI.

*An Monachus post emissam professionem possit reuocare testamentum.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Distingue secundum Bartolum.*
2. *Bart. refellitur.*
3. *Intellectus l. sed si mors. ff. de don. inter.*
4. *Quid de deportato.*

## D V R A N T I

**B**ART. t & quidam i. alij in Auth. si quamulier. C. de sacro. existimat fratres minores, qui habentur pro mortuis, nec in communi, vel priuatim aliquid possidere possunt, testamentum non posse reuocare: alios vero, qui in communi bona possident, posse. hanc sententiam confirmat ex l. sed si mors, circa medium ff. de dom. inter.

Hæc tamen t opinio falsa est. Ang. & Imol. in l. v. de testam. Decius in cap. in presentia. de probat. Rubeus conf. 155. Nam eadem potestas necessaria est in reuocando, quæ in condendo. l. 3. ff. de re iud. l. si ut proponis. C. de nupt. Sed Monachus post professionem non potest testamentum facere: ergo nec reuocare. Secundò testamentum reuocatione non reuocatur, nisi alio condito. testamento. §. p. q. quib. mod. Sed Monachus non potest testari: ergo, &c. Nou. Leon. 5. & Nou. de monachis. §. illud. Accedit quod Monachus post professionem non habet voluntatem. c. non dicitis. 12. quest. 1.

Nec obstat t d. l. sed si 3. mors. de don. inter. nam ibi agitur de donatione causa mortis,

tis, quæ magis accedit contra-  
ctui, quām vltimæ volunta-  
ti. gloss. in l.2. de dote preleg.

4. Deportatus † autem reti-  
net ea quæ sunt iuris gen-  
tium, & contrahere potest. l. si  
tibi mandauero. §. i 6. cuius man-  
dati. Potest ergo reuocare de-  
portatus, & de nono donare.  
Secus est in Monacho, qui  
post professionem, ut saepe di-  
ximus, testari potest. Iason in  
d. Auth. si qua mulier.

## Q V A E S T . L X X X V I I .

*An Monasterium habeatur  
loco filij.*

## S V M M A E R E R V M .

1. Quod sic. contrà num. 2.  
3. Cap. in præsentia. de probat.  
diluitur.
1. **V**N T qui putant †  
Monasterium perso-  
nam filij repræsentare, & loco filij esse; ideoque  
monasticam vitam profiten-  
tem non censi decedere sine  
liberis: monasteriū enim loco  
filij habetur. gl. in Auth. nisi ro-  
gati. C. ad Trebell. gloss. in l. si ita  
quis. & ealige. de V.O. Spec. tit. de  
locato. §. nunc aliqua. v. 53. Bart.  
in l. hered. §. i. ad Trebell. Auth. si  
qua mulier. ibi, suapersona filii

connumerata. C. de sacrof. Bald.  
& Imola in l. filius à patre. §. fin.  
de hered. §. sed & hæc præsentī.  
Nou. 123. cap. in præsentia, de  
probat.

Quod tamen † falsum pu-  
to, ex sententia Panor. & Fe-  
lin. in d. cap. in præsentia. Salicet  
cetus in d. Auth. nisi rogati. Ri-  
pa ad l. si vnguam. C. de reno-  
cand. don. & ibid. Tiraq. Bald.  
in l. filium. ff. de his qui sunt.  
quod habet locum, præsertim  
in Gallia. Bened. in verbo, &  
v. xore. in success. ab intestato,  
num. 214.

In primis, quia per ingre-  
sum in monasterium licet se-  
quatur solempne votum, non  
reuocatur donatio inter vi-  
uos. gloss. in §. illud. Nou. de  
Monach. Felinus in d. cap. in præ-  
sentia. Ripa ad d. l. si vnguam.  
quest. 34. Ergo monasterium  
non habetur loco filij, filij e-  
nī superuenientes reuocant  
donata. Præterea substitutio  
concepta, si sine liberis, non  
euaneſcit per ingressiōnem in  
monasterium; vbi Ecclesia, vel  
pius locus substituitur. d.  
Auth. rogati. gloss. in d. cap. in  
præsentia. Speculator tit. de sta-  
ta monach. vers. 25. Alex. conf.  
121. vol. 1. & confil. 35. volum.  
3. Ergo monasterium non ha-  
betur loco liberorum. Nam fi-  
lij excludunt piām causam

D d quæ

quæ substituta fuerat. Denique in d. §. sed & hoc praesenti. ex quo desumpta est Auth. *Nisi rogati*. conditio libero-rum suscipiendorum, quoad monasterium, habetur pro non scripta. lib. 4. *Basilic.* tit. 1. Ergo monasterium non gerit personam filij. Nam si filium repræsentaret, conditio non haberetur pro superuacua & irrita, immo censeretur implera. quod Bart. obseruat *confil. I.*

3. Nec obstat † d. cap. in presentia ea enim verba, quia tamē intelligendum non erat sine hære-de decedere, qui monasterium insti-tuit hæredem, sunt verba Syndici, non Summi Pontificis. Aug. *confil. 8. i.* Deinde ibi non dicitur monasterium haberi loco filij, sed hæredis. quod Bart. animaduertit in d. Auth. *Nisi rogati*. Did. var. 1. cap. 19. to-tō titulo.

## QV. LXXXVIII.

*Vtrum posteaquam pater in-  
gressus est religionem, legi-  
tima liberis debeatur, an  
verò mors naturalis patris  
sit expectanda. Et vtrum  
qui rogatus est restituere*

hereditatem post mortem, fideicommissi nomine te-neatur statim atque profes-sus est; an vero mors na-turalis expectanda sit. Item an pater dum vivit cog-a-tur legitimam repræsenta-re liberis, saltem ad eos li-berandos è carceribus.

## S V M M A E R E R V M.

1. Legitimam liberis non debe-ri, patre religionem in-  
gresso, ante mortem ipsius  
naturalem. contrà nu-  
mer. 2.
3. Lex Statutus Florus. §. Cor-  
nelio Felici. de iure fisci.  
diluitur. cum l. cum pater.  
§. hereditatem. de leg. 2.  
numer. 4. Ampliatur ut  
num 5.
6. Legitimam regulariter non  
deberi, vino patre fallit  
num. 7.
8. An si nullum sit statutum,  
pater cogi posset repre-  
sentare legitimam filij, &  
solvere pro eius condem-  
natione. & num. 10.
9. Vtrum peculium castrèse &  
aduentitium confiscetur  
ob delictum filij.

**D**OCTORES Cynus,  
Bart. Fulgos. ad Auth.  
si qua mulier, existi-

1. mant † patre profitente religionem liberos ante mortem naturalem non posse legitimam petere. in primis per textum in d. Auth. si qua mulier. Secundò regulariter legitima non debetur viuo parente. l. i. §. si impuberi. de collat. l. lex Cornelii. de vulg. Gaid. Pap. quæst. 486. l. cum queritur. C. de in offic. Hanc opinionem iuuat l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. de iure fisci. vbi Bart. notat quodd grauata post mortem restituere, ingresso monasterium non debetur fideicommissum ante mortem naturalē. Idem Bart. in l. cum pater. §. hereditatem. de legat. 2. Anchar. consil. 442. Alex. consil. 13. lib. 3. Bened. in verbo, mortuo, 1.n.299. Decius in cap. in presentia. de probat.

Sunt qui contrarium pu-  
2. tant, nempe † filios statim post professionē petere posse legitimam. Ioan. Anan. in cap. 2. de delict. puer. Bald. & Castr. in d. Auth. si qua mulier. Bald. in tract. de dote. part. 1. Pyrrhus in con-  
suet. Aurelian. cap. 2. Panormit. in cap. Raynulius. de testam. gloss. in cap. transmissa. qui filij sint. Quod verum est nedum in monasteriis minorū, qui om̄,

nino incapaces sunt, & pro mortuis habentur. Clem. ex iiii. de verb. sign. sed etiam in aliis monasteriis quæ bona capere possunt. Mouentur in primis ex cap. cùm scimus. de regul.

Nec obstat † l. Statius Flo-  
rus. in §. Cornelio. non enim lo-  
quitur in legitima, sed in fi-  
deicommisso, quod odiosum  
est. Et eodem modo dilui po-  
test † l. cum pater. §. hereditatem. 4  
Vel ibi hæres institutus non  
poterat ante mortem restitu-  
re: parens autem viuus po-  
test legitimam præstare.

Postremò nō obstat † quodd legitima viuo parente non de-  
betur: nam h̄c parens pro  
mortuo habetur. l. nobis. C. de  
Episc. s. sunt nonnulli. 16. quæst. 1.  
§. illud. de mon. quod obtinet  
quoad bona, præsertim in  
Gallia. Bened. in verbo, Mor-  
tuo, in princ. num. 302.

Præterea regulatiter † legi-  
timia non debetur viuo paten-  
te. At † in quibusdam casibus  
debetur viuo patre, vt in hac  
specie. Alter casus est in dote.  
l. Pomponius fam. ericifl. qui libe-  
ros. de ritu nupt. Bart. in l. obli-  
gamur. de actio. Item in filio  
Iudæi ad fidem conuerso. l. co-  
gnouimus. C. de heret. Item si  
statuto id caueatur, maximè  
pro filij condemnatione. Cyn.  
& Bald. in l. si qua p̄na. de his

qui sunt sui. Bald. in l. lex Cornelia. de vulg. & in rub. C. res inter alios. & in l. 1. C. de filiis famili.

8. Sed si non sit statutum, queritur † an pater cogi possit repræsentare legitimam filij, & soluere pro eius condēnatione tā in ciuilibus, quām in criminalibus causis. Et putant quidam non posse. gloss. & Panor. in cap. 2. de del. puer. Specul. de sent. exec. vers. quod si filius. Bart. in l. 1. §. si impuberi. de collat. Bald. in d. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt. Dècius consil. 438. Imò nec quatenus 9. est in † peculio pater damnari potest siue de profectitio, siue de castrensi, siue de aduentitio agatur. De profectitio constat ex l. 3. §. sed utrum de minor. Bart. & DD. in l. si finita. §. de vestigalibus. de damno inf. Iason in §. actiones. de aet. Peculium enim profectitium est in bonis patris. l. certum. vbi gl. C. fam. De aduentitio Boér. decis. 7. Modò tamen patri queratur vsusfructus, quo pater priuari non debet filij delicto. Si verò vsusfructus patri non cōpetat, nihil impedit quin pater illud præstare debat, quia filius potest illud liberè alienare. §. 1. Nou. vt licet matri. Ergo & delinquendo. argum. A Imperatores. de in-

re fissi. Quare in castrensi peculio verius est nouo iure publicatis bonis filij castrense peculium publicatis Rom. in d. §. si de vestigalibus. In eo enim peculio filius habet plenum ius, & fungitur vice patris fam. l. 2. ad Macedon. Nec obstat l. 3. C. de bon. proscriptum enim pater occupabat bona filij iure peculij. l. 2. de castrensi peculio. At nouo iure filius in peculio castrensi habet heredem ab intestato §. 1. in Nou. de hered. que ab. Ideo fiscus tanquam herès in eo peculio succedit. l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. eaque opinio vñ forensi recepta est.

Tamen quod ad hanc questionem attinet, si † filius nullum habeat peculium, licet iudici damnare parentem ut multam filio irrogatam luat, ubi subest aliqua causa: vt quia filius diu in carceribus fuit detentus, vel pœnā pecunaria, ob defectum solutionis in corporalem commutanda est. Tunc enim ne filius in squatore & sordibus moriatur, vel corporis aut honoris iacturam patiatur, pater cogi potest ad legitimam præstandā. Primò per Auth. si captiui. C. de Episc. ibi, eadem pœna est parentum si redemptorem, &c. quæ Auth. et si de captiuis ab hostibus loquuntur.

tur, ad eos tamen, qui pro criminis in carcere detinuntur, protrahi potest. c. *sacrorum*. 12. q. 2. Mouet me secundò quòd pater cogitur filium alere ne fame pereat: at plerique squalore carceris pereunt, & ideo malam vocat mansionem Iuris. in l. item apud Labeonem. §. *questionis de iniur.* & species seruitutis dicitur. l. 2. de lib. hom. exhib. famæ etiam & honoris imminutio vita periculo comparatur. l. *insta. de manu. vind. I. queque infantis. de fide. lib.* & hanc sententiam sequitur Bened. in verbo, in eodem testamento. num. 215. Fernandus ad l. in quartam. ad l. *Falcid.*

## I A C. F E R R E R I V S.

**A**N bona eius qui ingressus est monasterium, statim deferantur successoribus ab intestato, vel hæredi, si fecerit testamentum; an vero mors naturalis expectari debet, vide Bened. verbo, *mortuo*, 1. num. 297. usque ad num. 303. & quod is qui monasterium est ingressus, habeatur pro mortuo, num. 302.

## Q V A E S T. LXXXIX.

*An pater qui bona sua dissipat cogi possit ut quedam se- cernat ac separat pro ali- mentis & legitima filio- rum.*

**V**N T qui putant patrem cogi posse. Bald. & Castr. in l. 2. C. si quid in fraud. patr. Bald. in l. 1. C. de inoffic. don. Socinus in fall. regul. 283. Castrensis & alij ad l. Imperator. ad Trebell. Iason in l. si con- stante ff. solut. matr.

Iason tamen contrarium sensit in §. item si quis in frau- dem. de act. Chaffan. tit des suc- ceSSIONS. §. 2. in verbo, du Trepas- sé. Vide fusè Caccialupum ad l. frater à fratre. de cond. indeb. Dux ad l. fin. si quid in fraud. fusè.

## I A C. F E R R E R I V S.

**V**Ide Charundam in me- mor in verbo, *Filius.*

## QVÆST. XC.

*An hæretici sint ad fidem cogendi.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Non esse religionis religionem cogere.*
2. *Abiuratio hæresis.*
3. *Hereticorum pæne, cum num.  
4. 5. 6. & seqq.*
7. *Epilogus.*

 **O**NSTANTINVS li-  
bertatē dederat Arrio  
cœtus cogendi , sed  
id factum fuit ante Conci-  
lium Nicenum; eo verò Con-  
cilio absoluto, idem Constan-  
tinus Arrianos eorūmque  
fautores damnauit , & diuinæ  
pietatis hostes declarauit , &  
libros cōburendos declara-  
uit. *I. damnato. C. de heret.* Ni-  
ceph. lib. 8. cap. 25. Non dissimili etiam exemplo Theodo-  
sius , quamvis ante coactum  
Concilium Constantinopol. Nouitianis potestatem fecerit conuentus suos ineundi extra mœnia ciuitatum. Nihilominus tamen post Concilium Constantinop. idem cōdidit legem *omnes vetite. C. de*

*heret. Quod verò spectat ad l.*  
Valentinianam,cuius initium  
est, *damus, l. vlt. subtit. de fid.*  
*Cath. in C. Theod.* quæ dat li-  
centiam colligendi iis qui  
Ariminensis Concilij decreta  
sequebatur.ca lex mala fide  
Theodosio tribuitur. Et sanè  
tantum abest ut Theodosius  
liberos conuentus illis permi-  
serit qui Concilij Ariminensis  
decreta tutabātur,quin etiam  
lege lata damnat. *I. 5. de heret.*  
*in C. Theod.* In quo pro *hæreticis*,  
statutum fuerat dicere *hæreticos*.  
Vide ad hanc rem Niceph.lib.  
12.c.2.3.4.

*1. Non defuerunt † qui cen-*  
suerunt non esse religionis  
religionem cogete,vt ait Ter-  
tull.lib.ad Scapulam,&c,vt Cas-  
siodor.refert , neminem co-  
gendura credere inuitum. Vi-  
de August. in epist.48.ad Vin-  
centium. epist.50.ad Bonif. epist.  
68. ad' Isnuarium. August. in  
epistol. ad Bonifac. scribit , hæ-  
reticos usurpare solitos in  
eorum sententiam Terentia-  
num dictum , pudore & li-  
bertate liberos retinere satius  
esse quam metu. Videtur præ-  
terea liberum non esse eius-  
modi coactione violari arbitrium;  
nihilominus tamen si  
rem scrutemur penitus , cer-  
tum est sanctos Patres in eam  
sententiam conuenire, à Prin-  
cipe

cipe nullam debete fieri potestatē liberam in errorem suis subditis, quam isti vocant honestō verbo *conscientiam*, quin pōtiū sentiunt potissimum officij Principum partem in eo esse positam, ut suos ad Ecclesiā Catholicā per vim compellant, improborum verò obstinationem puniant. D. August. pluribus locis fatetur se initio censuisse neminem ad vnitatem Christi cogendum, sed verbo agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum: ne, inquit, factos Catholicos habcremus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed cùm maturiori consilio & diligentia acutiori rem considerasset, edoctus experientia sententiam mutauit, ut idem author est locis citatis, & in suis retractationibus: atque inter varia vnius generis exempla, multiplicēsque euentus, scribit de Hippone ciuitate sua, quæ cùm tota esset in parte Donati ad vnitatē Catholicā legum imperialium metu conuersa, ita hæresim Donatistarū affectasse, ut hæresis videretur in eam nunquam pedem intulisse, & id pluribus ciuitatibus contigisse, quarum ciues fatebantur se effectos fuisse tardiores, quominus ad Ecclesiam

Catholicā rediissent, eo quod nati & educati essent vigen-te hæresi: nonnulli quidem se prohibitos pudore & metu, ne probro & conuiciis lacesserentur; alij neglectu veritatis indagandæ, quidam eorū confortio & conuictu, à quibus & vitæ discrimen ipsis imminebat, & fortunarum extremum periculum, si fidem catholicam palam cognouissent, qui omnes post legum Imperialium promulgationē dicebant, Deo gratias, qui vincula nostra dirupit, & nos ad vinculum pacis transtulit, quod hodie in oppidis ab hostibus fidei occupatis versantur, qui extremo tenentur desiderio redeundi ad Ecclesiæ gremium, & liberum Sacramentorum Ecclesiasticorum usum, qui timore ne id aggredi audeant, perterrentur, ne si vel unum verbum pro fide Catholica proferant, & ipsi, & eorum domus funditus euertantur; quis est tam dæmens, inquietebat S. August. qui negat istis debuistè per iussa imperialia subueniri: ut de tanto malo eruerentur, dum illi, quos timebant, timere coguntur, & multa in eo genere. Iam verò quod hodie esse censendum est, iure merito dicere debent, Deo gratias, qui huius

huius edicti virtute in viam & portum salutarem felici regressu reuerterentur. — Felix necessitas, aiebat August. quæ ad meliora compellit. Tertullianus in eam quoque sententiam iuit contra Gnosticos, ad officium, inquit, hæreticos compelli, non illi dignum est, duritia vincenda est, non suadēda. Quod autē ex eo alatum est ad Scapulā, non esse religionis cogere religionem, ad Iudeos & Gentiles referri oportet, qui fidem nunquam suscepérunt, nec per vim agendi sunt ad religionem Christianam, ut decretum est Concil. Tolet. I V. Qui verò Christianam professionem sunt amplexi, de sacro lauacro initiati sunt, cùm ab Ecclesia descíauerint, ad eam omni iure compelli debent, ad quos sanè, D. Thoma authore, refertur illud Luce: *Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.* ad Terentij testimoniū; quanquam nomen authoris illius indignum responsione in re tanta efficiat August. tamen illud accommodatissimè refellit eiusdem authoris sententia, *ta nisi malo coactus, recte facere nescis.* Quia in re notanda est authoris eiusdem nostri temporis impun-

dentia, qui per Iudibrlum Augustinum reprehendere non est veritus; quod hæc sententia, vt inquit ipse, nusplam apud Terentium reperiatur atque in quibusdem Augustini editionib. in margine extat hæc obseruatio. Miror vnde hoc est in Terentio: in quo tamen versus leguntur expressi, *malo coactus qui suum officium facit dum sperat fore clam, rursus ad ingenum reddit.* Præterea quanquam, codem authore Augustino, meliores sunt quos dirigit amor, plures tamen sunt quos corrigit. Quod verò de libero arbitrio dictum est, quod Deus ipse homini inseruit, idem August. contra Cresconium, contra duas epistolas Gaudentij, & ad Bonif. coëuntem respondet, quod datum est homini liberum arbitrium quando creatus est, vt si esset malefaciēs, fieret & patiens. & alibi: *Deus dedu homini liberam voluntatem: at nec bonam infructuosam, nec malam voluit est impunitam.* & rursum alio loco: *Cur cùm datum sit diuinus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniuntur, & sacrilegia permitiuntur: an fidem non seruare leitus est, animam Deo, quam faminam vivere?* Ceterū codē Rex edito iis qui ab Ecclesia descíauerint, permit

permittit ut errore suo agnito ad eandem reuertantur , ante sextum abhinc exactū mensēm. Ecclesia nemini claudit gremium , nec vsquam , ut Theodoretus dicere solitus est , in miseria debet intuocatum religionis deesse subsidium : nam & omnibus conuersis, ait Ambrosius, pollicetur venia: nobis igitur ipsorum ad veritatem redditus in maximis optatis esse debet, nec minorem afferre voluptatem, quām ouis quā perierat reperta suo opilioni : aut filius prodigus patrifamilias ad eūdem reuersio. Ad nos pertinet redeuntes omni lenitate suscipere. Omnes , inquietab Athan. ad Antiochen. qui vobiscum pacificè agere volunt, qui ab Arrianis redierunt , elicite ad vos, eosque ut patres assumite , & ut magistros & tutores recipite. In primisque cautio adlibenda est, ne illis suum errorē pristinum probroobiiciamus, qui ex animo & sine simulatione ad nos redierint, & quorū mens sanata est. Quod Deus in Len. memorat, *Si mortuus fuerit inter vos aduena, ne exprebretis ei, sed sit inter vos quasi indigena.* Legē XII. Tab. Sanatibus, quōd hostibus Sanates, authore Festo, erant, qui cūm defecissent

à Romanis , redierant in amicitiam , quasi sanata mente. Veruntamen diligentissimè perspici oportet , ne in ea re ipsis aliqua subsit mentis fāctio, multo siquidem plus nocet falsus Catholicus , quām si verus appareret. Iste sunt vulpes illæ parvulæ , quæ demolitæ sunt , ac indies Galliam demoliuntur : quamobrem D. Basil. præcipit *in epist. ad Episcopos* , vt qui se resipisci dicunt , suam resipiscētiā scriptam demonstrent. In Synodo VII. Basil. Episcopus Ancyrae constitutionem laudat canonicē traditam à sanctis Episcopis , & sanctis uniuersalibus Synodis , vt qui ab aliqua hæresi reuertuntur ad orthodoxam fidem , debeant hæresim suam & fidem Catholicam profiteri. Quod etiam decernitur *in epistola Conc. Ephesini ad Nestorium Episcopum Constantinop.* Olim vero apud maiores nostros mos fuit, ut hæresis in Episcoporum Concilio abiuraretur. Verū deinceps, quia Concilia Prouincialia prius cogi solebant, cōstitutum est , ut coram Episcopis fieret abiuratio. cap. ad abolendam. §. quia vero de heret. Abiurationis † vero formula exarata legitur *in can. Ego Bereng. de consecrat. dist. 2.*

& in can. quoties. 1. quæst. 7. Iam autem Inquisitores fidei alia vtuntur formula, quæ ex-tat apud Alfonsum à Castro l. 1. de iusta heret. punit. cap. 24. Eiusdem editi authoritate eos Rex iubet, qui ante sex-tum mensem abhinc elapsum ad fidem Catholicam non re-dierint, regni finibus excede-re; idque iustissima de causa. Quorum cùm separata est re-ligio, ait Hicron. *in comment. in Matth.* separari debet & vi-ta. Nullus siquidem fidus af-fectus est, quorum diuersa est fides. Apostolus iubet hæreti-cum hominem deuitari, ve-tatque cum eo cibum capere. D. verò Ioannes cùm Che-rinthum in balneis offendis-set, repente egressus est, suos cohortatus comites, ut quām primū illinc discederent, ne, inquit, balnea corruant, nōs-que opprimant, si Irenæo, Hie-tonymo & Bernardo credi-mus, in quadam ep. Ecclesiæ historiæ Eusebij.

3. Quod t̄ si, quæ pœnæ jam olim in hæreticos sint consti-tutæ, disquirendum est, istam mitissimam esse omnium per-spicuum est, atque ipsos hæ-reticos eo maiorem occasio-nem nactos, qua & regiam agnoscant erga se clemen-tiam, eāmque in suam vtilita-

tem conuertant, cùm potissi-mū illis cōcessum sit, vt dis-cedentes è regno suis faculta-tibus potiantur, atque de iis statuant pro suo arbitratu.

Constantinus † bona hæ-4. reticorum vñā cum locis de-stinati cōcessum sit, vt colligi potest ex duabus epistolis D. Au-gust. & ex Elisebio *de vita Constantini*, & ex epistola Constantini, quæ exarata legi-tur apud Nicephorum.

Theodosius † Magnus mul-5. Etam decem librarum auti tantū in hæreticos initio di-xerat, authore D. August. in duabus epistolis, & Vistore de VVandalica exequitione, quam D. August. contra Cre-sconiu Grammaticum aura-riam pœnam appellat. Quem-admodum ob eādem causam in bonis authoribus legitimus negotium aurarium. Verūm deinceps in eosdem hæreticos decreuit, & quibusdam exti-luum & ignominiaz notant, vt perspicuū est ex Sozomeno, & plerisque legibus à Theodo-sio latis *in C. Theodosiano*, quas eius filij Arcadius & Honorius confirmārunt.

Theodosius † secundus & 6. Valentinianus tertius necis sē-tentiam tulerunt contra Ma-nichæos, & alios hæreticos de-portatione

portatione damnarunt, & bona ipsorum suo fisco adiudicarunt, ut constat lege Arrianii, quæ est in Codice Iustiniani. quæ lex cognita non fuit D. August. qui *in epist. ad VVicellum* ostendit eidem Dulcito quod nullum ius gladij in hæreticos ullis legibus accepérat, neque Imperialibus constitutis præceptum, ut necarentur; quanquam ea lex condita fuerat Felice & Lauro Consulibus anno 428. cùm D. Augustinus è viuis excesserit ann. 430. Augusto mense. Si verò à prophanis authoribus testimonia perenda sunt, extra controvërsiam est impios homines suæ impietatis pœnas, ut testatur Polliux, Iuliste. Eadē Cicero, Plutarchus, Diogenes, Laertius & Cyrillus aduersus Julianum scribunt, quæ ob eandem causam acciderunt Socrati, Dragoræ, Pythagoræ, Alcibiadi, Vericli, Anaxagoræ & Theodoro, qui omnes neglectæ religionis causa' postulati fuerunt, quāmque Aristoteles meruerit, qui Athenis fugit, ne Atheniensibus peccarēt in Philosophiam. Eodem edicto ipsorum ministri, & cōcionatores à ceteris pœna secernuntur, quod non sit sine exemplo, siquidem

Theodosius, qui ad librarum aurearum pondo decem multasset Donatistas, constituerat in eorum Episcopos & ministros exilijs pœnam, ut meninit Augustinus ad Bonifacium. Marcianus Imperator in lege quadam in Cod. Iustiniani inserta constituit, docentes ultimo supplicio coercendos, audientes pecunia, seruantes verò deportatione. D. Hieronym. contra Luciferianos scribit constitutum fuisse in Synodo Alex. ut hæretici penitentes sociarentur Ecclesiæ, exceptis hæreticis quos error excusare non potest. qua de re & plerisque similibus breuitate temporis coactus diutiū non insistendum existimo.

Hoc t̄ solū addam sectæ recentioris hæreticos iustissimam nactos occasionem agendi gratias Deo & Regi, eo si quidem munere factum est, ut post tam diuturnum naufragium, post tot ac tantorum flagitorum spurcitiem, quæ se tam turpiter fecerunt, post tot & tam graues errores, quibus tam nefariè lapsi sunt, nihilominus reditus in Ecclesiæ Dei, id est, in salutis portum omni sublato impedimento tam facilis patefiat. Nec minori sanè beneficio Catho-

Ilici hoc edicto afficiuntur, quibus nihil antiquius, nihil optabilius est, quam ut videant Ecclesiam Gallicanam in pristinum suum splendorem, & dignitatē restitutam, & pacem stabilem, quam nulla ratione sperare possunt quam legis huius exequutione, ut D. Ambr. loquitur de ciuitate Constantinopolitana, cùm ait, quandiu venena Ari-anorum suis fouebat clausa visceribus, bellis inquieta, intus armis circusonabat hostilibus, postea verò quam fides exules abdicauit, hostem ipsum quem semper tremere consueuerat, deditum vidit, morientem obruit, sepultum possedit. Eodem modo quandiu Gallia venena hæreticorum suis fouit inclusa visceribus, cōtinuò inter arma penè expressa iacuit. Nostrum itaque est ut Deo supplices adoluamur, & crebris ab eo precibus contendamus, quo Regi ob hanc voluntatem suam Christianissimam, & omnī dignissimam commendatione, diutissimam & feli-cissimam vitam largiatur: postremò ut nos hoc beneficio frui det aeternū. Amen.

## QVÆST. XCI.

*De hæreticis, an collegio illo-rum & singulis legari, vel relinquere posse: an liceat eis congregations facere, tem-pla habere: an sint toleran-di; & quid de Iudeis.*

## S V M M A R E R V M .

1. *Hæreticorum collegio nihil relinquere posse; nec etiam collegio Iudeorum. num. 7. an verò singulis eorum, vide num. 14. & 19.*
2. *Hæreticorum collegia illici-ta; & num. 4.*
3. *Conuentus illorum interdicti; & num. 5.*
6. *Hæreticorū viuendi licentia.*
8. *Iudeorum licentia degendi in orbe Antiocheni.*
9. *Illorum secta damnata, & iura eis concessa abrogata.*
10. *Iudeorum conuentus prohi-bitii.*
11. *Iudei Hierosolymis expulsi.*
12. *Intellectus l. generaliter. §. eos. ff. de decur. cum l. spa-donem. ff. de excus. tutor.*
13. *Iudeos hodie omni honore priuatos, nec ad tutelam Christianorum admittendos.*

15. *Vtrum*

15. *Vtrum Paganis singulariter relinqui possit; an institui, num. 18.*
16. *Iudei quare toleretur a non-nullis Principibus.*
17. *Eiecti ex Gallia.*
20. *Iudaorum secta damnata.*
21. *Conuersi ad fidem; vel nati ex Iudeis.*
22. *Marrani qui; & curita di-eti num. 23.*
24. *Marrani an a successione, vel dignitate arcendi.*
25. *Proselityi qui.*
26. *Electi, & aduenae dispersio-nis qui.*

- A E R E T I C O R V M**
1. **H**ec † Collegio nihil legari vel relinqui potest. *L. Arriani. C. de heret.* nam singulari beneficio Constantini indultum est legata & hereditates Ecclesiis relinquere, priuilegia vero, vel quæ religionis ratione indulta sunt, Catholicæ tantum legis obseruatoribus prodesse oportet: hereticos autem non solum his priuilegiis alienos esse decet, sed & suppicio affici, ut idem Constantinus scripsit. *L. 1. C. de heret.*
  2. Deinde † hereticoru Colle-gia illicita sunt, & a Christianis Imperatoribus plenissime vetita, praesertim a Constantino, qui lege lata templ

ipsorum, si modò templo appellare conuenit, dirimi mandauit, dirutaque Ecclesiis tradi.

Conuentusque † siue collectas nedum in publicis, sed & in priuatis ædibus omnino prohibuit. Euseb. lib. 3. de vita Constant. ad finem. Sozomen. lib. hist. Eccles. 2. cap. 30. nec non a Theodosio. l. 2. C. de summ. Trinitat. & fide Catholi-ca. quæ quidem constitutio a Theodosio edita fuit virginete Magno Amphiliocchio, qui cum initio non impetrasset ut Atrianorum conuentus & Collegia in urbibus prohibe-ret, tandem obtinuit eam legem, qua Theodosius conuentus omnes Arrianis inter-dixit. Niceph. lib. 12. cap. 9. Sozom. lib. 7. Theodoret. lib. 9. hist. tripart. cap. 25. Extat & in eandem sententiam Iustini Imperatoris constitutio, † qua 4. hereticci Collegia facere ve-tantur, alioquin ultimo sup-plicio puniuntur, quæ exarata est ab Antonio Augustino Episcopo Ilerdensi, viro eruditissimo, in collectione Gracar. constitut. sub titulo, de heret. Ex-tat etiam & Iustiniani consti-tutio Nouella 132. de interdi-ctis collegiis hereticis.

Legimus Gaynam copia-rum militarium decem ab

Arcadio postulasse templa intra urbem Constantinopolitanam Arrianis dari. quod cum non impetrasset , Arcadio acre & magnum bellum intulit : tandem pace firmata , Gaynas retenti facinoris magnitudine clatus, iterum Ecclesiam vnam intra urbem Arrianorum nomine ab Arcadio postulauit. qui cum D. Chrysostomum consuluisset, suasusque ab eo esset Imperio potius cedere, quam per impiciatem ædes Dei prodere , Arriano considerate constantérque negauit : quare cum Gaynas rursus arma supplesset, vixus est & caesus , eiisque caput execatum Constantinopolim delatum est. Nicephor. lib. 13. cap. 5. & 6.

Non me latet Constantium quandoque Arrio conuentus cogendi potestatem dedisse: Theodosium quoque Macedonianos & Nouatianos conuentus permisisse: Gratianum etiam initio Imperij editisse , ut quam quisque vellet religionem proficeretur, conuentusque Ecclesiasticos liberè omnes celebrarent , præter eos, qui Manichæi , Photini & Eunomij scètè essent. Theodosium præterea & Valentianum lege lata, quæ etiamnum legitur in Cod. Theodosia-

*no, sub tit. de fide Catholica , licentiam colligendi his indulsisse , qui Ariminensis decretæ sequebantur. Iustinum denique Arrianis bona restituisse, cōsque suis legibus viuere permisisse. At distinguenda sunt tempora , & considerandæ occasionses. Constantinus enim ante Nicenam Synodum Arrio fauit , eorumque collegia tolerabat: at Synodo celebrata Arrium Arriisque suffragatores Porphyrianos & hostes diuinæ pietatis nominari iussit , eorumq; libros cōburi, & legem, cuius suprà membrum , promulgari. Eusebius lib. 3. de vita Constant. ad finem. Niceph. lib. 8. cap. 2 s. Si militer Theodosius ante Constantinopolitanam Synodum Macedonianos & Nouatianos placidè ferebat; at ea Synodo perfectâ legem tulit, cuius initium est, omnes vetite legibus. C. de hæret. Nicephor. lib. 12. cap. 15. Porro Gratianus, quia Vallens Catholicos Episcopos exilio multauerat , legem edidit, qua t̄ conuentus & collegia , præter quæ Manichæi , Photinianis & Eunomianis permisit , interdixerat : at posteaquam exules Episcopi ca lege renocati & reducti sunt , Gratianus Ecclesiæ Arrianis ademit, easque*

que Episcopis orthodoxis reddidit : simul quam fidem Damasus Papa prædicabat cæteros Episcopos sequi iufsit, Saporémque ducem , qui eam de religione constitutio nem executioni mandaret , in Orientem misit. Niceph. lib. 12. cap. 1.2.3.4. & 5.

Quod verò pertinet ad cā legem, quæ in Codice Theodosiano legitur , falsò & mala fide ea constitutio Theodosio tribuitur, cuius religio ab Atiménfis conuenticuli decreto vehementer abhorrebat. Ideoque expungendam eam legem monuit Balduinus *de institutio histor.* Vel etiam probabile est eo quòd Mediolani ea lex lata est, Iustiniam , quæ in gratiam Arrianorum Valentianiani filij nomine abutebatur , hanc legem procuraſſe.

Cæterum Iustinus ut perituræ Italiae & Catholicis Ecclesiis opitularetur , quas, nisi Iustinus Arrianos restituueret, Theodoricus Gothorum Rex se euersurum minabatur , Arrianos suis legibus viuere,cœtusque suos agere indulſit. Platina *in vita Ioannis*, primi huius nominis Pontificis.

6. Itaque † & Gratianus & Iustinus in gratiam Orthodoxorum licentiam libertatemque

viuendi hæreticis concesserunt. Quod & Reges nostri Carolus IX. & Henricus III. Christianissimi, & propter eorum diuinam pietatem piissimi , quo bella ciuilia acerba diuturnaque , quibus Gallia diu afflita & concussa est,extinguerent,& Principum quorundam ac Magnatum imperium reprimere, eorumque ardorem restinguere, semel atque iterum dolenter , inuiti & coacti fecerunt.

Quemadmodum autē collegio , vel vniuersitati hæreticorum legari , aut relinquī nō potest : ita nec collegio † Iudeorum. l. 1. C. *de Iudeis.* vbi Antoninus Imperator legatum à Cornelia Saluia vniuersitati Iudeorum, qui erāt Antiochiae, peti non posse constituit : primus autem Seleucus Rex , cognomento Nicanor, concessit Iudeis † in vrbe Antiocheni vitam degere , & communam iure cum ipsis ciubus vti. Iosephus lib. 12. *Antiquitat.* cap. 3.

Porrò etsi Iulius Cæsar Augustus , & Claudius collegia Iudeorum non improbarint, Iudeosque complutibus priuilegiis donauerint. Ioseph. lib. 14. cap. 17. & lib. 16. cap. 10. & lib. 19. cap. 4. alij tamen Cæsares & † sectam eorum damnauerunt,

nauerunt, & iura eis concessa abrogarunt. Tiberij senatus consulta aduersus Iudeos refert Tacit. lib. 2.

Quam odiosi fuerint Iudaici Caligulae, ex legatione Philonis apparet. Ipse quoque Claudius passus non

10. est † Iudeos conuenire. Dion.

11. lib. 60. ac postea Adrianus † vrbe Hierosolymorum exterminauit Iudeos. lib. 4. cap. 2. Nicephor. lib. 3. cap. 24. Oros. lib. 7. cap. 13.

Neque obstat quod Diui Verus & Antoninus his, qui Iudaicam superstitionem detinuntur, honores adipisci per-

12. miserint. † *I. generaliter. §. eos.*

*ff. de decurio.* & Modestinus Iudeos tutores fieri non prohibeat. *I. p. adonem. ff. de excus. tutor.* haec enim leges non de Iudeis, sed de Christianis interpretanda sunt. Alciatus lib. 3. dispuñt. cap. 8. & in rubr. de decurio. post Budæum. quod Æmilius improbat, quasi non sit verisimile Iurisconsultos Christianos Iudeos esse appellatos, quos Iudei ipsi ea tempestate nō minore odio, quam Gentiles prosequabantur, ut ex Justino aduersus Triphonem, & aliis antiquis Patribus constat. Verum Alciati conjectura iuuatur Suetonij authoritate in Claudio cap. 25.

ibi, *Iudeos impulsore Christo agitudo tumultuantes Roma expulit.* quibus verbis vtrum Iudeos contra Christum tumultuan-tes coerceri & comprimi iusserit, an etiam Christianos simul velut cognatae religionis homines voluerit expelli, dicitur Orosius lib. 7. cap. 4. Re-scripti vero Antonini in gratiam Christianorum, quo Alciatus sententiam suam probat, meminerunt Eusebius lib. 5. Ecclesiast. histor. cap. 5. Tertullianus Apologet. cap. 5: Niceph. lib. 4. cap. 12. eius vero exemplar extat ad finem operum Diui Iustini Martyris. quamuis non desint qui de fide illius dubitent.

Sanè † hodie Iudei neque 13. ad honores inter Christianos, neque ad tutelā Christianorum admittuntur. *I. final. C. de Iudeis.* quæ pluribus verbis conscripta legitur in Nouellis Theodos. sub tit. de Iudeis & Samarit. plenè Felin. & docte in cap. cum sit. de Iudeis. Bart. Alber. Fulgos. Iason & ceteri. in rubr. ff. de iustit. & iur. Bertrach. in tract. de gabell. Ioannes le Cirier, & Tiraquell. in tract. de primogenitura. An vero, quemadmodum Collegio Iudeorum vel hereticorum legatum factum nullius est momenti, ita si factum fuerit † 14 singulis

singulis ex Iudæis, vel hæreticis, quarunt Doctores. Planè quoad hæreticos receptum est, non licere negare, nedum Collegio, sed nec singulis. can. sanè. verific. item multi. 24. quest. 2. cap. si quis Episcopus. cap. in eo. de heret. l. Manicheos. C. de heret. Quod verò pertinet ad Iudæos , gloss. Butrig. Petr. Faber, & cæteri in d. l. l. C. de Iudeis. Bart. Cuman. & Sozo. in l. cum senatus. ff. de reb. dub. Salic. & Albert. hoc loco. Steph. Bertrand. consil. 145. & consil. 88. 3. parte. censuerunt legatum singulis vtile esse. argum. d. l. cum senatus. vbi etsi corpori, cui coire non licet, legatum factum inutile sit, singulis tamen legatum vtile est. Præterea Collegium Iudæorum non improbat ratione sectæ. Cynus hoc loco. Cuman: in d. l. cum senatus. argum. l. spadonem. & l. generaliter. Imò Ecclesia eos tolerat in suis ritibus & cæremoniis. cap. quod super his. de consang. & affinit. & vetat eis iniuriam inferri. cap. sicut Iudæi. de Iudeis. l. nullus. C. de Iudeis. Anch. constit. 260. At verius est singulis etiam legari non posse, Iudæi enim deteriores sunt paganis, ac aliis errantibus. cap. nonne. 1. quest. 1. Oldrad. consil. 1. corumque Collégia reprobantur ratione

sectæ, nā & vetera quæ translata sunt, retinent, & Christum Dei filiu & Seruatorem mala fide repudiant. Paganis † autem etiam singulis donati aut relinquи non potest. const. 9. sub titul. de paganis, apud Anton. August. ex libris Basiliicon. tolerantur verò sicut & meretrices, quarum collegia & lupataria improban-  
tur. Variis autem † rationibus 16. nonnulli Principes in eorum imperio Iudeos degere permis-  
serunt. plenè in frontalicio fidei, considerat. 11. art. 1.D. Thomas 2. 2. quest. 10. Plures tamen è regno eos cicerunt, & exterminarunt. Testantur Gallo-  
rum Annales Philippum Augustum ob Iudæorum insatiablem crudelitatem, & nefaria facinora, eos è Galliæ † finibüs excedere coëgisse. 17.  
Gagninus & cæteri in vita Philippi. Vincentius Magnus in specul. histor. lib. 30. cap. 25. & cap. 53. Probatur deinde haec sententia d. cap. si quis Episco-  
pus. vbi † Pagani institui non 18. possunt. rursus in d. cap. in eos. de heret. In eos, qui non sunt Ca-  
tholici, nihil conferri potest, et iam si consanguinei sint: Iudei autem non sunt Catholici, sunt  
que Paganis deteriores: d. can. nonne 1. quest. 1. Oldrad. consil. 51. Non obstat l. cum Senatus.

- nam quoties homines legitimam aliquam professionem exercent, si eis coire non licet, collegio eorum legari non potest; singulis † tamen legatum factum debetur. nam collegium eorum non probatur, singuli verò nullo vitio vel odio laborant, ut in militibus, quibus in castris coire non licet. *l. l. ff. de colleg. illicit.* Quare collegio eorum legari non potest. At singulis militibus proculdubio legari potest. Diuersum est in Iudæis,
20. qui † sectam detestabilem & ab omnibus improbatam & damnataim sequuntur; quare errare toto cœlo mihi videntur, qui collegia Iudæorum permittenda censem.
- Verùm an ea quæ de Iudæis diximus, locum habeant in his, † qui ad fidem conuersi sunt, vel ex Iudæis nati, quos vulgus *Marranos* appellat, an scilicet hi & beneficiorum & hæreditatum sint incapaces? Videtur eos esse incapaces. *can. constituit. 17. quæst. 4.* siue Iudæi, aut qui ex Iudæis sunt, quos *Marranos* Luzzemburgus inter hæreticos numerat: Marrani verò dicuntur, ut Alphonſus de Castro Hispanus *lib. 1. de iusta heretic. punitio.* admonuit, qui † ex recentiore memoria, vel

corum, qui præcesserunt, sermone recenti à Iudæis originem duxerunt; quare ait ille, filius Iudæorum, vel nepos, aut pronepos, et si verus sit Christianus, semper ab Hispanis vocatur *Marranus*, quamuis non neget *Marrani* nomen infame esse, & iniuriosum, tum propter parentes, à quibus nati sunt, tum propter Iudaismi suspicionem, experti enim sunt maiores nostri complures ad Iudæorum titus & superstitiones rediisse. Quare autem *Marrani* † appellentur, pluribus docet Godfred. *Carcasson in rubr. de apostat.*

Ego verò censeo † Martan<sup>24</sup> nos, hoc est, Iudæos conuersos, vel eorum posteros non esse à successione, aut dignitate arcendos, modò religionem Christianam verè, ingenuè & sincerè colant, & tucantur. Mouet me primò quòd Iudæi conuersi ad beneficia Ecclesiastica admittantur. *cap. eam te. de rescr. ibi, pro eo verò quòd Iudeus fuerit, non debes eum designari.* vbi Bald. notat neminem nasci Christianum, sed baptismate & ineffabilis mysterij participatione Christianum effici; ea verò Decretalis, ut ex integra appetat, loquitur de eo, qui humiliter & deuotè

deuotè fidem suscepserat , cui ait Alexander in integra , obtentu sūxæ conuersationis, obtentūque literarum , in quibus ita profecerat , quòd Ecclesiastico beneficio dignus reputatur. Sanè vbi conuersi, vel ex eis nati , in quibus nullus odor suspicionis subest, ab officiis & beneficiis , vel successione arcerentur, plerique à fide suscipienda reuocarentur, & nonnulli iam susceptam desererēt. quod diligenter cauendum est. *Clement.* i. de *Iudeis*. Legimus in actis Curiae nostræ , Michaëlē de Pira Senatoris munere donatū à Senatu repulsam tulisse, eo quòd nomine à parentibus infidelibus originē duxerat : at postea Rego semel atque iterum iubente in ordinem Sénatorum cooptatum. non obstat textus *in d. can. constituit.* ea siquidem verba , aut qui ex *Iudeis*, minimè de conuersis intelligi possunt, vt pluribus ibi de Turre-Cremata notat, eoque maximè , quòd hi , qui sunt ex Iudæis, prohibeantur, ne hac occasione Christianis iniuriam faciant. quod minimè verendum est in his , qui candidè & ingenuè sacrī nostrī iniciati sunt ; quare missis aliorum interpretationibus ea verba de Profelytis interpre-

tanda sunt , qui , † autore Be- 25.  
da, de gentibus nati in Deum credunt, & circumcisione accepta Iudaico more vitam du-  
cunt. horum mentio fit *Actuū*  
2. ibi, *Iudei & Profelyti*. qui ve-  
rò à Gentilismo ad Iudaismum, & post auditam Christi  
aut Apostolorum prædicatio-  
nem ad Christianissimum ac-  
currunt, vocantur † Electi,  
aduenæ dispersionis, i. *Petri* 1.  
*cap.* Duni verò Luxemburgus  
inter hæreticos recenset Mar-  
ranos , de his qui titibus Iu-  
dæorum imbuti nomine te-  
hus sunt Christiani; loquitur;  
nos verò tractamus de his, qui  
religionem nostrām piè &  
sincerè complexi sunt. 26.

## Q V Æ S T . X C I I .

*Quòd liceat testamentum re-  
uocare posteriore , etiam si  
prius testamentum factum  
sit coram Principe , & ab  
eo confirmatum. Explica-  
tur.l. si quis in principio de  
leg. 3. De clausula deroga-  
toria.*

## SVMMÆ RERVM.

1. Liberum esse testatori mutare testamentum, & reuocare. *Amplia ut num. 2.*
3. Quid si testamentum confirmatum fuerit à Principe, mutarique prohibitum, an nihilominus reuocari possit.
4. Principem non posse facere, vt testamentum non solli posset.
5. Licere testatori testamentum suum reuocare, etiam si iurauerit se illud non reuocaturum. *Amplia ut numer. 6.*
7. Iuramenti vis.
8. Lapſi Gulielmus Duranti, Speculator & Hostiensis.
9. Iuramentum dictiones mutabiles reddere immutabiles.
10. Quid si testator voleat se testamentum non reuocaturum.
11. Quid si testator donet omnia bona in casum quo reuocabit testamentum.
12. Quid si dispositio fiat in favorem pia cause.
13. Quid si partem bonorum donet.
14. Neminem posse sibi legem imponere vt nō liceat legata reuocare; vel sepulturam mutare. *n. 15.*

16. De clausula derogatoria ad sequentia testamenta.
17. Tripliciter derogari testamento futuro.
18. Neminem posse sibi legem imponere, ne posset testamentum facere.
19. Quid si quis derogauerit futuro testamento, nisi in eo totum inseratur Psalmum.
20. De clausula per quam testator non vult suum testamentum infirmari per posterius, nisi certa clausula adiecta sit in eo.
21. Lex, si quis in principio ff. de leg. 3. diluitur. cum n. 22. & 23.
24. Prior testamentum quatenus reuocetur per posterius.
25. Clausula derogatoria ab iis addi, qui secundum testari volunt, ne postea blanditiis mutare cogantur.
26. Per quas clausulas censeatur derogatum primo testamento, clausulam continentem derogatoriam.
27. Refelluntur rationes eorum, qui generale derogationem sufficere, aut singularem & in individuo, derogationem desiderari aiunt.
28. In quibus casibus posterius testamentum prævaleat priori.

1. **I**BERVM † est semper testatori testamētum mutare ac reuote. l. 4. ff. de adimend. legat. l. quod si iterū. ff. de alimend. legat. can. ultima voluntas. 13. quest. 2. cap. cūm Marthae. de celebrat. Missar. l. si quis in principio. ff. de legat. 3. l. cūm hic status. §. pænitentiam. ff. de donat. inter virum & vxorem. ibi, ut ambulatoria sit voluntas eius usque ad fu-
2. premum vitæ exitum. Quod † obtinet etiāsi præsente Principe testamētum factum fuerit. l. omnium. C. de testam. vbi, inhibitum videatur commutationis arbitrium, & ibi, ita demum firmum sit si ultimum com-
3. probatūr. Verūm † vbi Princeps testamentum confirmat, mutarique prohibet, an nihilominus reuocari possit, dubitatiōrem habet.

Quidam testamentum reuocari non posse probant, vbi Princeps consentiente restatore iubet testamentum in futurum stabile & immutabile, Archid. in d. can. ultima voluntas. 13. quest. 2. Beleuz. in addit. ad Panormit. in d. cap. cūm Marthae. de celebr. Missar. Quorum sententiam iuuare videatur d. l. omnium. C. de testament. Voluntates, ait Imperator, hominum audire volumus, non iubere, ne post senteniam nostram

inhibitum videatur commutationis arbitrium. quibus verbis innuit Imperator quod vbi Princeps commutationis arbitrium prohibet, testamentum mutandi sit adempta facultas. Bened. verò in cap. Raynati. in verbo, testamentum. 2. num. 25. contrariam opinionem amplectitur, ea ratione quod ultima voluntas sui natura usque ad ultimum vitæ exitum reuocari possit, ideo ut sit contra substantiam & naturam ultimæ voluntatis, licentiam & libertatem reuocando præcidere, neque fingi possit species, in qua testamentum ut testamentum sit immutabile. argum. l. si quis in principio. ff. de legat. 3. vbi Bartol. Præterea pacto testandi libertas auferri non potest. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbis. obligat. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro socio. l. ex eo. C. de inutil. stipul. ergo nec Principis rescripto. Tertiò pugnat l. si testamentum. C. de testam. vbi testamentum iure perfectum non rescinditur rescripto, ibi, authoritate rescripti nostri rescindi non oportet. testamentum enim est iuris gentium quoad substantiam, licet quoad solemnia sit iuris ciuilis, ut pluribus supra docuimus; quare † Imperator non 4.

potest derogare testamento, cùm sit iurisgentium. Fulgos. *in d. l. si testamentum.* Decius *confil. 357.* Cùm ergo Princeps nequeat rescindere vel antiquare testamentum iure factum, eadem ratione non poterit impedire quin testator iure testamentum & supremam voluntatem condat. Nam & testandi libertas usque ad supremum vitæ spiritum est, adeoque iurisgentium, vt nihil magis hominibus debeatur, absit vt Regi liceat eam libertatem praecidere, qua nihil magis hominibus debetur. Postremò hanc sententiam disertè probat D. Paulus ad Hebræos cap. 9. his verbis: *Testamentum enim in mortuis confirmatæ est, alioquin nondum valet dum viuit qui testatus est.* & paulo antea: *vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris.* quo loco, authore Primasio, Apostolus humanas leges laudare videtur, quibus non viuentibus testatoribus, sed morientibus firmantur testamenta, alioqui nondum valent, quia, vt ait Sedulus, quandiu viuit testator, potest immutare sententiam, & alios atque alios heredes ducere in hereditatem suam. Ecce quomodo diuina & humana lege

ante mortem testamentum non potest valere, hoc est, firmum esse; quousque enim morte interueniente testator decesserit, firmum non potest esse testamentum. hæc Primasius. Rescripto ergo Principis firmum fieri non potest testamentum, quod ex D. Pauli sententia, quandiu testator viuit, firmum atque stabile esse non potest. Neque aduersatur *l. omnium. expendendum* enim est verbum *videatur.* Ideo enim rescripta non concedunt Imperatores eo loci, nam ad eos pertinet voluntates hominum audire, non iubere. quæ verba aperte sententiam nostram confirmant. Deinde ne post rescriptum ac Imperatoris sententiam videatur quibusdam commutationis arbitrium prohibitum, cùm hoc ipsum, &c. non enim Imperatores statuunt post rescriptum testamentum immutabile, vel mutandi libertatem vetitam, sed ideo nolle Imperatores rescriptum concedere, ne videatur quibusdam ansam dubitandi præbere, an fuerit mutandi libertas prohibita, cùm hoc ipsum, &c.

Amplius liberum est cuiusque mutare & reuocare testamentum, etiamsi iurasset non reuocare.

- reuocare. Bartol. in l. si quis in principio. ff. de legat. 3. & in l. si quis inquilinos. §. final. ff. de legat. 1. & in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. Oldrad. conf. 127. Cynus & Bald. ad l. 1. C. de sacrof. gloss. in d. can. ultima voluntas 13. quest. 2. vbi Archid. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat. Cornelius conf. 60. vol. 2. & consil. 24. vol. 4. Curt. consil. 33. Castrensi. conf. 55. & 1007. & conf. 1009. vol. 1. Alex. consil. 156. viso testamento. volum. 6.
6. Quod † & in testamentis ad pias causas locum habet. Ias. consil. 122. vol. 4. Nam huiusmodi iuramentum est contra bonos mores. arg. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. obligat. ergo non obligat regula, non est obligatorium, apud Bonifac.
7. Præterea iuramentum † non mutat naturam actus, cui adiicitur, quinimò' in iuramento inest eadem qualitas, quæ in actu, cui adhaeret. l. final. de non numer. pecunia. l. final ff. de liberali causa. l. final. C. qui satisd. cogant. cap. quemadmodum. de iureiurando. Porrò natura testamenti est ut reuocari possit, &c. Quare errasse existimo † Gulielmū Duranti, Speculatorem in tit. de instrument. edito. §. compendiosè. versic. quòd si quis iurauerit. & Hostiensem

in summa. tit. de sepult. §. an licitum. viros alioquin cæteris longè ingenio & doctrinâ præstantes, qui voluerunt secundum testamentum nullius esse momenti, vbi testator iurauerat se prius non reuocaturum; neque eos iuuat † 9.

quòd iusiurandum actiones alioquin mutabiles, firmas & stabiles efficiat. quod pluribus exemplis confirmari potest, puta in constitutione Procuratoris, in contractibus in nominatis, & in pacto quo iurisdictio prorogatur, aliisque similibus, de quibus plenè Doctor. in l. admonendi. ff. de iureiur. , nam diuersum est in testamento, quod nedum mutari potest, quemadmodum Procuratoris constitutio, sed adeò mutabile, vt non possit censeri ultima voluntas, nisi reuocari & mutari possit: pugnat enim cum substantia & natura testamenti, vt sit immutabile.

Errasse quoque eos credo, qui testamentum eti iureiurando firmatum fuerit, reuocari posse fatentur, ac reuocantem periurum non esse. Ioannes Andr. in reg. quod semel. Archid. in d. can. ultima voluntas. Anchar. in cap. cum esses. de test. Imol. in d. cap. cum contingat. Alex. consil. 16. vol. 3. Dyn.

Dyn. *confil.* 214. *vol. 4.* Franc. *in cap. 1. de sepult.* apud Bonifac. nam cum iure ciuili & P̄tificio permisum sit testatori testamentum reuocare, etiamsi non iurauerit, quod sit autoritate ac permisso legis, poenam non meretur. argum. l. *Gracchus. C. ad l. Iul. de adulteri. l. qui seruum. ff. de verbis. oblig.* Præterea si testator reuocans incurrit periurium, sequeretur quod lex ciuilis, vel canonica, quæ hanc testamenti mutationem indulxit, laquicun animabus subiiceret, quo nihil absurdius dici aut existimari potest. *can. de viduis 27. quest. 2. cap. litteras. de restitut. spoliator.* Neque aduersatur quod si quis iurauerit matrimonium cum aliqua contrahere, ac deinde per verba in præsens concepta, cum alia contrahat, etsi posterior promissio efficax sit, periutio tamē obstringitur. *cap. sicut. cap. penult. de sponsalib.* nam in ea specie lex non tribuit facultatem discedendi à sponsalibus, cogitur enim qui promisit efficere promissum, & conuentum, eāmque ducere cui promissum fecit. *cap. ex litteris. de spons.* Quare si aliam postea ducat, à periurio excusari non potest. At in nostra specie liberè testator qui iurauit, reuo-

care potest testamētum. Cū ergo permisso legis reuocet, non debet autoritate eius decipi. l. *I.C. de his qui veniam attatis impetr.*

Sanè & quemadmodum testator qui iurauit potest nihilominus reuocare testamentum, poterit etiam etsi se non reuocatur voverit, vt idem iuris sit de voto quod de iure iurando. Fulgos. *confil.* 13. *Iason confil.* 122. *volum. 4.* Qux autem diximus de iurciando, obtinent etiam si in ipso testamento testator donec & bona sua, si contingat cum reuocare testamentum, donatio enim facta sub ea condizione quasi in poenam mutantis testamentum facta videatur, ideoque nulla, quia auferit liberam testandi facultatem, contra bonos mores. *d.l. stipulatio hoc modo concepta, vbi Bart.* idem Bartol., *in d.l. si quis in principio. ff. de legkt. 3. & in t. cum duobus. §. idem respondit. ff. profacio.* vbi Bald. & Fulgos. Dynus *confil.* 10. Alexand. *confil.* 25. *vol. 3.* quorum opinio verior est, etiamsi ea & donatione facta fuerit in gratiam piz causæ, Bald. *in cap. 2. de feudo dato in vicem legis commissor.* & *in cap. 2. de consuetud. quamvis idem Bald. in cap. in presentia. de probatio.* Ias. *conf.* 122. &

122. & Barbat. *in cap. relatum.*  
*de testament.* contrarium scri-  
 pferit. Ecclesia enim cultrix  
 est iustitiae, atque morum. §.  
*fin. de alien. feudi.* Deinde etsi  
 solemnia testamentorum in  
 gratiam piax causæ relaxentur,  
 ea tamen, quæ pertinent ad  
 substantiam testamentorum,  
 minimè mutandi & reuocan-  
 di libertas est de substantia ul-  
 timæ voluntatis: quare clau-  
 sula illa de non reuocando te-  
 stamentum, est contra sub-  
 stantiam testamenti. Bald. post  
 Cyn. *in l. pater 1. in 2. lectura ff.*  
 13. *de adopt.* Quod si † de re sin-  
 gulari donatio fiat in testa-  
 mento, si testamentum reuo-  
 cetur, an ea donatio efficax sit  
 in dubium reuocatur. Roman.  
*consil. 293.* & Decius *consil. 293.*  
 donationem de re particula-  
 ri, puta alicuius legati, in pœ-  
 nam mutantis testamentum  
 non improbari contendunt.  
 Ad idem Lud. Roman. *consil.*  
 171. Bald. *in d. l. sancimus. C. de*  
*testam.* Angel. *consil. 66* & *con-*  
*sil. 254.* Aret. *in l. heredes pa-*  
*lam. ff. de testam.* Alex. *consil.*  
 156. *volum. 7.* Curtius junior  
*consil. 56.* Parisius *consil. 69. vol.*  
 3. & Cagnol. *in l. final. C. de pa-*  
*cis.* contrarium sentiunt. quo-  
 rum opinio verior ex l. *stipula-*  
*tio hoc modo.* ibi, tantum dare  
*spōndes.* erat enim ibi promis-

fio de re particulari. Deinde  
 testandi libertas nedum tolli,  
 sed nec constringi potest. *l. si*  
*fratres. §. idem respondit. ff. pro*  
*socio.* Præterea facientur omnes  
 donationem omnium bono-  
 rum in pœnam mutationis te-  
 stamenti nullius penitus esse  
 momenti, quamquam non o-  
 mniro auferatur testandi fa-  
 cultas, de futuris enim testari  
 potest donator; non eo ergo  
 improbatur donatio quod au-  
 ferat testandi facultatem, sed  
 eo quod substantiae atque na-  
 turæ testamenti repugnet, te-  
 stamentum non reuocari, &  
 iurigentium atque bonis mo-  
 ribus aduersetur, nihil enim  
 est quod magis hominibus de-  
 beatur, &c.

Denique in legatis perinde  
 atque in institutione ambula-  
 toria est voluntas usque ad  
 mortem. *l. 4. ff. de admend. le-*  
*gat.* neque † potest testator  
 etiam in legatis sibi legem im-  
 ponere, à qua recedere non  
 liceat. *d. l. si quis in principio. l.*  
*bnius. §. licet. ff. de iure cod. l fin.*  
*ff. de legat. 2.* Accedit quod  
 nemo possit sibi legem im-  
 ponere, ne liceat † mutare se-  
 pulturam. Andreas Monach.  
 & Anchar. *in cap. 1. de sepultur.*  
*apud Bonif.*

Rursus liberum est testa-  
 mentum, aut aliam supremam

- dispositionem reuocare , et iam si adiecta fuerit clausula,  
 16. quæ vulgo † *Derogatoria* appellatur , qua scilicet testator futuro testamento derogat , puto , si aliud testamentum fecero , nolo illud valere . vel , nolo valere aliud testamentum , nisi in eo exarata sit oratio Dominica , vel , salve Regina . In qua quæstione Doctores adeò confusè & permixtè loquuntur , ut vix quod verum est elicere possit .

Ego quām breuissimè poterò singula articulatim diffinire que enucleabo . Itaque in hac tractatione , quæ multis obstructa est difficultatibus , considerandum est tripliciter .

17. ter † derogari futuro testamento . nam aut testator derogat potestati alii penitus testamentum condendi , puta non amplius posse testari , aut pœnitere ; vel derogat quoad voluntatem : ut si testator declareret nolle aliud testamentum quod in postrem facere posset valere , nisi in eo exarata sint certa verba , puta , *Pater noster* , aut *Ave Maria* , aut *Arma virumque cano* , & similia . Vel & postrem testator derogat his quæ ad solemnitatem spectant , véluti si testator dixerit : Nolo testamentum aliud valere , nisi in co-

decem testes , aut alia quædam solemnia , quæ iure minimè desiderantur , intercedant . Porro si derogatum fuerit potestati testandi , posteriore prius testamentum abrogatur , etiam si derogatoria clausula nulla prorsus mētio fiat ; omnis enim dispositio qua testandi potestas aufertur , à iure improbatur . *L. stipulatio hoc modo concepta . ff. de verb. oblig.* nemo enim sibi † potest legem 18. imponere , à qua sibi recedere non liceat . *L. si quis in principio . ff. delegat.* 3. Bart. Socin. & Iason in *L. si mihi & tibi . §. in legato . ff. de legato .* 1. Cynus , Fulgos. & cæteri in *L. sanctimus . C. de testam.* Corn. *conf. 86. vol. 3.* Quinimò si testator derogaverit futuro testamento , nisi † 19. in eo totum Psalterium scribarur , quia ea conditio quām impossibilis potestatem testandi minuit , secundum testamentum , etiam si derogationis non meminerit , efficax est , ea enim conditio similis videtur conditioni , si cœlum tetigere . Ideoque tanquam impossibilis propter nimiam difficultatem pro non adiecta habetur . Bald. *confil. 359. vol. 3.* cuius initium est , *verba opposita .* Idem respondit Barbat. *confil. 72. vol. 3.* in rustico , qui in priore suo testamento deroga

rogauerat futuro, nisi in eo totum Symbolum Apostolorum scriptum esset, quod tamen ille nunquam didicerat, sibi enim videbatur præcidisse facultatem testandi, quod leges abhorrent. Non desunt tamen, qui eam derogationem utilem esse contendunt, eiisque mentionem necessariam in posteriore testamento. Accursius & Imola *in dicto §. in legatis.* iuusta argumentatione quam ibidem Alexander & Socinus grauissimis argumentis refellunt. Hactenus de derogatione potestatis testandi.

Quod verò pertinet ad derogationem voluntatis, qua non omnimoda condendi testamentum libertas præcidiatur, verùm testator declarat, si nolle aliud testamentum varlere, nisi in eo certa verba describantur, an posterius testamentum efficax sit, nulla derogationis facta mentione, ingens est controuersia. Quidam enim posteriore prius reuocari, etiam si nullo modo derogationis meminerit, argumentis & rationibus docuerunt. Jacob: de Aretio d. *l. si quis in principio.* plenè & luculenter Jacob. de Bello Visu *in Nouell. de testam. imperfect.* quæ quidem opinio plausibi-

lis est, cámque Jacob. de Bello Visu triginta argumentis confirmat, & præcipue *l. Diui. §. li. c. ff. de iure cod.* neque difficile erit disputando *† l. si quis in principio,* qua interpretes potissimum nituntur effugere. Primum enim ea lex *si quis in principio*, quod. & Jacob. de Aret. obseruavit, de legatis verba facit, quorum datio vel ademptio pendet omnino à voluntate testantis: & testamenti factio non solum à voluntate testantis, sed & præcipue à potestate & dispositione iuris publici, cui non potest derogari, quo sane constitutum est ambulatoriam esse voluntatem usque ad extre-  
mum vitæ exitum. Vel, & subtilius in specie illius legis, *si quis in principio*, legatum postea bis relictum ideo est inutile, quia prius fuit ademptum: quod verò ademptum est, nec datum videtur. *l. si ita sit scrip-  
tum ff. de leg.* *l. quæ lex lucem affert l. si quis in principio.* nam in ea *†* lege verba derogatoria non efficiunt ut quod postea legatum est, non debeatur, sed verba, ut Doctor. loquuntur, dispositiva & ademptiva, hoc est, quæ disponunt & admittunt, & quidem purè & simpliciter, non autem sub conditione. Addo *†* quod *l. si quis in principio.*

*p̄o*, loquitur quando postea eodem testamento vel codicillis testator sciens eidem s̄epe legauit, tunc enim legata postea in eodem testamento relicta, vel in codicillis, qui pendent ex testamento, ex eoque vires capiunt, & ius eius sequuntur. *l. si quis. §. final. & L. ab intestato ff. de iure codicillor.* ideo non valent, quia prius adempta fuerunt. Præterea legata quæ in eo testamento vel codicillis continentur, vires habent ex eo testamento: at vbi diuersa sunt testamenta, si posteriore testamento bis relinquatur, legatum valet, etiam nulla mentione facta prioris testamenti. legatum enim non à priore testamento, sed ab ipso posteriore virtus habet.

Sed tamen quidquid ha-  
stenus dixi, omnium ferè cal-  
24. culo receptum est † prius te-  
stamentum; in quo clausula  
derogatoria voluntatis adie-  
cta sit; non reuocari posterio-  
re testamento, nisi specialiter  
prioris voluntatis ac deroga-  
tionis p̄eniteat. Idque variis  
rationibus. Prima cix *l. si quis in*  
*principio. & l. si mibi & tibi. §. si*  
*as. ff. de legat. i.* Præterea ver-  
ba derogatoria in priore te-  
stamento scripta impediunt  
consensum & voluntatem in

secundo testamento, ita quod secundum testamentum nisi specialiter priori derogeret, non est ultima voluntas, licet sic ultima scripture, quia consen-  
sus deficit priore testamento retentus. argum. *l. et si quis. §. plerique. ff. de religios. & sum-  
ptib. funer.* Imò prius testamen-  
tum est ultima voluntas, se-  
cundum autem testamentum nullum, quia consensus defi-  
cit. Rursus non minus opera-  
tur expressa derogatio, quam  
tacita: at tacita derogatio in  
priore testamēto. impedit po-  
steriore prius rumpi, nisi testa-  
tor expressim derogauerit. *§.  
siquidem. Nonella de testament.  
imperfect. Authent. quod sine.  
& Authent. hoc inter liberos. C. de  
testament.* Expressa ergo idem  
operatur. Præterea testatorum  
maxime interest prius testa-  
mentum non dissolui, quidam  
enim dum vxorem, parentes  
aut alios summa potestate  
prædictos verentur, testamen-  
tum † liberè faciunt cum de-  
rogatione futuri testamenti:  
ac postea ea cautione & clau-  
sula fidentes, & secuti, abhūd  
testamentum condunt, quo  
eorum gratiam aucupentur,  
& retinēant. Sanè ipsis te-  
stāntibus perniciosum foret  
posterioris testamentum vale-  
re; idque fieri solere scripsit

Bart.

Bart. in Extravag. ad reprimendum: in verbo, non obstantibus. argumētum autem receptum & ab his quæ frequenter accidunt, l. eum. qui. ff. de publican. Plura in eandem sententiam adferunt Dynus in d. regul. quod semel. gloss. in can. quoniam. distinct. 18. Archid. in can. ultima voluntas. 13. quæst. 2. Bart. & cæteris in d. l. si quis in principio. Soz. & Iuf. in d. §. in legatis. Specul. in tit. de instrum. edito. §. compendiosè. Card. consil. 102. neque officit l. Diu. §. licet. ff. de iure codicilib. Ibi enim Acipurcius, quem vulgo Dōctores sequuntur, notat sup. plendum esse ut valeant codicilli postea facti, licet neque signati, neque testatoris manus scripti fuerint, si specialiter testator expresserit se prioris voluntatis pornitere. Coniecturam verò Accurs. & Interpretum iuuat l. si quis in principio. Initium enim supremam voluntatem potiorem esse Hermogenianus disertè affirmat. At paulo pòst idipsum interpretatur, si specialiter, &c. Iuuatur etiam hæc conjectura eodem §. licet. ibi, nam ea quæ postea geruntur prioribus. derogant. quasi in his codicillis ita derogatum fuerit his, quæ in confirmatione con dicillorum antè dicta fue-

26.

rāt: quomodo autem, vel qua verborum formula derogatio prioris clausulæ derogatoriæ fieri debeat, nutant Doctor. quidam. generalem derogationem sufficere contendunt, puta, Non obstante quo cunque testamento. vbi præsertim unum duntaxat præcedit testamentum. Bald: hor loco: & in l. humanum. C. de legib. & in Authent. hoc inter liberos. vbi Angel. & Alber. in d. l. si quis, in principio. nam si testator derogationis memoriam amisit, quod facile & frequenter accidere solet, in eo præsertim, qui mortis cogitatione turbatur. l. hac consultissim. §. at cum humana fragilitas, qui testam. facere possunt. ferendum non, est memorie lapsu testandi potestatem adimi: si verò memor fuit, coniiciendum est testatorem scientem prudètemque permisisse, faciendo secundum testamen tum. Præterea vbi unum duntaxat testamentum antecedit, testamenti derogatio, quæ non potest nisi ad unum referri, pro speciali habet ut. l. si optio. ff. de optio. legat. l. 2. ff. de liber. & posthumis. Roman. cons. 385. Alij putant nominatim, & vt Doctores loquuntur, in individuo derogandum esse clausulæ derogatoriæ, puta,

Non obstante clausula derogatoria. quæ orationis Dominicæ mentionem exigebat. cāmque sententiam amplectuntur glos. *in d. § in legatis.* Barbat. *in cap. cum effes. de testamento. circa finem.* Salicet. *in l. sancimus. C. de test.* Ias. *in d. § in legatis.* Secundā lectura mouentur, præcipue *d. l. si quis in principio.* quam latè & variè expendunt. Primum ibi specialiter, hoc est, expresso proprio nomine, & indiuiduo. *l. final. §. omnem. C. de administratur. l. si quando. §. generaliter. C. de in offic. testam. gloss. in l. quod in rerum. §. final. ff. de legat. i. gloss. in Clem. l. de iudic.* Secundò lex, *si quis in principio,* duo exigit, vnum quod fiat specialis derogatio, deinde quod disponat in indiuiduo contrariū eius quod dispositio præcedens continebat; ibi enim posterior voluntas obtinet, modò specialiter testator dixerit se prioris voluntatis pœnitere, & voluisse legatum pluram legatarum accipere: atque ita, ut pritat Iason, in indiuiduo disponat. Crebrus tamen Doctores crediderunt etiamsi nō particulatim vel in indiuiduo derogationi derogatur, modò speciatim id fiat; veluti si testator dicat: Non obstante quacunque clausula

derogatoria, etiamsi verba eius non exprimat, derogationem utilem esse. Bart. & catetri *in d. l. si quis in principio.* Feder. *de Senis consil. 47.* Geminius. *consil. 15.* Bald. *consil. 270.* initium est, *questio, volum. 4.* Alex. *consil. 134 vol. 1.* Barbat. *consil. 72. vol. 3. & consil. 39. vol. 4.* Alex. Corneus & Iason *in l. sancimus. C. de testament.* Corneus *consil. 86. vol. 3.* Socin. *in d. l. si mihi & tibi. §. in legatis.* Paul. Castr. *consil. 206.*

Hanc verò communem & vulgo receptam sententiam confirmant primum quod lex *si quis in principio,* exigat testatorem specialiter pœnituisse: specialiter autem fieri censetur cum testator clausula derogatoria meminit; etiamsi verba quæ in ea continentur, non exprimat: quemadmodum expressa substitutio dicitur in specie, si hæres non erit, talis sit hæres, etiamsi nominatim vel in indiuiduo nondicat; si filius meus me viuo moriatur, &c. Bart. *in l. l. ff. de vulgar.* Pariter quis dicitur renuntiare fori priuilegio, specialiter, ubi renunciar omni fori priuilegio, etiamsi illud priuilegium non exprimat. Bart. *in l. 1. ff. si quis in ius vocat. argum. l. fin. C. quod cum eo quod pluribus cōfirmat Bart. in d.*

*in d. cap. cùm effe.* Deinde idem operatur clausula derogatoria in ultima voluntate, quod operatur ratione posterioris legis gloss. sing. *in cap. i. de consil. apud Bonifac.* at in legibus sufficit derogatio specialis, etiam si non sit particularis in individuo. Panorm. *in cap. floralis. de fide instrument.* Feini. *in cap. veniens. de prescript.* Paul. *in Clement. i. de sepultur.* Præterea si in posteriore testamento necessaria foret verborum, quæ in priore derogatione continentur, expressio coangustaretur. nimium libertas testandi. nam verborum, quæ in derogatione expressa sunt, plerumque testator immemore est, memoria enim labilis est. *I. peregr. §. quibus. ff. de acquir. possess.* Quare sipe & frequenter motientium voluntates corruerent, qua ratione mouetur Fedet. de Senis *consil. 56.*

27. Restat ut rationes & eorum, qui generalem derogationem sufficere, eorum item qui singularē & in individuo derogationem desiderant, paucis refellamus.

Quod ad Baldi rationes pertinet, nō æquè facile conciēdum est testatorem clausulam derogatoriā obliuionī mandasse, ac verba, quæ in

derogatione apposuerat; facilis enim recordamur derogationem adiectam in priore testamento, quām quædam tunc concepta & dictata verba. Denique dum derogatio antecedit, de expressa & speciali reuocatione apparerē debet, alioqui lex interpretetur testatorem non penitusse. *d. l. si quis in principio.* Porro conciēdum est quod vulgo traditur à Bald. & Bart. derogationem generalem sufficere, Non obstante quocunque testamento, vbi unicum duntaxat antecessit testamentum. nam etsi plura præcedant testamenta, clausula generalis non potest referri, nisi ad ultimum testamentum, in quo est clausula derogatoria. Alia enim priora testamenta irrita & reuocata fauere. Sicut ergo cum plura antecedunt, non sufficit generalis clausula, ita quoque cum: unum antecedit. Angel. & Imol. *in l. 2 ff. de liber. & posth.* vbi Alexad. Præterea cum generalis clausula, Non obstante quocunque testamento, vel reuocans omne testamētum, quoties non potest nisi ad unum referri, habetur pro speciali quoad testamentum: at quoad clausulam quæ in testamēto continetur, cuius nulla fit mentio genera

generalis, remanet.

Quod verò spectat ad rationes Saliceti, Barbat, & Iasonis, considerandum est specialiter aliquid fieri, etiam si non singulariter, vel in individuo. *l. Titius.* & *ibi Bart. de lib. & post.* Porrò obsetuandum est specialiter derogari clausulae derogatoriae, etiam si eius nulla fiat mentio, vbi exprimit testator, non obstante tali testamento, manu talis Notarii, sub tali die. *Castr. in d. Auth. hoc inter liberos.* *Bald. in l. humanum. C. de legibus.* *Cornneus consil. 174. volum. 2.* *Socius plenè in d. §. in legatis, numer. 9.*

Postremò quoad derogationem quæ solemnia spectat, cōcludunt vulgo interpretes ultimam voluntatem etsi in ea non intercedat solemnitas à testatore expressa, vel ei non fuerit derogatum, efficacem esse. *d. l. Diuus. §. licet. de iure codicilli.*

Accedit quod sicut testator non potest mingere solemnia à iure introducta, ita noua & non necessaria addere nō debet. *Bart. in d. l. si quis in principio. Iason in l. nemo potest. de leg. 1.* Verū hæc sententia apud me suspecta est: nam etsi necessaria omissa officiant, abundans tamen cautela non

nocet. *l. seflamētum. C. de testam.* Præterea etsi ea clausula qua amplior solemnitas quam quæ à iure præscripta est, desideratur, nullius sit momenti, actionibus tamen quæ nullæ sunt, declaratur voluntas testantis. *l. fin. ff. de reb. eorum.* Itaque clausula qua derogatur futuro testamento, nisi talis solemnitas intercedat, voluntatem declarat tquod & Bartol, animaduertit in d. l. si quis in principio.

Sanè in quibusdam casib. 28. bus posterius testamentum præualet priori, etiam si nulla mentio fiat clausulae derogatoriae, quoties scilicet non leuis coniectura ducimur testatorem voluisse posterius testamentum præferri. Nam expessum dicitur quod coniecturis apparet. *l. 4. de adim. leg.* *l. licet Imperator. de leg. 2.* *Bald. & Iason in d. l. fanicus. C. de testam.* Variæ sunt coniecturæ. Primò si testator in secundo testamento iurauit, vel si fiat testamentum coram Principe, aut apud acta, vel si inimicitiæ interuenienterint inter hæredem primo testamento scriptum, & testatorem; vel si decennium effluxerit post primum testamentum. Vide alias coniecturas ex Iason in d. l. fanicus. *Bened. in c. Raynulius. in verbis testa-*

*testamentum, in 2. Socin. junior consil. 124. volum. 1. Quibus & hæc adiicitur, quoties secundum testamentum factum est gratia piæ causæ nam in gratiam piæ causæ censetur derogatum clausulæ derogatorix adiectæ in primo testamento, etiam si eius non fiat mentio, Old. consil. 129. Alex. consil. 130. volum. 4. Iason in d. Auth. hoc inter liberos. Nam testamentum ad pias causas codem priuilegio nititur, quo testamentum inter liberos. Atque testamentum inter liberos clausulam derogatoriam habere censetur, nedum ad testamenta quæ antecedunt, sed & ad subsequentia. d. Auth. hoc inter liberos. Iason in d. l. sanitius.*

## I A C. FERRERIVS.

**V**ide Dilectum de arte te-  
standi tit. 10. cautela pri-  
ma. De priuilegiis &c legi-  
bus vide Decium consil. 164.  
Chopin. in consuetud. And.  
lib. 3. cap. 2. tit. 4. numer.  
16.

## Q V Æ S T . X C I I I .

*An Ecclesie immunes sint à tributis & muneribus; & de taleis; & an domini à subditis tales exigere possint; & des tailles es quatre cas.*

## S U M M A R E R V M .

1. Munerum diuīsio.
2. Munera extraordinaria que; & num. 7.
3. Que ordinaria.
4. Collationes ex improviso in dictæ que.
5. Feriae extraordinaria que.
6. Tributorum genera quotuplia.
8. Natalitia, & nuptiarum dona que.

Les quatre cas.

9. Primus casus.
10. Adduntur alij casus ex con-  
stitutionibus Neapolita-  
nis.
11. Adhuc alij ab Speculatore.
12. Preiudicia quibus licet do-  
minis pecuniam exigere  
à subditis.
13. Non licere Principi, aut do-  
mino

H h mino

- mino subditos tributo o-  
nerare dotāde filie causa.
14. Mos antiquorum in dotandis  
filiabus, vel redimendis  
captiuis ab hoste.
15. Mos hodiernus quis.
16. Casus secundus.
17. Vasallos contribuere debere  
ad liberandum patronum  
captū ab hostibus, etiam si  
dives sit.
18. Quid si dominus tantudem  
cōsequatur à Rege, quan-  
tum redemptionis nomi-  
ne exsoluerit.
19. Vasallorum genera varia.
20. Casus tertius.
21. Subditos quādoque cogi sub-  
venire domino profici-  
senti Hierosolymam de-  
nationis causa.
22. Quartus casus.
23. Equestri dignitate donatum  
subditis indicere tribu-  
tum posse.
24. Qui dignitate equestri do-  
nabantur.
25. Subditi quando his casibus  
torqueri ad solutionem  
posint.
26. In his casibus pecuniam pre-  
stari quæ conuenientia est.
27. Tributum, vel collectam im-  
ponēdi auctoritas regalis.
28. Ecclesia utrum conserre te-  
neatur in his quatuor ca-  
sibus.
29. Utrum talea, siue collectæ sint

- munera ordinaria, siue  
extraordinaria; & nu-  
mer. 32.
30. An Ecclesia immunis sit à  
taleis.
31. Talea quid, & unde.
33. Taleas dīversimodè prestari  
pro consuetudine loci.
34. Taleas non imperari, sed po-  
stulari.
35. Predia Ecclesie utrum libera-  
rà taleis. Dīstingue vt nu-  
mer. 36.
37. Ecclesiæ bona immobilia non  
eximi à taleis.
38. Mansus, siue mansum quid;  
& numer. 40.
39. Mansum duplex.
40. Nobiles Francie qua ratione  
tencantur conserre ta-  
leas.
41. De Presidibus & Consiliariis  
quid.
42. Utrum capi possint singuli, &  
exigi pro inductionibus  
aliorum & uniuersitatis.
43. An extranei teneantur de  
collectis prædiorum,

V N E R V M hæc est  
M inter cæteras t̄ diui-  
sio, vt quædam sint  
ordinaria, quædam extraordi-  
naria. Ordinaria arbitratur  
Bart. esse quæ à lege vel Prin-  
cipe indicuntur; extraordi-  
naria quæ ab inferioribus Prin-  
cipe, puta à magistratibus, vel  
maioribus

maiорibus gabellariis. Bart. in l. hi qui. ff. de iure immunit. argum. l. i. C. de vacat. publ. muner.

Ego sanè fateor munera ab alio quam à Principe imposta, † extraordianaria censer. d. l. i. de vacat. public. muner. l. in honoribus. §. qui muneris. ff. de vacat. muner. l. i. C. de super-indict. Verò non omnia quæ à Principe imposta sunt, † munera ordinaria sunt, sed ea dumtaxat, quæ certam & perpetuam formam vel p̄stinationem habent. argum. l. Seio. §. medico ff. de annis legat. quæ verò à Principe ordinantur, vrgente necessitate, vel ex variis occasionibus, extraordianaria iudicantur. l. Curiales. C. de decurio. lib. io. ibi, pro re priuata nostra. gloss. in l. i. de agricol. & censit. Gulielm. de Cuneo in l. neminem. infr. hoc tit. Bart. hoc loco, & in l. i. C. de mulieribus. quo loco Lucas de Penna in l. eam legem. C. de excus. muner. & in l. medicos. de professore. & medic. Chassan. in tit. des Iustices. §. 4.

Huiusmodi verò munera † vocantur † collationes ex improviso indictæ. l. in honoribus. §. qui muneris. ff. de vacat. muner. quemadmodum & † feriae extraordinariae dicuntur, quæ casu & fortuito in honorem

Principis, vel ob res prosperè gestas imperantur. l. sed & si per pretorem. §. sed cum feria. ff. quibus ex causis maior.

Legimus † tributorum tria genera, autore Festo, vnum quod in capita, alterum quod ex censu collatum erat, tertium quod extra ordinem imperabatur, quod & Temerarium Festus appellat, de quonos alibi. Accursius hoc loco, inter † extraordianaria numerat quoties Princeps tributū imperat pro filio nato, vel vxore ducta. Nam & munera p̄stabantur ob nuptias, vel filiorum natiuitatem, quæ † Natalitia, & nuptiarum dona vocantur. l. inter donum. ff. de verbor. signific. utriusque muneris meminit Terent. in Phormione. Nam herilem filium eius duxisse audio uxorem, ei credo munus hoc corraditur. & postea: Porrò autem ferietur alio munere, ubi hera perpererit. Nuptialis item muneris mentio fit in l. tutor secundum dignitatem. §. final. ff. de administrat. tutor. l. t. §. præterea. ff. de tutel. & ratio. distr. & apud Ciceronem in oratio. pro Cluentio.

Sanè hoc argumento receptum esse in Gallia plerique opinantur ut subditi ex conventione vel consuetudine

præscripta subueniant & opitulentur dominis & patrohis in quatuor, ut dicunt, casibus, in quibus licet patrono collectam imperare, & exigere, si vel conuentio, vel consuetudo legitimè præscripta intercedat. Ioannes Faber in *l. l.C.* de *summa Trinit.* & in *§. aequè.* de *actio.* Specul. in *tit. de feudis.* §. quoniam. Petr. Jacob. in *tit. de causis,* ex quibus dominus debet amittere propriet. *dist. 9.* Guid. Papæ *quest. 57.* & *consil. 1.* Sylvester in *summa, in verbo, dominium.* *quest. 5.* Masuer. in *tit. de taleis. versic.* item *quatuor.* Benedict. in *verbo,* & *vxorem.* *decis. 4.* Chassan. in *tit. des iustices.* §. 4. plenissimè Boërius *questio.* 126. & *quinque sequentib.* Martinus Freccius Neapolitanus in *comment. feudal.* Ioannes Raynald. in *comprehens. fonda-* li. §. *firmiter.* de *prohibit. feudi alienat.* Iacobin. in *tract. de feu-* dis. *in verbo,* cum *mero.* Sanxon in *rubr. des loyaux aydes.* Albert. Brunus *consil. 32.*

9. Prior + casus est cùm nuptiis aliquis filiam collocat: alter ad dominum redendum si ab hostibus captus fuerit: tertius, si dominus ultra mare profisciscatur belandi ergò cum religionis Christianæ hostibus: quartus vbi dominus militiæ cingulo

donatur.

Planè + constitutionibus 10. Neapolitanis alij casus addūt-  
tur, pro emenda terra, & pro seruitio Regis, vel exercitus.  
*lib. 3. tit. 20. de adiutorio exigend.*  
*ab hominib.*

Adduntur + alij casus ab 11. Speculat. in *tit. de feudis.* Card. in *cap. 1.* §. *final. de cap.* Corrad. Albert. Bruno *consil. 103.* Antiq. in *tract. de munier.* 2. *parte.* & cæteris interpretibus.

Extantque apud nos + præ- 12. iudicia, quibus licet dominis pecuniam exigere dum filii vel filiæ nascuntur. Arresto 11. Septembris 1559. Syndico Dentraygues, & Antonio de Cayres domino dicti loci dis- ceptantibus. Item pro emen- dis redditibus, & censibus, aliis que bonis, Arresto 17. Ianua- rij 1496. pro domino Darpa- zone, & de la Brosse, aliisque casibus.

Nos tantum de quatuor casibus verba faciemus. Quod ad primum pertinet, iure non + licet Principi, vel domino 13. dotandæ filiæ nomine subditos tributo onerare. Faber, Castr. & cæteri in *l. 3. C. de sta-* tuis & *imag.* Bald. & Castr. in *L. neminem.* *hoc tit.* & in *Lex hoc iure ff. de iustit.* & *iure.* Jacob. de S. Georg. in *tract. de homag.*

Antiquitus + clientes pa- 14  
tronos

tronos iuuabant dum filias nuptui dabant, vel ut eos ab hoste captiuos redimerent. Dionys. Halicarnas. lib. 2. *Vicissim clientum erat patronos iuuare elocantes filias, si his parum esset pecunia, & ab hoste captiuos redimere, &c.* quod moribus nostris instauratum est. Legimus † Reges nostros pro dote filiarum tributum populo Gallico imperasse, de eoque extant Senatusconsulta in Parlamento Purificationis D. Virginis 1271. Quod tamen de prima filia ex priore ipsius matrimonio nonnulli interpretantur. Guid. Papæ quæst. 57. Sanxon in *consuet. Turonensi. tit. des loyaux aydes.* §. 4. Chassaneus in *tit. de Inſtices.* §. 4. Tiraq. ad *l. boues.* §. hoc sermone. ff. de verb. signific. numer. 14. Masuer. verò in *titul. de taleis. versic.* item quatuor. scribit hoc ius patronis competere nedum pro priore filia, sed & pro cæteris, pro primo tamen cuiusque matrimonio, quem Matthæus de Afflict. in *constitut. Sicilie,* cuius initium est, *quamplurimum,* sequitur.

Testatur Gallorum Annales Philippum Pulchrum pro dote secundæ filiæ Isabellæ, quæ nupserat Regi Angliæ, collectam clientibus seu va-

fallis imposuisse, & eodē iure vsum Fidericum secundum indicat eius rescriptum apud Petrum de Vineis lib. 5. epist. cap. 16. eaque opinio pluri- bus Senatusconsultis approbata est pro domino Darpa- zone, & de la Brosse, contra incolas dicti de la Brosse. 17. Ianuarij 1496. Item pro Domino de Ioyeuse contra incolas loci S. Desiderij, S. Di- dier, 17. Februarij 1511.

Cæterum an idem iuris sit in dote sororis patroni, in filia spuria, & in nepte, vide Alex. consil. 35. vol. 2. Matthæum de Afflict. in *d. constitut. Sicil.* *Quamplurimum.* Sanxon & Chassan. vbi plenissimè Boërius quæst. 126. & 127.

Alter casus est † ad libe- 16. randum pecuniæ dominum qui pro Rege pugnando ab hostibus Regis captus est, versatur enim Regis reique publicæ fauor, & cuius causa cum hoste pugnauit.

Testantur Gallorum Annales Regem Ioannem ab Anglis, Franciscum item ab Hispanis captos & comprehensos ingenti pretio redemptos, eoque nomine tributum populo imperatum, cui nedum prophani, sed & Ecclesiastici conferre cogebantur. plenè Boër. decif. 126. name. 9.

verùm is secundus casus nullo iure nullave æquitate nisi videtur. Nam ubi patrōni pro Rege dimicantes capiuntur ab hostib⁹, Rex eos redimere non solum de honestate, ut Bald. *in cap... an agnat.* Innoc. *in cap. sicut. de iure iurand.* verùm ex necessitate cogitūt. *I. inter causas.* §. non omnia. ff. mandat. *I. si seruus.* §. quod verò. ff. *de furt.* Panorm. *in cap. significante. de pignor.* Bellamer. plenē *confil.* 22. Barb. *confil.* 46. vol. 4. Præterea si dominus pugnando hostem capiat, quod pro liberatione eius consequitur, non impetrat subditis, nec cum eis communicat, sed sibi præcipuum retinet. Vicissim ergo si capiatur ab hoste, subditi non debent conferre. arg. *I. fin. C. de solut. glos. in cap. statutum.* §. 1. *de rescript.* apud Bonif. Quibus rationibus tum demum subditos teneri ad redimendum dominum, quoties dominus pauper est, neque potest se aliter ab hostibus redimere, scripsit Matthæus de Afflīct. *in d. conflitut.* *Quamplurimum.* arg. m. eorum quæ notat Pan. *in cap. peruenit. de immunit. Eccles.*

17. Ego † verò arbitror clien-  
tes teneri etiam si dominus di-  
ues sit. nam & iuuare domi-  
num coguntur dum filiam nu-

ptui dat, vel ultra mare pu-  
gnandi causa proficiscitur, vel  
cingulo militiae donatur, et  
iam si locuples sit: ergo &  
quoties ab hostibus Regis ca-  
ptus est, etiam si ex patrimo-  
nio suo se ab hoste liberare  
possit. Accedit quòd si domi-  
nus locuples pecuniam suam  
redemptionis ergò impendat,  
minuitur eius patrimonium,  
efficiturque pauperior: præ-  
terea subsidium istud nō præ-  
statur domino paupertatis er-  
gò, verùm ratione dominij ex  
contraetu, vel consuetudine.  
Denique cōstitutionibus feu-  
doru⁹ vasalli tenentur domino  
subuenire, & opitulari, dum  
ad bellū cum Rege aduersus  
hostē progreditur, quod ho-  
stenditias præstare dicitur: id-  
que siue dominus egens, vel  
locuples sit. §. similiiter. *de ca-*  
*pital.* Corradi. multo fortius ei  
succurrere debet, si ab hosti-  
bus captus sit.

Caterūm an idem iuris sit  
† quoties dominus tantum-  
dem à Rege consequitur,  
quantum redemptionis no-  
mine exoluit, quæstionis est.  
Et plerisque visum est sub-  
ditos nihilominus domino  
subsidium conuentum vel  
consuetum præstare debere.  
Nam personale beneficium  
nō egreditur personam. vulg.  
*Lj.*

*I. si unus. §. ante omnia ff. de pacē.*  
 Principis ergo liberalitas collata in dominum non liberat vasallos. Præterea quemadmodum damnatus ad litis impensas exoluere tenetur Advocato honorarium qui gratis aduersario inferuit. Bald. in *l. fin. C. defruct. & litium expens.* Specul. in *tit. de expens.*  
*§. tenetur enim aduersarius ad antídora. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peccit. hered.* Parci quoque ratione vasalli tenentur præstare quod consuetum est redemptionis nomine, etiam si à Rège, vel alio liberatus sit dominus, nulloque in danno versetur, tenetur enim ad antídora.

Quidam distinguunt, an id quod donatum vel remissum est, sit ea lege donatum, vel remissum, ut nihilominus vasalli vel subditi conferre teneantur, eoque casu subditos non liberari. Andr. de Isernia in cap. 1. §. sed nec est alia iustior. que sit prima causa benef. amit. quod ita demum obtinet, si dum donatur, vel remittitur pecunia, id expressum sit, postea enim non prodebet. Andr. de Iser. in d. §. sed nec est alia iustior. argum. *l. si maiores. C. de transact. & l. cum te. C. de eo quod metus causa.* Vbi verò non apparet ea lege donatum vel

remissum, æquius est subditos non teneri. argum. eorum quæ notat gloss. in *l. i. C. de Episcop. and. & l. final. C. de postliminio reuers.* Francisc. de Crema sing. 166. cessat enim ratio. nam ea ratione subditi succurrere domino tenentur, ne pauperior fiat, néve dampnum & iacturam patiatur. At vbi redemptio soluta est ab alio donationis nomine, vel remissa, dominus non de damno, sed de lucro contendit. argum. *l. final. C. de condit.* Itaque cùm de lucro agatur, non est fauēdūm, præsertim in obdiosis: graue enim & molestum est in hac specie subditos ad conferendum domino vrgeri, agitur enim de perpetua seruitute imponenda, in quo odium versatur. Præterea iure nostro ciuili clientes, (quod tamen apud nos visu receptum non est) ad liberandum dominum vrgeri nō possunt. plenè Fernand. Vasquius lib. 1. controv. cap. 7. Ex his ergo apparet vasallum contribuere debere ad liberandum patronum qui ab hostibus captus est.

Hinc legimus apud Hel. modium t̄ vasallorum varia esse genera: alij fidem & hominum, alij seruitum debet, alij pacem, alij Pluvium, id est, ut domino capto ab hostibus

bus pro eo obsides dentur.  
Hodie non dantur obsides,  
sed munera & tributum.

20. Tertius † casus est vbi dominus vitra mare pergit belligerandi causa cum communibus Christianorum hostibus, cuius perfectionis ergo plura à iure singularia constituta sunt. *cap. quod super his, cum seq. de voto.* atque ita iudicatum 7 Martij 1558. litigantibus Syndico de Bonsal. & Dn. de Mommorin. Extant in archiuis Capitolinorū Tholosæ literæ Alfonsi Comitis vltimi, mensis Iunij 1370. quibus profitetur ciues Tholofanos non grauatae, sed libenter pro subsidio Terræ sanctæ, idque ad bellum, quo Princeps hæreticos persecutus, protrahit Alber. in *Dictionario suo, in verbo, Dominus.* quod tamen apud nos vsu receptum non est.

21. Quandoque † etiam subditi coguntur subuenire domino qui Hierosolymam proficiscitur voti exoluendi causa, modò conuentum sit. Arresto 11. Septembris 1559. Syndico Dentraygues, & domino dicti loci litigantibus.

22. Quartus † verò casus quoties dominus equestris militix, cingulo & dignitate ornatur. *l. i. de equestri dignit. digni-*

tas verò equestris à Regibus vel Regum Legatis aut exercitum præfectis confertur. Budæus *in l. fin. ff. de senat.* Id, que virtutis bellicæ gratia, et si sub unum & quosdam alios iuris Professores in equestrē ordinem indulgentia Principis abscriptos legamus *l. nuper. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 2. ff. de orig. iuris.*

Nos de equestri militia hoc loco agimus, cuius nomine † <sup>23.</sup> equestri dignitate donatus tributū subditis indicere potest, modò in exercitu & obsequio Principis cingulo donatus fit. Chassaneus *in catalogo gloria mundi, parte 9. considerat.* 26. Donabantur † autem cingulo vel dignitate equestri qui in acie præclarè cum hostibus dimicauerant quandoque ante pugnam, vel oppidi aut urbis obsecræ opugnationem, quo ad prælium & pugnam audaciores essent. Joannes Tilius *lib. 2. des Chevaliers de l'Ordre.*

Porrò † obseruandum est, <sup>24.</sup> subditos in his casibus ita demum ad solutionē vrgeri posse, si lex agri, vel conuentio legitima, aut consuetudo legitime præscripta intercedat: vbi verò non extat lex agri, vel conuentio, aut consuetudo, cogi non possunt vasalli ad huiusmodi

huiusmodi iura præstâda, quæ odiosa sunt ; onus enim & seruitutem perpetuam continent. Bald. *in l. iis quibus. C. de fideic. hered.* Bartol. & Bald. *in l. cum multa. C. de bon. que liber.*  
Tiraq. *de nobilit. cap. 37.*

26. Præterea † obseruandum est, in his casibus pecuniam præstari, quæ conuenta est. Itaque Arresto Curia, cuius suprà mentionem feci, incolæ loci de la Brosse in quibusdam casibus damnati fuerunt pendere centum libras, in alijs verò quinquaginta. Alio item Arresto 23. Martij 1555. incolæ loci Deissene, domino de Broquiers & Deissen disceptantibus, pro quolibet horum quatuor causum damnati fuere exolucere 25. libras : vbi verò summa expressa non est, iubentur incolæ mediocrem pecuniam moderatimque subsidium præstare. argum. *l. si libertus ita iurauerit. de operis lib. can. viiiio 10. quest. 3. cap. cùm Apostolus. §. prohibemus. de censib.* Alber. *in Diction. in verbo, Dominus. Arrest. Senat. Tholos. pro domino de Mommorin.* 7. Martij 1558. Consulendum est hac in parte commodo subditorum, & restringenda dominorum licentia : quamuis quidā sint subditi seruiliſ

cuiusdam conditionis, manus mortuæ, qui sunt ad nutum taliabiles. vide Guid. Pap. q. 57. 313. 314. 315. & 316. Molinæum *sur les coutumes de Paris.* S. 2. gloss. 13. numer. 2. & 3. & §. 31. num. 55. in antiquis editionibus. vbi fusè de conditione seruili quorundam qui ad nutum sunt taliabiles. *ibidem de ascriptitiis & censitis.* Chassaneum *in conf. Burg. de mains mortes.* Cuiaciū ad tit. *C. de agricolis & censitis.* Aristotel. lib. 2. polit. cap. 6. 7. & 8. Constat etiam ex Sidonij lib. 5. epist. ad Pudentem, colonos seruos fuisse, & tributarios. Et Cæsar lib. 6. *belli Gallici*, narrat plebem in Gallia penè seruorum loco habitam, & plerosque se in seruitutem dicasse nobilibus, in quos eadem erant iura quæ dominis in seruos. Inde Ilitæ Laconibus, & Penitæ Thef-salis. Plato lib. 6. *de legibus.* Nam regulariter domini imponere non possunt vasallis & clientibus collectas & onera. *L. domini prediorum. C. de agricol. & censit. l. si priuatus ff. qui & à quibus.* Bart. *in l. 1. C. de excus. muner.* Bald *in l. cum multa. C. de bonis quæ liber.* autoritas † enim 27. tributum vel collectam imponebit ad regalia pertinet. *cap. 1. quæ sunt regal.* Alex. *confil.*

145. vol. 3. Autr. Arrest. 130. addō ut nec ciuitates Galliae fine permisso Regis aliquid imponere possint, edito Regis Francisci mense April. 1540. quod promulgatum, atque in acta publica Tholosae regestum est mense Septembr. 1541. Guido Pap. quest. 57. & quest. 87. & 106. nisi eo beneficio à Principe donatae sint litis persequendæ causa à Seuatu impetrare solum mediocrem summam. Boér. quest. 60. quod & alibi pleniùs notauius.

28. Ceterum an † Ecclesia in his quatuor casibus conferre teneatur, vel immunis sit, queri solet? Planè cùm Ecclesia ab extraordinariis immunis sit, verius est cogi non posse conferre, nisi rem tributariam, quæ onus illud agnoscit, acquirat. Faber hoc loco. Host. in tit. de immunit. Eccles. §. à quibus. Bald. in cap. cùm venissent. argum. illius cap. de eo qui mittit. in possess. nec enim rei mutatur conditio, et si ad Ecclesiam perueniat. plenè Luc. de Penna in l. final. de exact. tribut.

29. Hoc loco queritur † an taleæ nostræ, siue collectæ, numeretur inter extraordinaria munera, an verò ordinaria 30. adscribantur. Rursus † an Ec-

clesia à taleis immunis sit. Porro Budæus ad tit. de officio questor. collectam, cuius mentio fit apud Cicero. in lib. de orator. & in Authent. Item nulla Cod. de Episcop. & cler taleam appellat. Dicitur autem † talea, authore Philippo in summa priscorum munerum, ab eo quod taleare lignum, apud Varro. lib. 1. de re rustica legimus, dum lignum scinditur: intaleare verò dum præscindendo formatur: quapropter indictiones & tributa frustatim inter omnes scinduntur & diuiduntur, ac ideo taleari dicuntur. Vel talea dicitur ab eo quod ramus, qui ex utraque parte æquabiliter complanatur, ut numerus aliquis in eo describatur, talea dicitur. Cùm ergo in libro describantur omnes qui indictioni vel collectæ obnoxii sunt, probabile est indictionem illam, quæ præstatur ab his, qui in eo libro describuntur, & numerantur, taleam appellari. Non desunt qui talcam nostram nummariam, quæ Principis, vel repub. edito imperatur, Clarificationem ex Liuio ex lib. 8. appellari putent, in Veliternos, veteres ciues Romanos, quod totiens rebellaverint graviter fæcium, & mari deieci, &

& paulo pōst vsque ad mille  
passuum pondo clavigatio es-  
set , nec prius quam ære per-  
soluto , &c. & propriè Clari-  
gatio tributum est ex captiuis  
exactum , quod ex eius Linij  
loco , & Molano lib 23. in com-  
mentar. reipub. Rom. collige-  
re est.

Veridm an collecta , siue ta-  
32. lea sit † munus extraordinaria-  
rium , in dubium reuocari so-  
let. Quidam enim extraordinaria  
ea esse dicunt , quæ ab  
universitate imponuntur. Bart.  
consil. 180. arg. l. pater. *Ci de va-*  
*cav. muner: lib. 10.* non enim  
semper cædem collectæ vel  
taleæ imperantur , sed quandoque  
maiores , aliquando  
verò minores , aut nullæ , quod  
Beato Ludouico , ac Ludouico  
XII. imperantibus acci-  
disse Annales testantur.

Exstat in archiis Cameræ  
computorum Parisis testa-  
mentum D. Ludouici , quo  
disertè Philippo filio - vetatur  
ne taleas & subsidia à subiectis  
exigat , nisi iusta necessitas pre-  
mat , vel euidens regni utilitas  
suadeat , ne alioquin tyran-  
ni , non Regis officio fungi vi-  
deatur.

Regnante Carolo VII.  
populus Gallicus duas myria-  
des cum quingentis millibus  
librarum Turonensium quo-

tannis talearum nomine de-  
pendebat : at bonus Princeps  
decreuerat , teste Philippo  
Cominæo , nihil amplius ex-  
tra ordinem imperare , quam  
duodecim centena librarum  
millia . quam quidē summam  
conuentus Ordinum Gallie  
apud Turonenses habitus de-  
creuerat , eamque commo-  
dis & necessitatibus regni de-  
stinauerat : ipse autem con-  
sueto Francæ regni patri-  
monio , quod *Dominium* ap-  
pellamus , futurus erat con-  
tentus.

Carolus quoque nomen or-  
dinatione Aurelianensi 121.  
sperare & exspectare iubet  
subditos à taleis & aliis subsi-  
dii breui liberandos.

Deinde taleas † diuersis in  
locis dissimiliter præstantur,  
in quibusdam enim locis per  
lares & focos , alibi per capita ,  
in prouincia verò nostra Oc-  
citania pro modo patrimonij ,  
ac possessionum & bonorum  
censu , & , vt vulgo dicitur ,  
ad solum & libram , *au sol la*  
*ture.*

Denique taleas † siue col-  
lectas Rex non imperat , sed  
postulat. cap. cùm *Apostolus. §.*  
*sustinemus. de censib.* plenè &  
grauior Lucas de Penna in  
*L.I.C.de superindict.lib.10.* Qua-  
re singulis annis dum con-

uentus patriæ Occitanæ habentur, Rex per Legatos collectas quandoque grauiores, aliquando leuiores postulat, quæ omnia munus esse extraordinarium apertè indicant. At hodie, quia à multis annis taleæ præstantur, & de his quamplurimæ editæ leges, inter ordinaria iure collocare possunt. l. 1. C. de indit. lib. 10. ibi, quæ iam non extraordinarium, ut hæc tenus, sed ipsis facientibus, canonicum nomen accepit.

Fertur Carolum septimum taleam decem & octo mille librarum muneris ordinarij populo indixisse, quam postea Reges continuarunt, & auxerunt.

35. Verum .† an à taleis siue collectis Ecclesiæ prædia libera sint, ingens est controuersia, quæ omnium interpretum ingenia exercuit. Crebrior opinio est Ecclesiam ab omni collecta, quæ certam & perpetuam præstationem non habet, immunem esse. Primò ex l. nostra, & l. 2. C. de Episc. & cler. ibi, extraordinariorum munerum à predictis necessitas, &c. Secundo Authent. item nulla. C. de Episc. & cler. ibi, nulla communitas, vel persona publica, vel priuata, collectas, &c. Tertiò cap. non minus, & cap. aduersus.

de immunitat. Eccles. vbi exprefsim, talearum & collectarum mentio fit. Quartò cap. l. clericis, de immunit. Eccles. apud Bonifac. vbi etiam Pontifex talearum & collectarum ac regni Franciæ disertè meminuit. & cap. quamquam. de censib. in 6. & Clement. presenti. de censib. vbi pro rebus Ecclesiæ non licet pedagia, vel guidagia exigere: ergo nec collectas, vel indictiones, nedium à collectis, sed & à tributis quæ inter ordinaria munera numerantur, & certam perpetuamque præstationem habent, Ecclesia vacationem habet. Genes. 48. Joseph emit omnem terram Ægypti, subiecitque eam Pharaon, præter terram sacerdotum. vbi glossa monet, hæc verba Ecclesiam, in qua veri sunt sacerdotes, significare, eamque ab omni censi immunitem esse debere; quare D. Gregor. lib. 7. epist. 114. Ecclesiæ Gallicanæ nomine ad Theodorum Gallorum Regem conqueritur his verbis: Audiuimus autem, quia Ecclesiarum prædia tributa nunc praebant, & magna super hoc admiratione suspendimur, si ab eis illicita querantur accipi, quibus etiam licita relaxantur. Antiquitus deinde Gallorum sacerdotes ab omni tributo & indictione

dictione liberi erant. Cæsar lib. 5. de bello Gallico. Legimus apud Persas Artaxerxem venuisse ne Esdras vllum Leuitico ordini tributum imponearet. Esdræ cap. 7. Pugnat Honorij constitutio, quæ exarata est in 5. collectione Decretalium. cuius initium est, significavit. sub tit. de censib. quæ tamen non ponitur in nostris Decretalibus. & grauius eiusdem Honorij constitutio sub eodem tit. de censibus, cuius initium est, graue, quæ etiam prætermissa est in vulgat. Decret. cuius verba sunt, *Grave nobis, &c. quod res Portugalenſis tam in criminalibus, quam in ciuilibus cauſis respondere coram iudice ſeculari cogatur, nec coſiderans quod obſequiis aſcripti diuinis ab omni feruitute debeant prorsus eſſe immunes, angariis & perangariſ fatigant coſdem, nec his contentus eos ad muros faciendoſ, vel reficiondoſ, necnon in expeditione &c ad excubias, &c. ire cogit inuitos; quia ergo tantam Domini & Eccleſia iniuriā nolumus ſicut nec debemus equanimiter, praſertim cum char. in Christo fil. noſter S. Rom. Imp. illuſtriſ, imperiali lege ſancuerit, ut omnes omnino Eccleſiaſtice personaſ ab omnib. ſecularibuſ negotiis, taleis & coactionib. angariis, & perangariis, ſint immu-*

*nes, & quod predictū Regem, ut ab omnibus Clericorum & aliorum religiosorum ſuper hiſ grauaminibus conquiſcat, monere ac inducere procuretiſ, alioquin tam ipſum, quām alios ab huiusmodi temeritate defiſtere per Eccleſiaſticam cenſuram, appellatione remota, cogatiſ. Hier. Albanus Cardinal. in tract. de immunitat. Eccleſ. laudat can. ſan- citum 23. queſt. 8. in fine, vbi conſenſus Sumini Pontificis exigitur priuſquām Eccleſia pro prædiis, quæ acquiſiuit, conſueta munera perſoluaſ: tributa enim Princeps de rebus Eccleſiaſ in perniciem immunitatis Eccleſiaſtice ſta- tuere non potest. Calder. conf. 2. Panor. in d. cap. non minus. vbi amplius ſcripſit Ioannes Andreas, legibus ff. & Cod. non poſſe Eccleſiam obligari ad munera. plenē Doctoř. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariae. de conſtit. hanc veſt̄ ſententiam pluribus probat Hier. Alban. Cardinal. in tract. de immunitat. Eccleſiarum.*

Ego in hac queſtione diſtinguendum iudico, aut collectæ, vel taleæ personaleſ ſint, hoc eſt, personis iudican- tur, ut in omni ferè Gallia; an reales, hoc eſt, rebus ipſis. Legimus Auguſtum tributa iu- ſtituiſſe alia in caput, alia in

agros. Higinus Augusti liber-  
tus lib. 2. de limitib. consti.  
Nunc multi agri pecuniam  
præbent, & hanc per soli æstima-  
tionem. Vtrotumque me-  
minit Paulus in l. final. ff. de  
cens. ibi, tributum remisit capi-  
tis. Sed Vlpianus solū immu-  
ne factum interpretatus est,  
inde solarium vectigal quod  
pro sole penditur. l. 2. ff. ne  
quid in loco publ. Secundò et-  
iam superficies. ff. qui petitor. in  
pign. l. v. usufructu legato. §. quo-  
riam. ff. de usufructu. Planè vbi  
talē personales sūt, Ecclesiā,  
nobiles cæterique priuilegia-  
rii excusantur, clerici enim  
quoad ea quā personam ipso-  
rum spectant non subiiciuntur  
Principi; quare eis colle-  
cta imponi non potest argui.  
l. 1. quemad. ciuil. maner. ind. ibi,  
si alterius curia. & Esdræ lib. 1.  
cap. 7. ibi, de uniuersis Sacerdoti-  
bus, & Leuitis, & cantoribus, &  
ianitoribus, ut vectigal, & tribu-  
tum, & annonas non habeatis  
potest. item imponendi super eos.  
Vbi verò talē mercē reales  
sunt, hoc est, rebus indistę, pro  
modo patrimonij ac possessio-  
num, censi & existimatione  
rei proprię coharent: vt in l.  
sunt munera. ff. de vacat. munera.  
quemadmodum in prouincia  
Occitana, necnon in prouin-  
ciis Caturcensi & Rutenensi,

ac in prouincia Prouincia dī-  
stinguunt nonnulli, an bona  
sint descripta, &c, vt vulgo di-  
citur, æstimata & registrata in  
libris & commentariis publi-  
cis, & censualibus, quæ vulgus  
Campegia, Extima & Allibra-  
menta appellat, vel non sint  
descripta. Rursusque an onus:  
quo possessio descripta, & in  
censum relata, onusta est, sit  
certum perpetuumque, an incer-  
tum, varium & mutabile.  
Nam si perpetuam certam-  
que præstationem habeat, Eccle-  
sia immunitis non est, si ve-  
rò variam & mutabilem, libe-  
ra sit ab eo onere. Specul. in  
tit. de cleric. consug. Archid. in  
cap. 1. de immunit. apud Bonif.  
Guid. Pap. quest. 324.

At t̄ verius est generaliter 37.  
Ecclesiæ bona immobilia, siue  
ruralia, à talearum & collecta-  
rum præstatione non eximi,  
etiamsi earum præstatio varia  
incertaque sit: talē enim in  
his prouinciis Occitana, Ca-  
turcensi & Rutenensi prorsus  
reales sunt: quare in earum  
præstatione prædia ipsa non  
possessorum, priuilegia spe-  
ctant, eaque ratione semel,  
iterum ac saepius Reges Gal-  
liarum plenisque constitutio-  
nibus Ecclesiās, nobiles, cæte-  
rōisque priuilegiatos pro bo-  
nis tributarisi & ruralibus ad  
talearum

realarum solutionē cogi posse statuerunt, etiam si conuentio, vel præscriptio intercedat. Extantque in eam sententiam edita Ludouici 1464. Caroli VIII. 1483. Ludouici XII. 151. Francisci 28. Junij 1535. & ... Junij 1540. Extant & Parliamentorum Gallie & Curie generalium Montispeissuli innumera præjudicia. quod & multis argumentis confirmari potest. Primum quoad munera quæ possessionibus & patrimonio indicuntur, nulla priuilegia præstant vacationē. l. ab his oneribus. ff. de vacat. & excus. muner. adeò ut ab huiusmodi muneribus neque primipilaris, neque veteranus, aut miles alijsve aliquo priuilegio subnixus, nec Pontifex excusetur. l. fin. §. patrimoniorum ff. de muneribus. Taleæ verò in tributiones reales sunt, quæ agris & possessionibus indicuntur. l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. quare eas omnes agnoscere coguntur Secundò can. tributum. 11. quast. 1. Si tributum petit Imperator, non ei negamus: agri Ecclesie soluant tributum. & can. tributum. 23. quast. 8. ibi, de exterioribus Ecclesie quod constitutum antiquitus est pro pace & quiete, quos tueri & defensare debent, persoluendum est Imperatoribus.

& l. si diuina. C. de exact. tribut. lib. 3. C. de Episcop. & cleric. l. omnes. C. sine censu, vel reliquis.

Taleæ omnino reales sunt, ideoque rerum dumtaxat, nō personarum habetur ratio. l. Imperatores. ff. de public. l. 2. de pred. nauicul. ibi, res enim oneri addicta est, non persona. Cùm ergo res oneri addicta sit cum onere, ad Ecclesiam cæterosque priuilegiarios trāsit. can. quis 16. quast. 1. lib. 1. C. de indict. l. final. de exact. trib. argum. l. 1. C. si manc. ita veneat. cap. cùm non in homine. de decimis. cap. ex literis. de pignor. l. 1. § res verò. C de impon. lucrat. descript. l. municipes. ff. ad municip. Bart. in l. incola. ff. ad municip. Bald. in l. fin. C. sine censu & reliq. Cassiodor lib. 1. variar. epistol. 26. Ea verò que à tempore beneficy ad Ecclesiam vestram ab aliquibus translata est possessio, commune cum uniuersis possessionibus onus solutionis agnoscatur, & illius sub iaceat functioni, &c. Accedit quod prædia omnia tacite pignore obligata intelhgantur Principi pro collectis, taleis cæterisque indictionibus. l. t. C. si propter public pensit. l. primit. C. de excus. muner. l. 2. C. de predus nauicular. Bald. in l. 1. 2. & 3. C. in quib. caus. pignus hypothec. t. sc. & consl. 280. Albert. in

*in d.l. Imperatores. ff. de public. & in l. idem Julianus. ff. de leg. i. Quare ea etsi ad Ecclesiam, vel alium quemcumque pertueriant, collectis obnoxia sunt: neque obstat l. cum quidam. §. si debitores. ff. de usur. quam magnificat Albanus Cardinalis primum in §. fiscus eiusdem legis. Fiscus in his quæ passiva sunt, ut in præstatione usurarum, iure priuati vtitur: ergo eadem ratione Ecclesia in præstatione eius quod priuatis debebat. §. etiam si debitores. de his quæ actua sunt, hoc est, in his quæ fisco debentur, non verò de his quæ fiscus priuato succedens debet. Ac multo magis vbi prædia in censualibus commentariis Cadastro vel Compegio descripta & registrata sunt, siue certa, siue incerta sit præstatio. Bald. in Authent. sed & periculum. C. sine censu, vel relig. & l. i. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque uniuers. Plenè Decius consil. 285. vol. 2. Guid. Pap. quest. 79. Aufrer. in Clement. i. de offic. ord. argum. l. i. C. de pred. & aliis rebus. Nam vbi Princeps agnoscit functionem, cui domus nauiularij obnoxia fuerat; ergo & Ecclesia. nam & descriptio habet vim promissionis. Soc. consil. 243. Bald. & Castr. in l. si*

*negotium. C. de negot. gest. Item descriptio præcisè obligat prædium. l. hi penes. C. de agric. & cens. l. forma. ff. de censib. neque distinguendum est an onus certum sit, vel incertum, ut pluribus probat Festasius in tractat. de collectis. §. exactio munerum, num. 39.*

*Postremò Ecclesia cultrix est iustitiae. §. fin. de alienat. feedi. munerisque sacerdotalis est omnibus prodesse, nemini obesse. can. denique 14. quest. 5. cùmque omnes iustitiam collere & obseruare debeant, tam maximè hi qui diuinis honoribus erigantur. Cassiod. lib. 3. variar. epist. 7. Item quod à Principibus Ecclesiis ob pietatem indultum est, nō debet in aliorum iniuriam redundare. cap. 2. de Eccl. edificand. onerantur autem viduae & orphani ac egentes, vbi prædia collectæ & contributioni obnoxiae ab eo onere eximerentur; onerantur enim cæteri propter imunitatem viiuis. l. i. & l. qui grauatos. C. de censib. & censorib. l. qui utilia. de omni agro desert. Aliorum verò remissio non debet aliis esse tribulatio. §. h. ita 25. q. 3. ac cap. accedentes. de prescript. Quare ab omni iustitia & aquitate alienum esset prædia tributato obnoxia in perniciem pau-*

*perum*

perum ob Ecclesiæ fauorem à collectis eximi. plura in eam sententiam Lucas de Penna in l. fin. de exact. tributor.

Nón obstat primò quòd ab omni munere extraordinario Ecclesia vacationē habeat: nam hodie collecta in hoc regno munus est ordinariū. Deinde Bart. in d. consil. 190. loquitur de collectis quæ sunt sine iussu & mandato Principis: at taleæ nostræ imponantur à Principe. Præterea Bart. & cæteri dum de collecta mentionem faciunt, censent collectā munus esse personale, aut saltē personæ imponi pro rebus. gloss. & Doctores in d. l. rescripto. §. final. de muner. Bart. in d. consil. at nos agimus de collectis & taleis quæ sunt merè reales, & possessionibus ipsiss. indicuntur pro modo facultatum. l. 2. C. de annonis.

Quod verò pertinet ad Authēt. Item nulla ea constitutio de collectis loquitur quæ imponuntur ab universitate, vel communitate, aut à Magistratibus, vel priuatiss personis, non verò de collectis quæ indicuntur à Principe. Item, vt notat Alber. in rubr. ff. de muner. Auth. Item nulla, intelligitur in collectis quæ priuatiss laicorum utilitatem spectant,

non verò in his quæ ob communem clericorum & laicorum utilitatem imponuntur. Denique non agitur ibi de collectis quæ bonis tributaris Ecclesiæ imponuntur, sed de collectis quæ ipsius Ecclesiæ, vel alius pīs locis, imperantur: et si enim Ecclesiæ utilitas concedatur à collectis, nō tam prædictis earū conceditur, iubentur enim debitā pensationes agnoscere. l. 3. C. de Episcop. & cler. Bald. in d. Auth. & instit. de pace Constant. & conf. 28. vol. 2. Ceterum in cap. non minus, non prohibetur omnino collectarum indictio, sed ne præter modum Ecclesiæ vexentur, ibi enim Consules & Rectores non æqua proportione collectas Ecclesiæ & laicis imponant, quod verba illius cap. manifestè indicant, ibi, isti onera sua ferè universa imponunt Ecclesiæ, & apertis volunt ferè cuncta compleri. quare ibi non omnis indictio vetatur, sed inæqualis, peræquæ enīm contributiones fieri debent. l. 1. de muner. patrim. l. 3. de collat. fund. patr. l. omnes. C. de oper. public. inde per equatores dicti.

Præterea nō agitur de collectis & indictionibus, quas Rex imperat, sed de indictionibus, quas pro arbitrio &

libidine Consules & Rectores exigebant, quod colligere licet ex verbis illius cap. ibi, *seu alia quelibet sibi arbitrentur agenda.* Pari modo dilui potest cap. *aduersus*, quod ad Concilium Lateranense, & cap. *non minus*; refertur. ibi enim Cōsules & Rectores præter modum Ecclesiam onerabant, vt apparat ex his verbis, *aggravare nuntuntur*. qui enim legitimè debitum exigit, non dicitur *aggravare*. & postea, *præsumptionem*. nam vbi prædia obnoxia sunt collectis, non est *præsumptio*; præterea constitutio illa intelligitur in oneribus à iure vetitis, qua imponuntur quoties non versatur communis utilitas laicorum & clericorum; vbi vero latet necessitas quæ laicos & clericos perquæ attingit, laici non referunt gratias, debitum enim recipiunt, cui Ecclesiæ prædia obnoxia sunt. quod & obseruasse videtur Card. *in d. cap. non minus*. Porro cap. 1! & cap. *clericis*, Bonifacius, horum cap. autor, lege postea lata, ea capita declarauit, vt locum non habcāt quoties necessitas imminet: tunc enim licet Regi inconsulto etiam Romano Pontifice sub-sidium ac cōtributiones indicere, & Prælates cæteros-

que Ecclesiasticos ad solutionem vrgere; Benedict. *in verb. & uxorem*. Huiuscērō de-clarationis exaratum legimus *in tract. de iurib. & priuileg. re-gni Franc.* Ioannis Ferant. priuileg. 4. & lib. 2. regal. Francie. Carol. de Grassis lib. 4. Non obstant item cap. *quamquam*, & Clem præsenti. *de censib.* non enim loquuntur de indistri-nibus prædiorū, sed de peda-giis & guidagis, quibus Ec-clesiæ pro rebus quæ aliò defteruntur non negotiandi cau-sa, non obstringitur. Nam nec ipsi laici pro his rebus peda-gia præstant. *l. vniuersi. C. de vecigalibus*. Sanè quod ex cap. 47. Genes. obvicitur, pugnat ibi sacerdotium, cuius terra im-munis est & libera à tributo, quia non fuerat vendita: nec enim Sacerdotes coacti fuerant pomœria, & possessiones suas vendere, habebant enim unde viuerent, sumptu quippe suo Pharaonēs alebat, cisque cibaria ex horreis publicis præbebat: at cæteri homines præ magnitudine famis ven-diderant eorum possessiones, factæque fuerant Pharaonis, quas tamen postea Ioseph po-pulo concessit, ea lege atque onere, vt ex prouentu quo-tannis partem quisque Regi solueret, præter terram sacer-dotalem,

dotalēm , quæ ab hac conditio-  
nē libera fuit , quia nō fue-  
rat vendita , nec à Pharaone  
empta . Non obstat etiam cap.  
*Significauit* , ibi enim clerici e-  
ximuntur à tributo pro pos-  
sessionibus , propter consuetu-  
dinem à Rege prolatam , qua  
cessante innuit Pontifex cle-  
ricos pro possessionibus , qua-  
rum dominium emptione vel  
alio titulo naēti fuerant , ad  
tributa teneri . Præterea ibi de  
tributis , quæ præstantur ma-  
gistro militiæ Calatueni , al-  
lisque terrarum dominis agi-  
tur , minimè verò de his quæ  
Regibus exoluī conuenit . vi-  
tramque verba constitutio-  
nis indicant , *Significauit nobis*  
*N. F. N. Archiepisc. Toletanus* ,  
quod cum in sua èr cōtiguis diæ-  
cesibus , approbantibus Regibus &  
Principibus , hæc tenus fuerit ob-  
seratum , ut clerici pro posses-  
sionibus , quas emunt , vel alio mo-  
do habent , terrarum dominis nul-  
lum præstent seruitum , vel tri-  
butum , magister militiæ Cata-  
tuensis , & alij religiosi in Thole-  
tana diæcesi , huiusmodi confue-  
tudinem in Ecclesiastica liberta-  
tis præiu dicium infringentes , cle-  
ricos ipsos ad præstandum pro suis  
possessionibus seruitia , & tributa  
cogere non verentur . Ideo d. fra-  
tres & religiosos alios , vt ab hu-  
iusmodi clericorum molestatione

desistant , monit . preeunt . per cen-  
sūr . Ecclesiast . appel . remota cogati-  
s . Cæterū cap . graue , quod  
est eiusdem Honorij , de indi-  
ctioribus & muneribus per-  
sonalibus loquitur , à quibus  
clericī immunes sunt , quod ea  
verba indicat , ab omni seruitu-  
te debeat prorsus esse immu-  
nes : non verò de muneribus  
realibus . Nec obstat quod ea-  
dem constitutione ad muros  
faciendo s , vel refaciendo cleri-  
cōi non possunt , etiam à Re-  
ge : nam ibi nō agitur de con-  
tributione ad instaurando  
muros , verū de onere per-  
sonali operarum ad facien-  
dos vel refaciendos muros ; à  
quo quidem onere personali  
clericī omni iure immunes  
sunt .) cāmque interpretatio-  
nem euincunt eiusdem con-  
stitutionis verba , eos ad mu-  
ros faciendo s vel refaciendo s ,  
neccnon in expeditione ire co-  
git inuitos . Rex enim Portu-  
gallæ clericos ipsos ad muros  
faciendo s , vel refaciendo s ,  
neccnon in expeditione cogebat  
etiam inuitos , atque ita  
onere personali & fôrdido  
eos premebat , atque vexabat .  
Postremò non obstat quod  
Princeps de rebus Ecclesiæ  
statuere non possit , nam etsi  
de personis clericorum , vel  
rebus sacris disponere ne-

I O. S T E P H. D V R A N T I  
 queat, de prædis ac patrimo-  
 nio clericorū statuere potest,  
 prædiorū enim terūmque pro-  
 phianarū dominus est quo-  
 ad iurisdictionem, ctiāsi præ-  
 dia ad Ecclesiam pertineant.  
*can. si qua 11. quest. 1. can. 2. dist.*  
*7. gl. 3. l. addic̄tos. C. de Episc. au-*  
*dient. Alberic. in Authent. sta-*  
*tutus. C. de Episcop. & cler. In-*  
*noc. in cap. 2. de maior. & obed.*  
*quod & Ierem. 11. disertè pro-*  
*batur: Itaque ego dedi omnes*  
*terras istas in manu Nabuchodo-*  
*nosor Regis Babylonis serui mei.*  
*& Luc. 12. Quis me constituit*  
*iudicem, aut diuisorem bonorum*  
*super eos. Quare cùm Eccle-*  
*sia prædia Regis iurisdictioni*  
*subiciantur ratione iurisdictionis,*  
*proculdubio prædus*  
*munus indicere potest. Lud.*  
*Roman. consil. 129: Decius consil.*  
*285. vol. 2. Potrò hanc con-*  
*trouersiam lucidè & breuiter*  
*concludere & definire vide-*  
*tur Synodus VVormatiensis*  
*can. sanctum. 23. quest. 8. &*  
*cap. 1. de censibus. his verbis:*  
*Sancitum est ut unicuique Eccle-*  
*sie unus māsus integer & absque*  
*ullo seruitio tribuatur, & presby-*  
*teri in eos constituti non de decu-*  
*mīs, neque de oblationibus fide-*  
*lium, non de domib⁹, neque de*  
*atris, vel de hortis iuxta Eccle-*  
*sium positis, neque de prædicto*  
*māso aliquod seruitum faciant*

præter Ecclesiasticum. Et si aliquid  
 amplius habuerint, inde majori-  
 bus debitum seruitum impen-  
 dant. Idipsum quoque con-  
 stitutum legimus in Concilio  
 Parisiensi imperante Ludoui-  
 co Pio can. secundum canoniam  
 23. quest. 8. & in constitutio-  
 nib⁹ Caroli Magni apud An-  
 segisum Abbatem.

At quid mansus, vel man-  
 sum significet, non omnes  
 conueniunt: quidam man-  
 sum interpretant agrum,  
 ex quo percipitur frumentum  
 ad confaciendā Eucharistiam.  
 quod perradiculum est, vt su-  
 prā docui, in verb. ne prædia vi-  
 fibus celestium secretorum. alij  
 pro iugere, quod uno iugo  
 boum in die arari potest.  
 Vitus Amerbachius ad con-  
 stitutiones Caroli Magni. Co-  
 lumel. lib. 5. cap. 1. scriptū reli-  
 quit Gallos semiugerum *Are-*  
*pennum* vocare, inde *Arpent.*  
 at ferè nullius momenti esset  
 huiusmodi priuilegium, fru-  
 straque Synodus mansum in-  
 tegrum tribui unicuique Ec-  
 clesiæ constituisse.

Sanè generaliter † mansus, siue mansum dicunt omnis  
 ager pro arbitrio patrisfami-  
 lias. Bald. in l. si plures. C. de  
 condit. insert. verius in spe-  
 cie can. sanctum. Quam signi-  
 ficationem habeat mansus,  
 nutant

nutant Doct. Cuiacius ad §. si quis de manso de controversia inuestit. in usibus feudor. mansū definit ut sit fundus vnde quis se & familiam suam tueri satis commodè potest, ac præterea vestigal sive censum domino referre, quod veteres dixerunt heredū. Robertus Cænalis Episcopus Abrincensis in lib. de vera mensurarum ac ponderum ratione, scripsit, mansum + duplex esse, vnu culturæ annue vniuersque aratri, alterum quod tantum terræ cōtinet, quantu vni familij rustice decuriat, seu ex capitibus decem constitutæ sufficit Plures mansum pro dote Ecclesiæ interpretantur, gloss. in d. can. secundum canoniam Innoc. & Panor. in d. cap. 1. de censib. neque enim Ecclesia sine doce dicari debet. can. nemo. de consecr. dist. 1. cap. 2. de Eccles. edific. vbi dos Ecclesiæ viginti acris terra frugiferæ circumscrifbitur, hoc est, hyda: hyda vero apud Anglos est mensura terra quæ 20. iugeribus, vel acris constat: iugerum vero Anglorum, quod acre vulgo nuncupatur, constat in longitudinem ex perticis 16. Pedum. Virgil. lib. 9. h. stor. Anglic. In Gulielmo Com-

mestore alij mansum interpretantur feendum qui duobus bobus ad laboradum sufficit, vel qui iugo boum anno arati & coli potest. Bart. in l. s. ita ff. de auro & argent. legat. Aluas in d. §. si quis. de mans. Zasius in cap. qualiter feendum constituit. Spiegel. in l. cassa, in consuetud. Burz. tit. des mains mortes. §. 4. in verbo, un max. quæ interpretatio paulum distat à superioribus, simûlque hæc omnes interpretationes cōiungi possunt. nam iugo boum annuaque cultura 20. iugera Anglicana arati & coli possunt. Item 20. acris, seu iugribus Anglicis, imò quindecim, autore Roberto Cænali, familia rusticæ ali potest, atque ita mansus + in eo canone est fundus, qui iugribus tot circumscrifbitur, quot ad alēdū Presbyteri familiā opus est, quantumcumque iugo boum annuis singulis arari potest.

Verum scrupulus tenus resedit, nū mansi, vel dotis Ecclesiæ prædia antea tributo obnoxia à tributo eximantur, an vero tributaria maneat? & venius est ea prædia, et si dotis vel mansi nomine, ad Ecclesiæ transire cum onere: nec enim patronus, vel alius, qui Ecclesiæ dotauit, officere potuit Principi. Plenè Panor. in c. 1. de censib.

*censib.* nisi à Principe ea prædia cùm dos vel mansus constitutur , à tributo eximantur. In qua specie prædiū immunitas à Principe concessa non nocet cæteris tributariorū , sed ipsi Principi, qui ex inductione tantumdem subducere debet. quod plenius tractabimus infra. *ad l. sacra fæceta.* Nec aduersatur textus *in d. can. facitunt nam autore Panorm.* mansus tribui debet absque ullo seruitio ; hoc est, nouo ac recenti ; vel præter Panorm. hæc vox *seruitium*, non excludat publicum debitum , cui prædia obligata & obnoxia sunt. Rursus quod de immunitate mansi diximus, locum habet in Ecclesiis Parochialiibus matricibus , de quibus *in cap. ex transmissa de prescript.* & *in Clem. i.* vbi gloss. de sentent. excomm. In minoribus vero sacerdotiis , quæ *Capellania* vulgo appellantur , receptum est horum minorum beneficiorum agros , nisi alioquin immunes sunt, tributis obnoxios esse. Philippus *ad edicta iuris d. Curiae general. Montis pess.* Planè cùm inductiones in his prouinciis prorsus reales sint, reique cohærent , neque ab his Ecclesia vacationem habeat, sequitur cæteros priuilegiarios ab his non eximi-

Quare clerici pro modo patrimonij inductiones pédunt, Arresto lato persequentibus Capitoliniis 1286. Extantque in archiis Capitolinorum Phalippi, Valesij aliorumque Regum contra clericos varia rescripta: nobiles quoque etsi in Gallia à taleis generaliter immunes sunt. Miserer. *in tit. de taleis. §. item ill.* Guido Papæ *quest. 384.* & *quast. 387.* Benedict. *in verbis,* & uxorem. Extatque in eam sententiam Caroli constitutio apud Auffr. sub tit. *de taleis.* Iure item communii quandoque propter nobilitatem tribuitur immunitas. *l. non tantum.* §. *Iliensis ff. de excus. tutor.* Tiraquell. *in tract. nobilit. cap. 10.*

In his & tamen prouinciis 40. nobiles conferre tenentur ratione honorum , quæ nobilia non sunt, sed ruralia, idque ex constitutione Ludouici XI.6. Octob. 1464. Lud. XII. 9. Octob. 1511. & Francisc. 18. Iunij 1535. quod iuri ciuili congruens & conueniens est. Nam etsi nobiles prædiorum nomine, pro quibus Regi seruitia præstant, immunes sint. argum. *l. final. de fund. limi- troph. l. 2. & 3. C. de collat. fund. patrim.* ne duplii onere graventur , pro aliis tamen prouidubio

caldubio tenentur: ideoque pro fundis non limitrophis milites iure ciuili munera patrimoniorum agnoscunt. *l.*  
*1. de offic. pref. August. l. final.*  
*§. ab huiusmodi. de muner. vbi nec* principalis excusatur. Plenè & luculenter Lucas de Penna *in d. l. final. de fundis limitroph.*

- Eadem ratione & huiuscce Senatus Consiliarij vacuatis corum priuilegiis tributa, collectas exeterisque inductiones pendere iubentur Regum nostrorum constitutionibus, ac plerisque sanctioris Consilij præiudiciis, quibus conuenit Theodoriei constitutio apud Cassiodor. *lib. 2. variar. epistol.*  
*25. cum sequent.* At quoniam *41. Capitolini Praefidibus* & ac Consiliariis nedum pro ratione facultatum, immobilium scilicet, ac mobilium, quæ lucrum & quæstum afferunt, tributa indicebant, sed etiam quæstus, quem opera & industria faciebant sportularum vel stipendiiorum nomine, quasi industria nostra tributoria foret, sicut & artificum, aliorumque huiusmodi, me coram Rege pro Senatu nostro postulante, Arresto sanctioris Consilij vetitum fuit Capitolinis sportularum, vel stipendiiorum, aut indu-

striæ liberalis nomine aliquid oneris nobis imponere, sanctissima enim res est iustitiae procuratio, quæ pretio nummario extimanda non est. *arg. l. 1. ff. de variis & extraord. cognitio.* mercedesque & honoraria nobis potius reddi, quam munera iniungi conuenit. *l. medicos. de professor. & med.* Industria item nostra remuneranda est, quin etiam præmiis cohortanda. *l. semper.*  
*§. negotiatores. ff. de tute immunitat.*

Sanè indignum & ingratum esset eos qui pro patria die ac nocte tantis se in laboribus frangunt, pendere, industriamque nostram cuius vberos fructus patria percipit, popularium patere iniuidæ. *Eccles. 4.* Accedit præterea eum, qui plus polleret industria, grauius tributum conferre, atque ita solertia seu assiduitas cuique damnoſa esſet, quo nihil absurdius. *l. final.*  
*C. de allusionib. & palud.* Deinde industria nostra, quæ liberalis est, ad instar mechanicæ & illiberalis redigeretur, efficerenturque eiusdem conditiones Senatores qua mercatoris & artifices: quibus tam omnis quæstus eiisque negotiatio vetatur. *Liuius lib.*  
*21. adeò ut Senatori non licet*

ret habere nauem quæ plus quam trecentum amphora- rum esset ad fructus ex agris veſtandos, eodem Liuio au- tore. Cicero, *orat. in Verrem*, Ad hæc Senatores antiquitus pre- terquam glebariæ praeſtatio- nis pro agrî mensura cæterarum, omnium functionum immunes erant. l. 2. de auro cor- ronar. in C. Theodos. à qua tan- dem liberati fuerc. l. 4. de in- dulgenc. debu. in C. Theodos. & l. 2. de pretor. & honor. Amplius iustitia, cuius procuratio no- bis praecipue cōmissa est, vir- tus est praeter cæteras, quæ totam se ad alienas vtilitates portigit, & explicat, vt quo- dam loco Nonius Marcellus ex lib. Cicero. *de republica*, nos docuit. Quare, vt idem No- nius scribit ex eodem Cicero. iustitia foras expectat, ob idque iustitia sola, aut Aristot. lib. 2, *Ethic.* ex omnibus virtu- tibus alienum bonum esse vi- detur, agit enim ea quæ alteri conducunt, vt Principi, aut reipublicæ. Cùm ergo iustitia commoda alicna, expectet, neque tantum suæ vtilitatem non procurat, sed damno etiam afficit, cùm oportet, illum, qui in eius tractatione & ad- ministratione versatur in di- gnitate iustitiae & publica vti- litate, alienum esset, cam iusti-

tia tractationem tributariam esse, cùm præsertim alii artes potissimum commoda earum expectent, qui eas pertractant. Præterea postulante patria Parlamentum institutum no- straque stipendia patria sup- peditat, tantum abest ut sti- pendiorum nomine vel spor- tularum conferre cogamus. Item privilegia nobis antiquitus indulta laudabam, multa- que alia tum differebam, quæ nunc prætermitto ex codem axiomate, quod, indictiones in his prouinciis reales sint. Sequitur non licet exactori- bus collectarum aliarumque inductionum nomine posseſſoresprehendere, manuque iniecta cogere. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. Bartol. in l. cum eo. ff. ad l. Iuliam pecul. Bald. in l. etiam. C de execut. rer. judic. possessiones enim, non corpora, tributum debet. Demosth. in orat. aduersus Democrat. Sal- uia. lib. 5. de prouid. Quintil. de- clamat. 341. Neque aduersatur d. l. cum eo. ibi, corpus retinen- do prope eum. ibi pecunia resi- dua erat, quam in ea specieſ qui ab alio acceperat retinie- bat, cui fauendum non est. Nouell. de indulgent. tributario reliquorum. quo argumento exactors, coactores, Consu- les & Syndici manu iniecta prehendi

prehendi & in carcerem contrudi possunt. arg. d. *I. cum eo. coactores enim pecuniam sibi traditam retinent, Consules verò & Syndici vniuersitatem repräsentant. Bartol. & Iason in l. 4. §. auctor. ff. de re indic. Doctor. in l. misi opinatores. C. de exact. tribut. argum. illius legis. Idque vsu receptum est.*

42. Verùm † an singuli ciuēs pro inductionibus, quas Consules & coactores vel Syndici non exoluunt, prehendi possint, saepe in dubium reuocatur.

Ego sine vlla dubitatione respondeo non posse. *I. i. C. ut nullus ex vicaneis pro alienorum vicaneorum debitibus exigatur. §. i. Nouell. ut non fiant pignor. §. quia verò. Nouell. ut nulli indic. cap. & si pignorationes. de iniuris. Magnum enim peccati genus est alienis debitibus alterum prægrauare. Cassiod. lib. 4. epist. 14. Secundò ex l. nullam C. de exact. Tertiò quod vniuersitas debet, singuli non debent, alia enim est causa vniuersitatis, alia singulorū. l. si cui. ff. quod curiusque vniuers. Vide Cassiod. var. quest. 2. c. 10. Legimus Nicephorum ac Basiliūm Porphyrogenetā Constantīn. constituisse tributum egenorum, qui soluendo non essent, à locupletibus exigi,*

quod *Allelongynum* vocabatur. Cedrenus in *Nicephoro*, & lib. I. iuris Oriental. Quod Romanus Argirus velut impium aboleuit. Cedrenus in *Romano*. & lib. I. iuris Oriental.

Rursus ex eodem axiome consequitur possessoribus indici collectas, siue taleas, etiamsi alibi domicilium habeant, extraneosque † & forenses collectas praedius indicias pendere debere. *I. 2. C. de indict. l. pen. § si verò qui agrum. de censibus. l. filij. §. qui fenus. ad municip. Decius conf. 285. vol. 2. l. vn. C. de mulierib. Et vna est apud nos disputatio quæ mirum tersit nostros interpres an forenses præstent collectas; consentiunt enim omnes quoties munera praedius indicuntur pro ratione facultatū, etiam ab extraneis præstanta. Egidius Thomas de collect Idque nominatum decissum est ordinatione Caroli VII 30. Ianuarij.*

43.

## Q V Æ S T. X C I V.

*Rursus de tributis, inductione, superindictio, quod nos vocamus, Crcües.*

## S Y M M A E R E V M.

1. *Indictio quid.*
2. *Quid superindictum.*
3. *Creücs idem quod superindicta.*
4. *Superindictum, Indictionale augmentum dici apud Marcellinum.*
5. *Inter extraordinaria numerari munera.*
6. *Ecclesiam à superindicto eximi : domum augustam, num. 7. silentiarios, numer. 8.*



T sciamus quid Indictio significet, audiamus Cedrenum in

1. Nerone. *Nomen, † inquit, anni circuli indictio est apud Latinos.* Græcia ab euētu nomen imposuit, vt *τιμημονι* appellaret. Antiquitus enim tributum subditis non ita impositum erat, vt eius fixa esset, & immutabilis ratio, sed iuxta frugum prouentum humaniter ius imponebatur, ita vt eo tenuiore minus penderet, neque vberiore eo census augeretur, &c. Appellataque est indictio quod annuclariis diplomatis indicitur. Bud. lib. 3. de *Aſſe.*
2. Iam quid sit † superindictū facile percipi potest: superin-

dictum enim est accessio, vel augmentum indictionis: quoties enim Princeps præter indictionem ob inexpectatas & repentinæ necessitates, vel fructuum vbertate, sumnam aliquam imperat, accessio illa atque additio indictionis Superindictum appellatur: super enim Præpositio ultra, plus quam & præter notat. rubr. superexactoris. vbi Lucas de Penna. Quare superindictū, augmentum appellatur. l. 4. de collat. fund. patr. in C. Theodos.

Nos Galli superindicta appellamus † *Creüces.* Aiminianus 3. Marcellinus lib. 17. post principium, appellat † Indictionale 4. augmentum.

Portò superindictum † inter extraordinaria munera numeratur, ideoque à superindicto † Ecclesiæ, l. placet. C. de 6. sacros Cassiod. lib. 1. var ep. 26. † 7. Domus Augusta, l. 1. & l. fin. de priuileg. *Domus Auguſt.* † Silentarij. l. 3. C. de silent. aliquic priuilegiati excusantur. Neque aduersatur l. 1. C. de indict. qua I. Honor. & Theodos. superindictum canonis, atque ita ordinarij munericis nomine definiunt, ab eoque sacri patrimonij dominum, vllumque alium excusari nam ibi agitur de superindicto quod perpetuum efficitur à lege, perpetuamque

## QVÆSTIO XCV. ET XCVI. 267

tuamque præstationem habet, quod canonicum nomen ex eo assequitur: at nos agimus de superindicto quod præter inductionem & munus ordinarium adiicitur à Principe ob inopinatos & improbus casus, quod proculdubio cum incertum & mutabile sit, extraordinariis munibibus adscribi debet. Ioannes de Platea in l. fin. C. de anno. & trib. & in rubr. de superindicto.

## QVÆST. XCV.

*Ob cessionem tributorum  
prædia in fiscum transferri.*

**E**RITVM est prædia non solum priuatum, sed etiam Ecclesiæ ob cessionem tributorum, quæ ab eis pendi debent, trânsferri in fiscum. l. fin. C. de exact. tributorum. Cassiodor. var. q. epist. 14. Lucas de Penna in l. obſtēre. C. de annon. & tributis.

## QVÆST. XCVI.

*Rursus de tributis, canone, oblatione, inductione,*

*Auro coronario, des Aydes, de l'Equivalant, & alia tributorum speciebus.*

## S U M M A R E V M.

1. *Canon, oblatio, indicatio quid.*
2. *Quid aurum coronarium; & num. 3. 4. & 5.*
6. *Oblatio antiquorum quid hodie fit.*
7. *Indicatio, Gall. Equivalant, quid.*
8. *Quid canon.*
9. *Aurarius canon quid.*
10. *Quid canon largitionum; quid emphyteuticarius, num. II.*

**R**OVINCI ALES sti-  
pendarios tria gene-  
ra pensitationum agnouisse, canonem scil. oblationem & inductionem, authot est Asconius Pedra in Verrem. quæ Cicero his verbis complexus est †. *Quando, inquit, illa, Sicilia placet, frumentum quod deberet, non ad diem dedit.* ecce hic canonem. *Quando id quod imperatur recusat.* ecce indicatio. Oblatio erat quod prouinciales sponte offerebant, solebant enim veteres pro Principe quamplurima vota nuncupare. l. si calumnietur. § fin. & ibi Alciat.

& Fornet. *de verb. sig. offere-*  
**b**antque libram auri; *l. 1. C. de*  
*oblat. vot.* Erat & aurum obla-  
 tium, quod non canonis, vel  
 indictionis, sed oblationis ge-  
 nere quodam à Senatoribus  
 exigebatur. *Cuiac. in l. 2. C. de*  
*præt. & hon. præt.* sicut aurum  
 coronarium à Decurionibus.

2. Erat autem † aurum corona-  
 rium ex Gellio *lib. 5. cap. 6.*, co-  
 rona triumphalis, quæ Imper-  
 atoribus ob honorem trium-  
 phi mittebatur.

Servius verò in hoc car-  
 men Virgilij 8. *Aeneid.*

- Donare recognoscit populorum,*  
 aurum coronarium esse ait,  
 3. † quod viëtis gentibus ob  
 concessam vitam imponba-  
 tur.

- At in constitutionibus Im-  
 4. peratorum † aurum corona-  
 rium erat quod ciuitates &  
 oppida nouis Imperatoribus,  
 vel rebus prosperè gestis, alia-  
 ve de causa, offerebant sub  
 coronarum specie. Quod ex  
 variis locis Cicero. *Liuji, Lam-*  
*priji, obseruauerunt VVolff-*  
*gangus Laz. lib. 2. Comment.*  
*reip. Rom. & Cuiac ad tit. de au-*  
*ro coronario.*

Hoc munus principio fuit  
 voluntarium. *l. i. de auro coron.*  
*C. Theod.* Deinde pro bono-  
 rum facultate ut onus neces-  
 sarium possessoribus impera-

tum fuit. *l. 2. & 3. C. Theod.* eo-  
 dem tit.

Auri coronarij mentio sit  
 in *l. Iudeorum. C. de Iudeis.* Ibí-  
 que aurum coronarium signi-  
 ficat † pecuniam, quam voti-  
 uam Hebrei per certos homi-  
 nes Hierosolymam mittebát,  
 cuius meminit Iosephus *lib. 7.*  
*et 10.* Huius etiā meminit Ci-  
 cero *pro Flacco*, ibi, cum aurum  
*Iudeorum nomine ex Italia Hiero-*  
*solymam exportari soleret.* Hoc  
 aurum exigí perinisit Augu-  
 stus, authore Philone *de legat.*  
*ad Cuum.* Habebantque Iu-  
 deorum Patriarchæ Presby-  
 teros, quos Apostolos appella-  
 bant, qui aurum in singulis  
 Synagogis collectum Hiero-  
 solymam exportabant. Quod  
 tamen Arcad. & Honor. fieri  
 veteruerunt, aurumque illud  
 largitionibus eorum inferri  
 iussérunt. *l. superstitionis. C. de*  
*Iudeis. in C. Theod.* quæ lex cō-  
 iungenda, est cum d. *l. Iudeo-*  
*rum.*

Porrò † oblationem anti-  
 quorum idem esse quod auxi-  
 lium, id est, *Ayde*, apud nos,  
 docet Bud. *ad trit. de offic. quaest.*  
 hoc est, octaua pars vñi mi-  
 nutatim venditi, & vigesima  
 eius quod venit, reliquam  
 que mercium, quæ à solidariis  
 negotiatoribus venduntur,  
 quos *Grossarios* appellant, que-

que à minutariis & venditoribus, qui *propole* dicuntur, quod ex Annalibus nostris & constitutionibus regis, des Aydes, colligere licet.

Hodie humismodi vestigialis loco, quod in hac patria 7. abrogatum fuit, successit t̄ in-dictio, quæ vulgo vocatur *Equinalant*, vnius denarij pro qualibet libra ponderis, non omnium mercium, & mobiliū, ut antea, sed carnium & piscium: septima etiam pars pretij vini, vulgo *du Cru*, empti, minutatimque diuenditi, de quo Plinius. Philipp. in cō-  
fīt. ad edictum des Aydes.

8. Canon t̄ verò dum de tributis agitur anniuersariā penititionem & præstationem significat. Frequentius verò annuā frumentationē, quam prouinciat, præsertim Ægyptus, Africa, & Sicilia, certam soluebant. l. 2. C. de apparitor. præfēt. l. 1. & l. 2. C. de canon. frument. l. 3. C. que res vendi non. Hujus verò canonis frumentarij varia sunt loca ex Spartiano, Lampridio, Vopisco, & Cassiodoro. VV olffgagus Lazius lib. 2. Comm. reip. Rom.

9. Erat t̄ & æxarius canon, cuius meminit l. priuate. C. de excus. mun. Cassiod. lib. 2. cap. 26. & 30.

10. Erat & t̄ canon largitio-

num, sive provincialis largitio, quæ & aurum largitionale appellabatur. l. duos. C. de susceptor. quod sacris largitionibus vel thesauris infertur, ex quibus Princeps bene meritis largitur, eorumque meritum mercede remunerat. l. 1. C. de cano. largitio. Hinc Palatini sacrarum largitionum dicuntur tractare rationem sacrarum remunerationum. l. Palatinos. C. de Palat. sacr. largit. Ideoque tributa eiusmodi canones appellabantur, non quod horrea, in quibus canon frumentarius seruabatur, litteris Latinis distingueretur, secundum numerum clementorum, quemadmodum de canone veteris Testamenti ex Otigene docet Eusebius lib 6. quod conuiciebat idē VV olffgang. Laz. lib. 2. comment. sed quia certa regula & certa forma præstantur. Isidor. lib. 6. c. 16. Cœchus Rhodig. lib. 3. cap. 11. Hinc canon emphyteuticus, quia certa & constituta erat pensio: inde canonica illatio, id est; certa & ordinaria, & canonicarij, qui canonicam exigunt.

## QVÆST. XCVII.

*An ex eodem delicto aliquis duplice poena affici possit, & punitus in foro Ecclesiastico pro crimine mixto, alia poena in foro seculari affici, & utrum absolutus in foro conscientiae accusari possit.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. Tractationis caput duplex.  
*Distinguendum quoad primum, vt num. 2.*
3. Vbi alternatiæ poena imposta, electionem penes iudicem esse; & num. 4.
5. Pœnam duplensem impositam à reo pendendam esse; & incipendum à leuiore, num. 6.
7. Quid vbi diuersis iuribus varie poene constitutæ sint.
8. An punitus in foro Ecclesiastico, multari iterum possit in foro seculari.
9. Autoris mens.
10. Quibusdam difficultatibus respondetur.
11. Cap. fin. de except. in 6. diluitur.

12. *Quid si pœna iuris Pontificij sit sufficiens, & similis pœne legali; an secularis amplius vendicit.*

13. *An absolutus à indice Ecclesiastico nihilominus accusari possit coram seculari. & an absolutus à iudice, reconveniri possit coram ipso iudice eodem de criminis, num. 14.*

**H**ec tractatio duplex caput habet. Quoad primum, an ex eodem admisso aliquis duplice poena afficendus sit, distinguendum est, an eadem lege, vel diuersis variæ poenæ imponantur. Rursus quoties eadem lege, an alternatiæ, an cōiunctim. Porro tibi alternatiæ, electio; ad iudicem pertinet, atque tum si quis unam penderit, alia affici non potest. l. si fugitiui. C. de seruis fug. l. i. ff. de effracto. Quidam tamen id interpretantur, vt Bart. in l. quicunque. C. de seruis fug. & in d. i. de effract. vt non obtineat quoties verba legis aut statuti ad reum referuntur, vel etiam in dubio, si de persona pecuniaria agatur. argum. gl. in l. Luccio. de leg. 2. At Baldus in d. quicunque. indistincte & electionem semper iudicii competere

petere scripsit, quod & verius est. d. l. si fugitiui. l. aut damna. de pœnis. Nam etsi debitoribus electio competit, id sit quia fauorabilis est eorum causa, reorum vero & delinquentium odiosa. De his latius Panorm. in cap. à crapula. de vita & honest. Cæpolla in d.l. si fugitiui.

5. Quoties vero + pœna duplex eadem lege imponitur, vel coniunctum, vel absolute, utramque teus pendere teneatur. l. placet. C. de sacrof. l. i. C. de summa Trinit. l. nemo. C. de Episcop. aud. Bart. in l. quid ergo. §. pœna gravior. de his qui notantur. eoque casu + executio inchoanda est à leuiore. Quare vbi aliquis & verbieribus & morti obnoxius est, prius flagris, quam summo suppicio afficiendus est. gloss. in l. i. C. de mulierib. que se. Item vbi capititis & manus amputationis pœna irrogatur, manus prius amputanda est. Doctores in Authent. sed nouo iure C. de servis fugitiuis. Crosetus in singul. in verbo, Pana.
7. Cæterum + vbi diuersis legibus variæ pœnæ imponuntur, aut leges diuersæ sunt eiusdem iuris ciuilis, vel Pontificij, aut quedam sunt iuris ciuilis, alia vero iuris Pontificij. Planè vbi leges & consti-

tutiones sunt eiusdem iuris, æquius est de eiusdem hominis admissio semel cætum queri. l. licet. naute, caupo. l. Senatus. de accusatio. Eritque iudicii electio ex variis rerum circumstantiis, qua pœna reum afficiat. gloss. in can. fraternitatis. dist. 34. & in summa 21. quest. 2. & in l. i. C. de summa Trinit. etsi aliter sentiat Ioan. Andr. in cap. felicis. de pœnit. apud Bonifac. Panorm. in cap. tue frat. de procur. Quorum opinio admitti potest, quoties lex posterior nominatum cauet priori pœnæ non derogari, vt in specie l. qui sepulchra. C. de sepulchro violato. vbi vero diuersis iuribus dissimiles pœnæ constituantur, puta una iure Pontificio, altera iure ciuili, una alteram non minuit. §. si vero crimen. Nouell. de sanctiss. Episcop. Ioannes Andr. in cap. filius. de pani. Multominus spiritualis, seu fori pœnitentialis pœna excludit temporalem. cap. gaudemus. de diuort. vbi gloss. can. i. dist. 35. can. admonere 33. quest. 2. Archid. in can. miror. dist. 50.

Quod vero pertinet ad secundum caput, + num puntus in foro Ecclesiastico multati possit in foro seculari, Doctores varia sustinuerunt, in cap. de his. de accrs Caccialup. in d. l.

*d.l.i.C. de summa Trinitat. Ca-*  
*stald. Boncompagnis in tract.*  
*de syndicat. Alciat. in cap. I. de*  
*offic. ard.*

9. Ego t̄ cūm communi p̄o  
 regula statuo, damnatum in  
 crūmine mixto à iudice Eccle-  
 siastico, iuxta legem canoni-  
 cam, iterum damnari posse à  
 iudice prophano, iuxta legem  
 ciuilem. Bald. *hoc loco. & consil.*  
*260. volum. 3. Anchār in reg.*  
*ea quæ de regul. tur. Panorm. in*  
*d.cap.tua frat. & Felin. in d.cap.*  
*de his. Archid. in can. presbyte-*  
*ri. §. quest. 6. cap. felicis. de pa-*  
*nis, apud Bonifac. vbi Dominic:*  
*& Francisc. §. si verò contrà.*  
*Nouell. de mandat. Princ. §. si*  
*verò crimen. de sanctiss. Episc. l.*  
*2. C. de sportul. vbi Cynus &*  
*Bald. l. si quis in hoc genus. C. de*  
*Episcop. Accedit quòd aliter*  
*Episcopo liberū esset minue-*  
*re ac impedire iurisdictio-*  
*nem iudicis secularis, quod*  
*iura non patiuntur. Innocen-*  
*tius in cap. dilecti. de sent. ex-*  
*comm. Archidiac. in c. de perso-*  
*na. II. quest. 1.*

10. Neque t̄ obstar quòd de  
 eiusdem hominis admissio non  
 sit s̄p̄ius quārendum. *d.l. se-*  
*natus. Id enim non obtinet*  
*quoties diuersis iuribus di-*  
*uersæ pœnæ statutæ sunt. Vtri-*  
*que enim iuri satisfacien-*  
*dum, iniutiam enim facit*

legi canonice, & ciuili, quia  
 vtriusque præcepta violat.

Nec obstat item t̄ cap. fin. II.  
*de except. lib. 6. ibi enim agitur*  
*de causis ciuilibus, non verò*  
*de criminibus. Fel. in d.cap. de*  
*his. Præterea constitutio illa*  
*locum habet in his, quæ sunt*  
*puræ cognitionis. Ecclesiasti-*  
*cæ, vel secularis, non verò in*  
*mixtis, quæ ad vtriusque no-*  
*tionem pertinent.*

Hæc tamen traditio vitium  
 patitur quando t̄ pœna iuris II.  
 canonici est legitima, ac suffi-  
 ciens, & similis pœnæ legali;  
 tunc enim secularis amplius  
 non vindicabit. Panor. & Feli-  
 nus in d.cap.felicis. Panorm. in  
*cap. tuae de procur.. Bald. & Ca-*  
*strensi. in d.l.I. C. de summa Tri-*  
*nit. Bald. in l. nullum. C. de testi-*  
*bis. Didac. lib. 2. variar. cap. 10.*  
*num. 6.*

Quæ verò diximus de pu-  
 nitione, ad absolutionem pro-  
 trahēda non sunt, ita ut t̄ ab-  
 solutus coram Ecclesiastico  
 accusari nihilominus possit  
 coram profano iudice. Bald.  
*consil. 260. vol. 3. Aretin. con-*  
*sil. 58*

An autem t̄ absolutus à iu-  
 dice coram ipso iudice de co-  
 dem crimine accusari possit,  
 plenè Didac. var. 2. cap. 10.

IAC. FERRERIVS.

**V**nde Rebuffum in Concord. tit. de collat. §. monemus. in verbo, suspendimus.

## QVÆST. XCVIII.

*Vtrum contribuere Ecclesiae debant ad instructiones itinerum, viarum & pontium.*

## SVMMÆ RERVVM.

1. Ecclesiæ contribuere debere ad instructiones itinerum, viarum & pontium.
2. Bona nobilia tributoria fieri posse ad itinerum instructiones, ex Luca de Penna.
3. Pontifices unde ditti; & numer. 5. & 9.
4. Pons sacer Tyberis appellatus.
6. Facere, pro sacrificare: pro offerre, num. 7.
8. Nassa, verbum.
10. Reparationem pontium veteribus maximè cordi fuisse.
11. Numerari inter prias causas.
12. Ecclesiam ad onera que peste grassante imponuntur, teneri.

13. Pontium instauracionis utilitas.
14. An Ecclesia teneatur ad instauracionem murorum.
15. Cap. granis. de censibus, diluitur.



**V**ò d † Ecclesiæ contribuere debeant ad instructiones itinerum, viarum & pontium, explicatur l. ad instructiones. C. de sacro sanctis. & l. placet. eodem tit. Eodemque pertinet l. si. de itinere mun. in C. Theodos. & l. abſt. de priuile. dom. aug. Hoc ipsum à Iustiniano renouatum est §. ad hęc. de Ecclesiast. tit. Quorum locorum argumenta tractat Lucas de Penna in L. I. C. de coll. fund. patr. † bona nobilia tributoria fieri posse ad itinerum instructiones. Verum his aduersatur l. placet. C. Theod. de fine Catholica. ex qua defumpta est l. placet. C. de sacros. in C. Iustiniani.

Sanè ex d. l. placet. in C. Theodos. ibi, nulla iugatione muniendi itineris constringat, &c. Ecclesia immunita erat ab itinere muniendo, & à iugatione, id est, ab eo munere, quod ad reparandos aggeres, & minuenda itinera pro iugo boum, vel iugo terræ, indicabantur. Hæc ita concilianda sunt, ut ex varietate temporum metienda

Mm sint

sint Ecclesiarum priuilegia, quæ s̄epe innouata & immutata sunt. Honorius enim & Theodosius anno salutis 1413. cùm ambo Consules essent, ea lege placet, quæ extat *in C. Theodos.* Ecclesiæ ab itinere muniendo & iugatione immunes esse voluerunt, & etiam à pontium instauratione. Quod & antea Valentinianus & Theodosius iusserant. *I. maximum. l. extraordinariorum. de extr. siue sord. mun. in C. Theodos.* Postea verò anno salutis 1425. Asclepiodoro & Marciiano Coss. legem nostram, *ad instruções*, promulgarunt, per quam beneficium antea Ecclesiæ concessum abrogarunt. quod imitatus est Iustin. *in §. ad hæc. Nouell. de Ecclesiast. tit.* neque aliter hæc concilia- ri possunt. quod præsentiens Tribonianus *in d. l. placet. hoc tit. hæc verba, nulla iugatione, & alia quæ sunt in d. l. placet. sub tit. de summa Trinitat. in C. Theod.* præterit. Hoc loco quæritur an Clerici teneātur ad viæ publicæ in urbibus reparationem. Quod verum puto. *d. l. abſit. C. de priuil. dom. Bart. in l. qui Ethiniam. C. de mun. conced. l. ediles. de via publ. l. i. de via publ. & itinere. Butri- gar. in cap. non minus. de imm. Eccles. Bald. in tit. de pace Conf.*

Zabar. *in Clem. 1. de vita & ho- nest.* Alex. *conf. 68. vol. 2.* Cæ- polla *in tract. de seru. rust. in cap. de via.* Quæ tamen intelligenda sunt in Clericis qui præ- dia vel fundos possident. Nam qui nihil immobile possident, ab eo onere liberantur; hu- iusmodi enim onera fructus sunt. *d. l. adiles. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. de usufr.*

Quod ad pontes pertinet, sc̄mper summx religionis fuit pontem fluminibus facere. Patricius *lib. 3. de institut. rei- pub. cap. 4.* veterib[us]que magna curæ erat pōtium instauratio: quare pons sublicius à lignis leuigatis appellatus, à Pontificibus primū factus est, ac s̄epe restitutus: inde à ponte + Pontifex dici credi- dit Varro *lib. 4. de lingua Latina.* cui adstipulātur Plutarch. *in Numa. & Dion. Halicarnass.* lib. 2. antiquitat. Et Graeca vox conuenit γεφυραίος. Brunel. *in repet. ad cap. licet. de electio.* Ea tamen Varronis opinio su- specta videtur. nam nunc Rex Romanorum secundus, Pon- tifices è Patribus legit, & ex his Pontificeim Maximum fecit Martium Martij filium, cui sacra omnia scripta exsignia- taque commisit. Liuius *lib. 1. ab urbe cond.* Dionys. *lib. 2. an- tiquit. Rom.* Numa verò im- perante

perante nullus erat pons Romæ, cuius Pontifex construēdi, vel reficiendi curam haberet. nam et si Epichardus prodiderit, Herculem occiso Gerione, cùm vīctor per Italiam armenta duxisset, pontem supra Tyberim, ea parte, qua postea sublicius compositus est, ad tempus struxisse, quem

<sup>4</sup> † pontem sacrum Dionysius appellat, qui postea penitus corruerat, Numa imperante. Ideoque pontem sublicium Ancus Martius, quartus Rex Romanorum, cùm nullus alius extaret, perpetuò manusum extruxit. Liuius lib. 1. Dionys. lib. 3. Plinius lib. 36. cap. 15. Sabellius Ennead. 2. lib. 3. Viglius in §. 1. de testam. Hunc pontem ligneum longo pōst interuallo Æmylius Lepidus Prætor lapideum fecit, sūltque Pons Lepidi appellatus. Cùm ergo Numa impe- rante nullus pons Romæ fuerit, fieri non potest Pontifices à ponte appellatos. argum. 1. in testamento. ff. de cond. & demonstr. Bald. in cap. 1. de feudo gardie. Hæc Pomponius Lætus præsentiens scripsit à Numa non Pontifices, sed Sacerdotes Principes nominatos, & inde regnante Anco Martio, quando sublicius pons factus fuit, à ponte Pontifices

appellatos.

Mihhi probabilior videtur Sc̄uolæ sententia, † Pontifices à posse & facere nomen habere. iuuat hanc opinionem quod † facere apud bone nos authores sacrificare, significet, inde apud Virgilium,

*Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito.*

Et apud Cicero. pro Murena: *Inuox sospites quos cōsules facere necesse est.* Alciat. lib. 2. parerg. cap. 7. In sacrī quoque litteris † facere pro offerre passim usurpatur. quod Eckius & Osius ex cap. 29. Exod. Leuit. 23. Numer. 6. Iudic. 6. 3. Regum 8. Ezechiel. 45. cap. & Christi verbis, hoc facilè in meam commemorationem confirmant: quibus tamen in locis, vt obiter admoneam, Forsterus in prefat. Dictionar. Hebraicæ, id minimè probari contendit, arbitratus † verbum *nassa*, dum de sacrificiis agitur, significare sacrificia præparare, seu adaptare, non vero sacrificare. At homini Lutherano minimè credendum, cùm præsertim ipse in verbo, *nassa*, Leuit. cap. 16. explicando veritat, *Ingrediatur, & faciat holocaustum suum.* & Osee 2. que fecerunt ipsi Baal. & Psalmo 66. secundum numerum Hebreworum, *ipse faciam tibi bo-*

*ues cum hircis. vbi vulgata editio habet, offeram tibi boves cum hircis. & paulo antè, holocausta medullata offeram tibi.* Quæ ergo antea scripsérat Forsterus, sine cogitatione per quandam animi infectiōnem, siue impulsionem, quia Lutheranus, scripsisse comicio.

9. Non defunt qui † Pontifices à nomine Græco ὁμοίοι, hoc est, *labor*, vel etiam à *ponti*, distinctione Hebraica, quæ inclinationem, D. Hieronymo auctore, significat, dictos contendunt, plenè Gomel, *in cap. i de constit. apud Bonif.* Sed hæc mera sunt auguria: quare ut vnde digressus sum reuertar,
10. constat † pontium instauratiōnem veteribus antiquissimam & maximè cordi fuisse, cùm ea nedum utilitatem publicam, sed & pietatem spe-
11. ët. Ideoque inter † pias causas numeratur. Faber *hoc loco.* Speculat. *in tit. de instrument. editio §. nunc verò. versic. & scias quòd inter.* hinc legata ad instructiones & instauratiōnes viarum vel pontium inter legata pia, vbi necessitas imminet, numerantur. gloss. Nicol. Neapol. Angel. & Alex. *in l. i. §. ad municipium. ff. ad l. Falcid.* Bald. *in Auth. similiter. C. ad l. Falcid.* Ioannes Andr. *in cap.*

*tua nobis. de decimis. Philip.* Decius *confil. 72.* Bart. Bald. Fulgos. Alex. & Iaf. *in l. si certis annis. Cl. de pact.* Idem Iaf. *in l. i. de fideicommiss.* Itaque quemadmodum legatum incertum in gratiam piæ causæ efficax est, ita & legatum ad viam reficiendam, vel pontem instaurandum. *l. quidam. in testamento.* vbi gloss. & Bart. *de leg. 2.* Bart. *in l. si cui annum ff. de annis leg.*

Iure ergo constitutum est hoc loco Ecclesiam teneri ad instructiones viarum & pontium. quo argumento receptum est Ecclesiam ad onera, quæ † peste grassante impununtur, teneri. Ripa *de peste lib. 3. remed. 7. q. uest. 2.* Deinde † pontium instauratio communem utilitatem laicorum & Ecclesiasticorum respicit: sūptus ergo ab omnibus conferri debent. *in cap. non minus. de immun. Eccles. Anchar. confil. 46. 116. & 146. Barbat. conf. 1. vol. 3. Cornelius confil. 72. vol. 4. Stephanus Bertrandi confil. 12. 3. vol. 1.* Itaque Ecclesiam Albiensem teneri ad refectionem pontis cuitatis Albienis; consuluit Aegid., Bellamera *confil. 45.*, Ad instructionem quoque pontis Sancti Cypriani Tholosæ Archiepiscopus Tholofanus, Abbas Sancti Santini

turnini ceterique Ecclesiastici conferre damnati fuerant Arresto Senat. Tholos. 24. Februarij. an. 1570. vel 1571.

14. Quæritur an † Ecclesia tenetur ad instaurationem murorum ciuitatis? Glossa in l. ad *instructiones*, immunem esse contendit. similis glossa in can. generaliter §. nouarum 16. quest. 1. Ioannes Andr. Panorm. & Philippinus in d. cap. non minus. Panorm. consil. 3. volum. 1. Calder. consil. 2. sub tit. de *censibus*. Hostiens. in tit. de immunit. Eccles. §. à quibus. qui omnines leges ciuiles iure Pontificio abrogatas contendunt, necnon à Federico in *Authent.* item nulla communitas. Ias. in l. placet. C. de *sacrosanct. Eccles.* Chassan. in tit. des *Justices*. § 4. gloss. 1. in *consuet. Burgund* Huic autem sententiæ assertores mouentur quod Ecclesiæ excusentur à muneribus sordidis. l. placet. hoc tit. cum similib. At conferre & contribuere ad reficiendos muros inter sordida numeratur. l. *maximarum*. §. *publicis*. C. de *excusat. munera lib. 10. gloss. in l. final.* de quibus munerib. nemini liceat se excusare. mouentur & ex cap. non minus, ibi, siue fossatam, ibi enim si de fossis extruendis agatur, vetitum est co onere Ecclesiam vrgere. Idem ergo

in murorum instaurazione, murorum enim propugnatio atque defensio à fossa penderet, neque tuta sunt mœnia sine fossis. Postremò ex constitutione Honorij, cuius initium est, graue, sub tit. de *censib. in 2. collatione Decretalium*. cuius verba exaraui supr. ad l. placet. ibi, ad muros facendos, vel reficiendos. At contraria opinio & crebrior est & verior, modò murorum ædificatio necessaria sit. Iacob. de Arena, Butrig. Rauenna, Cynus, Bald. & Albert. ad d. l. ad *instructiones*, ubi hanc opinionem usu receptā testatur Bald. consil. 246. vol. 4. cuius initium est, *Antiqua querela laicorum est*, quia Ecclesiæ de die in diem ditantur, & laici ab oneribus strangulantur. Idem Bald. consil. 312. vol. 3. Corneus consil. 72. vol. 4. Bellamera consil. 46. Bertach. in tract. de *gabellis*. Petrus Iacobi in tit. de *refectio. murorum & pontium*. Lucas de Penna in l. 2. de his qui sponte munera public. suscip. Guid. Papæ quest. 78. & singul. 409. Steph. Bertrand. consil. 123. vol. 1. Bened. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem, num. 4468. Ripa consil. 20. sub tit. de *re script. Rebuff. in tit. de sentent. prouisio. artic. 3. gloss. 6. in ordinat. regis*. Stantque Senatus placita apud Paponeim sub

*tit. des tailles & imposts. plenè Manutius in repetitione legis vñice. C. quo loco mulieres mūnera subire soleant. Aegid. Tomatus in tract. de muneribus matrimonial. vel collectis. Boërius in tract. de custod. clauis. vbi Arresto magni Consilij clericos ciuitatis Diuionensis ad murorum instauratiōem damna- tos fuisse scriptum reliquit. Idem iudicatū aduersis Episcopum & Capitulum, testa- tur Ioannes Gallus quest. 152.*

Mouet me primò quòd murorum ædificatio vel instauratio nedum vtilitatem & commodum ciuitatis, sed & ipsorum clericorum, & eorum quibus consanguinitate vel affinitate iunguntur, spectet, ipsiisque patriæ defensionem: quare cùm patriæ ipsiisque clericis eorūmque bonis ac parentibus periculum immi- net, à charitate Christiana alienum esset, ipsiisque clericis perniciosum ab eo onere patriæ sibi que ip̄is vtilissimo eos eximere. Secundò Ecclesia nō liberatur ab instruōtione & instauratiōne itinerum & pō- tium minus ergo ab instauratiōne murorum. argum. §. de- inde. Nouell. de mandat. princi- maius enim vertitur pericu- lum, maiusque damnum, si mœnia non reficiātur, quām si

vix vel pontes non instauren- tur. Deinde tributum Eccle- sia Imperatori pendit, quo quietē & tranquillitatē & securitatem clericorum expe- stat: sine muris enim Clerici eorūmque bona versarentur in lubrico, variisque periculis exponerentur. Præterea quoties onus est perinde clericis ac laicis vtile, clerici tanquam ciues & incolæ eiusdem ciui- tatis, quæ tutanda est, & conseruanda, conferre tenentur. Lucas de Penna in l. final. C. de exactor. tribut. & in l. 2. de qui- bus munerib. nemini se excus. lic. Angel. de Clauas. in summa, in verb. immunitas. Bart. in l. nul- lus. C. de cursu publico. Corneus consil. 72. vol. 4. Carol. Rainus consil. 219. vol. 1. Iuuatur etiam hæc opinio constitutione Honori, & Theodosij in l. constructioni murorum. de equo- rum collatione, in C. Theodo- siano. ibi, constructioni murorum. Gallus quest. 35. facit textus in cap. peruenit. de immunit. Ecclef. Accedit quòd per illum tex- tum Clericorum persona non excusat à murorum custo- dia. Masuer. tit. de taleis. §. pen. Guid. Pap. quest. 47. Multo minus bona eorum ad con- structionem murorum. Po- stremò hæc opinio probatur 2. Esdra cap. 3. Vide Molin. consil.

*consil. 11.* Non obstat cap. non minus. de immun. Eccles. Non enim ibi prohibetur imponi onus Clericis pro fossione foscarum. Verum ea constitutione arguitur Consulum & Reatorum audacia, qui plus etiam quam pars virilis postulat, oneris ac mutieris Ecclesiarum pro fossis & aliis expeditionibus imponunt: onus enim moerorum & fossarum pro modo patrimonij cuiusque imponi debet. *l. 1. de mun. patr. l. 3. C. de coll. fund. patr.*

Episcopi ad custodiam ciuitatis.

Extant in archiuis ciuitatis Tholosæ Clementis V. & Innocentij VI. rescripta quibus ciuibus Tholosanis postulantibus mandatur quibusdam Abbatibus aliisque delegatis cogere Clericos moderatum & charitatium subsidium præstare ad murorum, foscarum & pontium instauracionem.

## Q V Æ S T. X C I X.

*Priuilegia aliquibus concessa ob munus vel officium quod exercent, ita demum locum habent. si verè manus exerceant, & quod non datur facultas de iure respondendi, nisi Magistris. ibi etiam de Baccalaureis.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Priuilegia quibus proficiant.*
2. *Doctorum insignia quæ cum electu concedi debere, num. 3.*

 *RIVILEGIA*  $\dagger$  *quæ 1.* alicui muneri, vel Collegio indulgentur,

tur , his qui munus illud exequuntur , profunt , aliis verò , qui non implent id quod eius muneris est , minimè proficiunt . *l. generaliter. C. de Episc. & cleric. c. generaliter* 16. *quest. i. Authent. habita. C. ne filius. l. scri- niarios, C. de testam. mil. l. 3. C. de tyron. gloss. in Pragm. tit. de collat. §. item quod ad dictas duas. in verbo, resilebunt.* Hinc constitutum Doctores , Licentiatos & Baccalaureos , qui vere non sunt , non vti eorum priuilegio. de Baccalaureis Alciat. *parerg. 2. & in l. cui preci- pua. de verb. fig.*

Similiter priuilegia indulta artificibus , his demum proficiunt , qui artem exercent . *l. semper. §. licet. §. diu. §. nego- tiationis. ff. de iure immun. l fin. ff. de excus. tut. l. si duas. §. maxi- mè. l. sed & milites. §. fin. eod.* Ideoque monetariis indulta priuilegia his solùm perficiunt , qui artem exercent . Mercatoribus verò , & aliis , qui in collegium monetariorum cooptantur , minimè . Guid. Pap. *quest. 402. Ripa lib. 2. respons. cap. 20.*

Non ergo profunt priuilegia imperitis Doctoribus , vel Baccalaureis concessa: nam eiusmodi insignia & tituli in honorem eruditioris & doctrinæ conferuntur . Clem. cum

*fit. de mag. Quare † inter Do- citorum insignia cathedra & liber ad docendum annume- ratur. Annulus etiam præbe- ri solet , qui coniunctionem quandam ipsius cum hteris si- gnificat. gloss. in cap. 2. de consu. Ideoque eiusmodi † in- signia passim & sine delectu non sunt concedenda; quemadmodum nec apud Athenienses sine delectu Philosophorum scholis aliquis præficiebatur, vt author est Dioge- nes Laëtius. Eóque pertinet quod legimus in l. 2. de orig. iur. vbi cùm ab Imperatore Patritij viri peterent vt sibi li- ceret respondere de iure; re- scriptis eis, hoc non peti , sed præstari solere, hoc est, vt sen- tiunt Budæus & Zasius, bene- ficium illud de iure respon- dendi, ex quo mos Doctorum creandorum emersit , non concedi , nisi ei qui poterit præstare.*

### Q V Æ S T. C.

*An aliquo gradu insigniti, & ab Academia nominati, possent ab Episcopo exami- nari ; & utrum appellare liceat ab Academia si igno- rantem nominauerit.*

## S Y M M A E R E R V M .

1. *Interrogari iterum posse, & de eorum eruditione querri.*
2. *Prouocare licere ab Academia tanquam ab abusu, vbi imperitum gradu aliquo donuerit.*
  
3. **E**R T V M est † quòd si gradu aliquo insigmiti, & ab Academia nominati, eo nomine beneficium Ecclesiasticum assequi velint, ab Episcopo iterum interrogari, & de eorum eruditione quæri poterit. quod pluribus probatum in *Prag. sanct. tit. de collatio. §. item quod universitatis, in verbo, gradus, & constitutione Caroli IX. Aurelianensi, edita ann. Dom. 1565. vbi id expressum est.* Quod etiam hoc tempore opportunè constitutum est: examina enim, vt ait Bened. in verbo, & uxorem. num. 586. in pecuniam conuersa sunt, ita ut docti & indecti his titulis honorentur. Doctores in cap. 1. de prius. Barbat. in cap. cùm Martinus. de constit.
2. Amplius existimo † prouocare licere ab Academia tanquam ab abusu, vbi imperitum & immeritum aliquo

gradu donauit, quod quandoque fieri vidimus, Veyretio & Meyssonero de Archidiaconatu Vaurensi litigantibus. Vide de hac re Ludouici Viennes querelam lib. 1. de causis corrupt. artium. verbo, quinquevniuum. folio 369. Rebuffus contraria opinionem videtur tenere in §. preterea. de collationib. in concord.

## I A C. F E R R E R I V S .

**Q**VOD interrogari denuo possint beneficium Ecclesiasticum petentes, placitum est ex Concil. Tridentino sess. 7. cap. 13. & aliquot ordinationibus Regis.

## QVÆST. C.I.

*Quod non licet Clerico cùm diœcesis in aliam transire & ministrare, & Monacho suum monasterium relinquare, & transire ad aliud.*

## S Y M M A E R E R V M .

1. *Quatenus transire ex ordine ad ordinem liceat. distingue vt num. 2.*

3. Ordinem Mendicantium profectis non licere transire in alium ordinem.
4. De ordine Minimorum quid.
1.  V i est † vnius ordinis, vel Collegij, non est ad aliud admittendus absque iudicio primatus eius qui subrogatur, si primatum habeat. qua ratione *in can. Apost. 15.* si quis Presbyter vel Diaconus, vel ex Clericorum catalogo relieta sua parochia in aliam discesserit preter sui Episcopi sententiam, celebrare prohibetur. & alibi *in can. 17. Synod. in Trullo.* Eoque argumento Monachos non petita & concessa Abbatis venia non posse transferri ad aliam sacram professionem certum est ex Conc. Carthag. *V. cap. 12.* Innocentius primus epist. ad Rothom. Episc. vide lib. 3. sur. Orient.
2. In quo tamen † distinguendum est: nam vbi ad arctiorum vitam transit Monachus, licet transire venia petita, et si non concessa. c. licet. de reg. can. mandamus. can. statuimus. 19. quest. 3. Fridet. de Sensis consil. 263. Lopus alleg. 84. Vbi verò ad parem, non licet, nisi petita & concessa venia. Rom. sing. 454. cap. sanè. vbi Doctores. de reg.

Porrò ad laxiorem non licet sine venia Rom. Pontificis. gloss. in cap. cum singula. de preb. lib. 6. D. Thomas in 2. 2. quest. 89. Antoninus in summ. 3. parte tit. 16. cap. 4.

Sanè † his qui mendicantia ordinem profecti sunt, non licet transire ad alium ordinem, etiam arctioris obseruantiae, quocumque quæsito colore: excepto Carthusiensem ordine, sine venia speciali Sedis Apostolicæ. *Extravag. Martinus*, sub tit. de reg. in comm. quæ constitutio falso Martino quarto adscribitur, est enim Martini quinti, authore Antonino in summ. 3. part. tit. 24. cap. 71. Quod & Arresto nominatim sancitum fuit.

Non desunt tamen qui † Minimorum Ordinem excipiunt, vt licet ex quolibet mendicantium ordine ad Minimorum Sancti Francisci de Paulo transire, quasi arctior sit eorum regula, quod carne, ouis & lacte abstinent.

## Q V Æ S T. C II.

*An delictum Prelati, vel Rektoris Ecclesiæ noceat. I. iubemus nullam. C. de sacrof. Eccles.*

## S V M M A E R E R V M .

1. Non nocere Ecclesiae, nec ob eorum admissum res Ecclesiae confiscari; & num. 4 vbi limita, ut ibid.
2. Donationem factam Ecclesiae non reuocari ob ingratitudinem Prelati, vel Capituli.
3. Prælatum feudo priuari propter aliquodd admissum.
4. Culpam Prelati non officere Ecclesiae in committendo; secus in dmittendo.
5. Immobilia Clericorum fisco Regis addici in Gallia: mobilia verò ad fiscum Ecclesiae pertinere, num. 7.
6. Quibusdam difficultatibus respondetur.
  
1.  Go + generaliter statuendū arbitror, Prælati vel Rectoris delictum Ecclesiae minimè officere, neque ob admissum res Ecclesiae confiscari. can. in canonibus 16. quest. 1. can. Episcopum. can. cognovimus. vbi gloss. 26. quest. 6. Nam & tutoris vel curatoris admissum pupillo vel minori non obest. t. neque interdicto ff. de reguli iuris. l. me minerint. C. unde vi. Neque obstat lex nostra. nam, vt Bartol. Bald. Salic. Castr. & cæteri fe-

rè omnes notant, in specie hu-  
ius legis, nō solus Prælatus, sed  
cum Capitulo, fraudem ad-  
miserat, & nauem subtraxe-  
rat, quo casu Prælati admissum  
consulto Capitulo Ec-  
clesiae perniciem adfert. gloss.  
in cap. 2. de ordine cognit. Ioan-  
nes Andreas, Anton. But. &  
Panorm. in cap. de dolo & con-  
tumac. Panorm. in cap. verū.  
de condit. apposit. & in cap. si dili-  
genti. de foro competent.

Verū hæc communis tra-  
ditio merum continet augu-  
rium, in lege enim nostra Ca-  
pituli nulla mentio fit. Præ-  
terea verum non est Prælati  
& Capituli admisso perniciem  
inferri Ecclesiae: nam Prælatus  
contrahendo etiam cum Ca-  
pitulo sine iuris solemnibus  
non nocet Ecclesiae. can. fine  
exceptione 12. quest. 2. l. subemus,  
infra hoc tit. Multo minus &  
ei obesse potest delinquendo.  
cap. quando. de donat.

Qua ratione frequentiori  
calculo receptum est + dona-  
tionem factam Ecclesiae ob in-  
gratitudinem Prælati, necnon  
& Capituli, non reuocari. Specul.  
in tit. de donat. §. 1. Panor.  
Ancharan. Card. & Imol. in  
cap. final. de donat. Oldrad conf.  
278. Ancharan. Geminian. &  
Philipp. Franc. in cap. 1. de re-  
lig. domib. in 6. Felin. in cap. Ec-  
clesia

*clesia sancte Marie de constit. de  
Ripa int. fin. C. de reuoc. donatio.  
& respons. 28. sub tit. de rescript.  
Quanquam superstibus Prælato hisque qui ingrati & be-  
neficij immemores extiterunt, ea liberalitas non profi-  
ciat, reuocaturque donatio in  
eorum iacturam. nam & regu-  
latiter Prælati admissum ipse  
nocet dum superstes est: ideo-*

3. que † Prælatus feudo propter  
aliquid admissum priuatur,  
feudumque publicatur quan-  
dui is qui delinquit superstes  
est. atque ita vnu in hoc Re-  
gno receptum est. Masuer. in-  
tit. de pœnis. §. item si Prælatus.  
Ioannes Ferald. de insig. priuul.  
*Regis Franc. in 10 priu. Molinæus in consuet. Paris. tit. des  
matieres feudal. §. 30. num. 60.  
& 61. Ita tamen ut nihil in-  
commodi ipsa Ecclesia etiam  
his superstibus patiatur, ne  
fraus pauperibus & Ecclesia-  
rum instauracioni fiat. cap. 1. §.  
final. de capit. Corrad. vbi Alua-  
rot. Roman. consil. 274. & fin-  
gul. 269.*

Quare nonnulli Prælati  
culpa nauem Ecclesiæ hoc lo-  
co publicam crediderunt,  
quia publica versatur utilitas,  
ideoque in gratiam priuato-  
rum protrahendum non sit.  
gloss. sing. in cap. 1. §. final. de  
capitul. Corrad.

Non defunct qui hoc loco  
minimè agi de naui Ecclesiæ,  
sed de naui clericorum, qui  
prærogativa personæ vel reli-  
gionis intuitu bona à quibus-  
cumque muneribus eximunt.  
At probabilius est ideo nauem  
etsi Ecclesiæ propria fuerit, pu-  
blicari ob Prælati admissum,  
tum quod pœna publicationis  
nauis generalis sit, vt in simili  
*in l. Polla. C. de his quibus ut in-  
dignis*, priuationis pœna ad-  
uersus eum, qui in accusatio-  
ne falsi succubuit, cui pœna  
ideo pupillus obnoxius est,  
tum etiam quod ea nauis ia-  
ctura sit minimi momen-  
ti, rei enim mobilis vihor est  
possessio: tum denique quod  
ea nauis iactura à Prælati Ec-  
clesiæ sarcienda sit, quemad-  
modum & pupillo. d. l. Polla.  
ibi, te & saluum facturum. gloss.  
Bald. Faber, & Doct. hoc loco.  
Doct. in cap. cum venerabilis. de  
exceptio. gloss. Pragmat. in tit.  
de interdit. indifferent. non po-  
nend. in verbo, officialium. arg.  
cap. 3. de pignor. vbi Innocent.  
Quod si solucendo Prælatus  
non sit, restituetur Ecclesia in  
integrum, ne Prælati culpa ei  
fraudi sit. l. fin. ff. de eo per quem  
factum erit.

Generaliter † ergo Prælati 4.  
delictum, etiamsi admissum  
sit cum consensu Capituli,  
non

non nocet Ecclesiæ : quod tamen obtinet quoad ea , quæ iam Ecclesiæ quæsita sunt. nam in querendis Prælati culpa nocet Ecclesiæ . §. si quis vero postbac , in Nouell. ut cùm de appellat. cognoscitur . §. si quis rapuerit. Nonella de sanctissimis Episcop. can. 2. vbi gloss. 12. quest. 3. gloss. in §. final. 16. quest. 6. cap. suam. de pœnis. l. fin. C. de acquir. possessio. l. si seruus. C. de paet. Clement. gratie. de rescript. Innoc. in cap. admonet. de renuntiat. Anton. de Butr. & Panorm. in cap. 1. de appellat. Ancharan. & Imol. in cap. ut super. de rebus Ecclesiæ non alienand. Lapus allegat. 15. Doctot. in cap. tua. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. Capit. Roman. in l. si is. §. final. ff. de acquir. hæred. Ideo legatum Ecclesiæ relictum repudiare potest. Plenissimè additio ad Panormit. in repertorio, in verbo, Prælatus.

5. Rursus tamen culpa Prælati non nocet Ecclesiæ in committendo ; in omittendo verò securus. Ideoque si Prælatus missum faciat quod Ecclesiæ est utile, negligentia eius Ecclesiæ officit. quod nos in Authent. quas actiones, plenius tractabimus.

Nauis ergo Ecclesiæ ob fraudem & culpam Prælati publicatur, & fisco Principis

addicetur. quod sanè à iure alienum esse videtur : nam iure ciuii ac Pontificio bona nedum Ecclesiæ, sed & Clericorum, quæ publicantur, fisco Ecclesiæ, non verò Imperatoris vindicantur. cap. pen. de cleric. non resident. cap. ut inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. apud Bonifac. l. raptore. C. de Episcop. & cler. can. si quis rapuerit. 17. quest. 3. Quod etsi generali Galliæ consuetudine quoad immobilia abrogatum sit, immobilia tamen enim Clericorum in regno fisco Regis addicuntur. Oldrad. consil. 17. Ioannes Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud. Aufrer. Arresto 50. quam regni receptam confutudinem probari nonnulli existimant, l. fin. de cler. & gl. in verbo proscribendi. C. ut nemo priuat. titul. præd. suis imponat. & cap. quibusdam. de pœnis. Mobilia tamen ad Ecclesiæ fiscum etiam in Gallia pertinent. Petrus de Ancharan. in regul. ea quæ fiunt. quest. 22. de reg. iuris. Cap. Tholosan. quest. 150. Aufrer. Arresto 108. plenissimè Bened. in cap. Raynati. in verbo, & uxorem. 21. decisi. Quare cùm nauis, inter mobilia numeretur, videtur non acquiri fisco Principis. cui argumento ita occurri potest, i. vt mobilia proculdubio 8.

ad Ecclesiæ fiscus pertineant, nisi in re aliqua mobili fraus legi Principis facta fuerit: cum enim in ea re delictum admissum sit, addicitur ea fisco Principis, et si mobilis sit: quemadmodum & nauis, in qua illicita velluntur, publicatur. *I. cum proponas. C. de nautic. fænor.* Verum huic dissolutioni refragari videtur *I. cotem. §. dominus. ff. de public. vbi*, si in nanem aliquid illicitè imposuerit dominus nauis, fisco vendicatur: si verò absente vel ignorantie domino gubernator vel magister aliquid illicitè fecit, commissis mercibus capite punitur, nauis verò domino restitutur. Parique argumento si Ecclesiæ gubernator, vel Prælatus nauem substraxerit, vel in ea deliquerit, videtur cum quidem penâ affidendum, nauem verò Ecclesiæ restituendam. Præterea Ecclesia pupilli beneficio præteritur: at pupilli domus et si in ea falsæ monetæ scelus admissum sit, non publicatur. *I. i. C. de falsa monet.* Ergo nec nauis Ecclesiæ, quæ pupillo comparatur, publicanda est. eoque pertinet §. *si quis in sua in Novell. de Ecclesiast. titul.* Quibus ita occurrentum est, ut ibi nec pupillus, nec dominus

nauis publicatione nauigij vel alterius rei, in qua delictum admissum est, puniantur, quia aliis peccatis qui deliquerunt afficiuntur. At hoc loco nulla alia pena præter nauigij publicationem constituta est. quæ quidem publicatio non nocet Ecclesiæ, sed Prælato qui damnum omne Ecclesiæ sarcire obnoxius est, ut dixi.

### QVÆST. C III.

*Quid sint Angaria, quid Parangaria, quid Postæ apud Gallos. Explicatur I. neminem, II. C. de sacrof. Eccl. & de Coruatis.*

### S V M M Æ R E R V M.

1. *Angaria vox.*
2. *Angari qui; & num. 7. & Astanda, num. 3.*
4. *Postæ quid.*
5. *Postarum primus institutor in Gallia quis.*
6. *Angarie unde dictæ.*
8. *Quid Angiarum nomine continetur; & num. II.*
9. *Angarias ab operis separari.*
10. *Operarum species variae.*

12. *Cornuta quid.*13. *Quid Parangarie.*1. **N** C A R I A E † vocem

**A** Suidas Persicam dicit,  
quia apud illos † Angari dicebantur Regij nuncij,  
qui literas inuicem tradunt  
perferendas, aliis subinde in  
itinere succedentes. Quos et-

3. iam † Astandas appellant,  
eodem Suida authore. Eorum  
meminit Plutarch. in lib. de  
fortuna Alexandri. Cyrus enim  
Persarum Rex, ut celeriter sci-  
ret ea quae maximis locorum  
interuallis facta erant, per  
quædam interualla equos ac  
tabellarios ita disposuerat, ut  
defatigatis recentes succede-  
ret. Diu ac nocte velociusque  
ire credebantur, quam grues  
volantes. Xenoph. lib. 8. de Cy-  
ri insit. Cœlius lib. 10. cap. 8.  
Plin. lib. 18. cap. 8. Quod &  
Xerxes fecit, ut scribit Herodot. in Irania. Eam cursitatio-  
nem Persas ἀγαπᾶν appellas-

4. se. Nos † Postas eiusmodi  
cursores appellamus, quasi po-  
stros certis in locis, & semper  
in procinctum excubantes.  
Bud. ad l. eos. de fals. Vide  
Suetonium in August. cap. 49.

5. Hos verò † cursores in Gal-  
lia primus instituit Ludouici  
cū XI. teste Philippo Comi-  
naco initio 8. libri. Neque lice-

bat priuato eiusmodi equis  
publicis excurrere absque  
Principis diplomate. Plin.  
epist. 10. ·

Verùm † Angariæ appell-

lantur ab ἀγριαι, id est, cog-  
ere. Hinc Matth. 5. cap. Qui-  
cumque te angariauerit mille paf-  
sus, &c. Hinc homines seruitu-  
ti publicæ mancipatos † An-

garos appellant. Cœlius lib. 10.  
cap. 8. Inde etiam vox haec  
Angariarum ad præstationes  
necessarias vehendorum ba-  
iuilandorumve onerum pro-  
vincialibus impositas veluti in  
translatione armorum. l. fin. C.  
de fabricens. Vel alia necessita-  
te publica. l. maximorum. C. de  
excus. mun. l. 2. quib. munerib. l.  
1. quemad. ciuita munera. l. his  
oneribus. §. angariarum. l. sicut.  
de vacat. & excus. mun. Quam-  
obrem nauis angariati dici-  
tur, quoties aliquis præbere  
nauem ad aliquid vehendum  
eogitur. l. fin. de privileg. veter.  
Excusatur ab angaria nauis  
apud Gregor. lib. 8. epist. 64.

Plastra etiam & iumenta  
angariati dicuntur, & Angaria-  
rum appellatione continen-  
tut, et si quandoque vberioris  
explicationis gratia secerni ab  
Angariis videantur, ut in l. 2. C.  
quibus munerib.

Et generaliter † Angariatū 8.  
appellatione omnes extra or-  
dinem

dinem necessariæ præstatio-  
nes continentur. cap. non mi-  
nus. de immunitate Eccles. &c in Cö-  
cilio Toletan. cap. quia cognouis-  
mus. 10. quest. 3. Quare etiam  
antiquitus Angariæ appella-  
bantur munera omnia quæ  
milites subire cogebantur, ut  
vigilæ, itationes & stationes  
in usum belli apud Vegetium  
lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 19. Sepa-  
rantur tamen † Angariæ ab  
operis. l. pen. de aqueduct. in C.  
Justin. Quanquam & Anga-  
riarum generali appellatione  
contineantur operæ.

10. Operarum † autem varias  
species prosequuntur Docto-  
res in l. liberti. C. de op. lib. & in  
l. si non sortem. S. libertus de cond.  
ind. Zasius intellect. iur. sing.  
cap. 6. Conanus lib. 2. Comment.  
iur. Civil. cap. 8.

11. Continentur etiam † An-  
gariarum nomine onera quæ  
Galli Coruatas appellat, Chaf-  
fan. in rubr. des mains mortes. de  
quibus Guid. Pap. quest. 472.  
Cuiac. ad l. 1. ne opera à collat.

12. Harum etiam † Coruata-  
rum aliæ ab ipso homine  
præstantur, aliæ ab animali-  
bus, plaustris & nauibus, cæ-  
terisque rebus corporeis: aliæ  
ab ipso homine & animali-  
bus, plaustris & nauibus, cæ-  
terisque rebus corporatis: vti  
quando subditi cum eorum

## D V R A N T I

animalibus operas domino  
præstare coguntur, quæ qui-  
dem coruatæ mixtæ vocan-  
tur. Guid. Pap. q 472. Chaffan.  
in rubr. des mains mortes. §. 18.

Parangariæ † quæ sint, vide 13.  
lib. 5. 6. Basil. cap. 21. & 22.

## I A C. F E R R E R I V S.

D E Postis vide Lipsium  
Saturn. lib. 2. cap. 6.

## Q V Æ S T . . C I V .

An priuilegia à Principe con-  
cessa renocari possint à suc-  
cessore si in formam con-  
tractus concessa sunt, ob  
publicam necessitatem, vel  
aliam ob causam.

## S Y M M A È R E R V M .

1. Priuilegium antecessorum re-  
nocari posse à successori-  
bus. fallit num. 5. 6. 7. 9.  
& 10. Dilata ut num. 12..
2. Cum morte Regis honorem  
quoque illius finiri.
3. Nec Imperatorem, aut Re-  
gem imponere posse legem  
successori.
4. Ipsum Principem renocare  
posse priuilegium quod  
concessit.

9. Pacis causa conuentio facta in preindicium tertij.
11. Ecclesiis indulta priuilegia reuocari non posse à successore.
12. Nec priuilegia concessa non subjectis reuocari posse, etiam cum causa.

**E**T si non deceat successores antecessorum actiones rescindere & reuocate. can. si ea. can. institutionis. & can. decessorum. can. quacumque 25. quæst. 2., soleantque facilius suas, quam antecessorum constitutiones reuocare. argum cap. ex litteris. de rescript. Rom. consil. 327. possunt tamen † successores regni vel imperij, vbi regnum vel imperium lege aut electione defertur, priuilegia ab antecessoribus concessa reuocare. cap. innotuit. de electio. ibi, quia successoribus suis. cap. si cui. de prob. in 6. cap. fin. de 2. consil. in 6. Morte † enim Regis finitur honor Regis. Bald. in 3. l. si pater. C. si pend. appell. Nec † Imperator, vel Rex potest imponere legem successori. Ioan. Monach. in cap. 1. de constit. in 6. Bald. in proœm. feud. Quinto imimo Princeps † ipse qui priuilegium cōcessit, potest illud reuocare potestate quam dicunt plena, & absoluta. Bald.

in l. qui se patris. C. unde lib. Castr. in l. digna vox. C. de legib. Alex. consil. 215. volum. 2. Plenissimè Felinus in cap. nouit. de indic. Quod obtinet etiamsi contractus nomine indultum sit priuilegium, modò iusta causa intercedat l. si hominem. ff. mand. Alex. consil. 16. Modò is cum quo contractum est subditus sit eius qui concessit. cap. in nostra. vbi Innoc. de iniur. Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit & iur. Rom. consil. 352. & consil. 436. Iason consil. 227. volum. 2. Princeps enim ex nullissima causa de contractu rito cum subditis recedere potest, quo argumento vidi mus s̄ape & frequenter Regem nostrum priuilegiis patr̄ Occitanæ et si contractu & communione firmata sint, derogare. Multo magis hebit successori à priuilegio vel contractu resilire. argum. l. prouidendum. C. de decur. lib. 10. l. vnic. C. ut nullus ex Vicarius.

Vbi tamen † nulla vrget s. necessitas, non licet Principi vel eius successori priuilegia, quæ contractu vel pactione firmata sunt, reuocare. argum. cap. 1. de probatio. & l. Titius puerum. de obseq. Bald. in d. l. digna vox. Iason consil. 10. vol. 3. Oldt. consil. 14. vbi præser.

tini sub nomine dignitatis  
corcessa est. argum. c. quoniam  
Abbas de off. deleg. Panorm. in  
cap. i. de prab.

6. Porro † ubi priuilegium  
cessuum est remuneratio-  
nis gratia ob multa in Regem  
vel patriam officia, & merita,  
non licet successori reuocare,  
etiam ingratitudinis nomine.  
*I. si pater. § fin ff. de don. Bald. in  
I. si cum mihi. de doto.*

7. Item † priuilegia à succe-  
sore reuocari non possunt,  
quoties pacis & foederis gra-  
tia interrogata sunt. cap. i. de pace  
*Constant. Bald. in d. l. digna vox.*

8. Nam † & pacis causa Princeps  
res alterius auferre potest.  
Bartol. in l. quicunque. C. de  
fid. in sfr. lib. 10. Baldus in l.  
quicunque. C. de seru. fugit Do-  
ctores in l. conventionum. de pa-  
cis. Quod tamen non obti-  
net † ubi Princeps contrahit  
de regalibus, & his quæ ad  
dominium eius pertinet, suc-  
cessor enim non obligatur eti-  
am in fauorem pacis. Bald. in  
d. tit. de pace *Const. Igneus in l.*  
*donationes. C. de don. inter.*

Quare concessio ducatus  
Aquitaniæ in gratiam Regis  
Angliae, etsi tractatu Br̄etinia-  
co & pacis causa facta fuerit,  
nullius fuit momenti, & pen-  
deris. Vuidarius in *seminio.*  
cap. 146.

Præterea † priuilegium 10.  
reuocari non potest ubi plenè  
& perfectè execrationi man-  
datum est. cap. accepimus. de  
atrat. & qualit. cap. literis. de re-  
script. cap. fin. de concess. prab. in  
6. Nam & generaliter reuoca-  
tio concessorum à Summo  
Pontifice non comprehendit  
ea, quæ iam executioni man-  
data sunt. Barb. consil. 13. vo-  
lum. 3.

Postremò † Ecclesiis indul- 11.  
ta priuilegia reuocari nō pos-  
sunt à successore. l. priuilegia.  
C. de sacrosanct. l. 13. 29. 34.  
38. 46. & 47. C. de Episc. in C.  
Theod. l. si Ecclesiæ. eodem. in C.  
Iust.

Accedit † quòd priuilegia 12.  
concessa non subiectis reno-  
vati non possunt etiam cum  
causa. Innoc. in d. cap. nouit. de  
iud. Lapus alleg. i. Panorm.  
consil. 41. volum. i. Alex. consil.  
101. volum. i. & consil. 54. vol.  
4. Ecclesia verò non subiicitur  
Imperatori, nec aduersatur  
l. si quis Curialis. C. de Episcopis.  
ubi Arcad. & Honor. reuocant  
priuilegium Clericis indul-  
tum, quo licebat Curiales or-  
dinare, modò bonis cederent.  
nam cedendi bonis necessita  
non continet gratiam, imò  
potius iacturam. quod D. Am-  
bosius satis indicat epist. ad  
Valent. lib. 5. epist. 31. Quare  
ab

ab eo damno cedendi bonis  
Arcadius & Honor. Clericos exemerunt, & iubent  
iuxta antiquas cōstitutiones,  
& Patrum decteta Curiales  
Clericos ordinatos ad pristinam  
sortem reuocari can. pre-  
cipimus. dist. 34. can. designata.  
can. praterca. 51. dist. can. si-  
ferunt. 54. dist. Itaque ea lego  
Imperatores Ecclesiæ priuile-  
gia non reuocant.

I A C. F E R R E R I V S.

**V** Trūm Principes deroga-  
re possint testamentis  
plumatorum, & vltimis volun-  
tatis, vide Didac. var. 3. cap.  
6. num. 5.

## Q V A E S T . C V .

**a**n Princeps legibus derogare  
possit, & dispensare con-  
tra ius: an legibus sit sol-  
latus, & iura Gentium re-  
uocare possit, & de Pa-  
pa.

S V M M A E R E R V M .

1. Rescripta contra leges.
2. An & quando Princeps dis-  
pensare contra legem

3. Papam in voto dispensare  
posse: & cum bigamo  
numer. 4. super usuris,  
numer. 5. in gradib. à le-  
ge diuina prohibitis. nu-  
mer. 7.
6. Cades in quantum permis-  
se.
8. Papam non posse dispensare  
in iis que sunt iuris di-  
uini.
9. An liceat uxorato concubi-  
nam habere, & de Abra-  
ham.
10. An banniti mulier, qua  
potest impunè occidi, adul-  
terio vittari possit.
11. Hebreis an fuerit permisum  
furtum facere, & auferre  
bona Egypiorum.
12. Dispensationem quandoque  
iuris declarationem signi-  
ficare.
13. Non licere dispensare contra  
ius diuinum.
14. Papa an dispensare possit in  
votis continentia & pau-  
pertatis: & an in gradib.  
à iure diuino prohibi-  
tis, num. 15.
16. Non licere Principi dis-  
pensare contra ius natura-  
le.
17. Principem derogare iuri  
Gentium posse; & iuri ci-  
uili, num. 18.
19. Papam, vel Principem de-  
rogare

- rogare iis posse, quæ sunt iuris possit, etiam sine causa.
20. Dispensationem sine causa, vel falsa, non innare eum qui eam habuit, quin pectetur à Principe.
21. Princeps an legibus sit solutus.
22. Principem non posse sibi legem imponere, à qua recedere et non licet.
23. Papam dispensare non posse sine causa, super his quæ sacris Concilii statuta sunt.
1. **R**E S C R I P T A † contra legem nullius sunt momenti. *l. rescripta. l. nec damosa. C. de precib. l. fin. C. si contra ius. Verum queritur* † an Princeps contra ius dispensare possit? Quod ad ius diuum attinet nec Princeps nec Summus Pontifex circa Sacraenta & articulos fidei ullo pacto dispensare potest. *D. Thom. in 4. quodlib. quest. 14. & in 4. sent. dist. 27. quest. 4. Panorm. in cap. proposuit. de concess. præb. Ancharan. consil. 374.* Vbi vero de fide, vel de Sacramentorum natura & viribus non agitur, sed de præceptis diuinis, quæ moralia dicuntur, an Princeps vel Summus Pontifex dispen-
- sate possit, queritur? Quidam generaliter in prophianis Principem, Summumque Pontificem in Ecclesiasticis quæ diuino iure constituta sunt, ex causa derogare posse, crediderunt. gloss. in cap. nobis. de decimis. Innoc. in cap. post translationem. de renunciat. Panorm. in cap. licet. de feris. Bald. in l. si tibi filius. ff. de adopt. Primò quod licuerit David suisque comitibus propositionis panibus famem depellere contra legem Dei Achimelech Pontifice dispensante, *i. Regum c. 21.* Quod Christus non improbauit *Marti cap. 2.* Secundò Papa † in voto dispensat. gloss. in cap. non est. de voto. Innocent. in cap. cum ad monasterium. de statu Monach. D. Thomas in 4. sent. distinct. 38. quest. 1. art. 4. de Turre-Cremat. in can. de illo. distinct. 32. Felin. in cap. si quando. de rescript. Tertiò Papa dispensat † cum bigamo. can. lector. dist. 4. 34. Panorm. in d. cap. proposuit. contra Apostol. constitutions. Quartò etsi † usuræ iure diuino veritæ sint, Innocent. tamen tertius, optimus Pontifex, in gratiam dotis pignori obligatas in forteim non computari declarauit. *c. salubriter. de usuris.* Quintò ex cap. lucet. de feris. Sextò etsi iure diuino in

in ore duorum vel trium sicut omnia verbuni, in testamentis tamen septem, in codicillis quinque ab Imperatorum constitutionibus exiguntur. Septimè contra præceptum Decalogi, *Non occides*, iniustorum, hostium & sceleratōrum hominum tamen cædes permittæ sunt. Octauò receptum est Papam tamen dispensare posse etiam in gradibus à diuina legge prohibitis. Ioannes Andreas in cap. per venerabilem. qui sily sicut legit. Panorm. in cap. litteras. de restitut. spoliat. cæque potissimum ratione dispensationem Iulij secundi Pontificis in nuptiis Henrici Octauii Britannæ Regis & Catharinae Reginæ clarissimorum Hispaniarum Regum Ferdinandi & Isabellæ filiæ, quæ antea Arethino Henrici fratri nupserrat, probari plerique scripsérunt; fratris enim uxorem ducere iure diuino vetitum est, *Leuitus cap. 18.* Alij nedum Principem. sed nec tamen summum Pontificem in his, quæ iure diuino sancta sunt, dispensare posse contendunt. Primò inferior non potest abrogare legem, vel etiam derogare legi superioris. *cap. cum inferior. de mator. & obed.* Ergo nec Dei, quem plutimum omnibus hominibus præstare, & superioreni

esse, inficiari non potest. Secundò ius diuinum quoad moralia perenne, stabile atque immutabile dicitur. *can. 1. cum sequent. 5. distinct.* Ergo Princeps non potest ea derogare. Tertiò ex can. sunt quidam. 25. quæst. 1. Quartò ex can. qui omnipotente. 11. quæst. 3. Quintò ex B. Bernardo, qui scripsit quædā esse præcepta moralia primæ tabulæ ordinatia ad Deū, quædam secundæ ordinantia ad proximum. In prioribus nec homo, nec Deus dispensat: in secundis vero non homo, sed Deus. In hac perdifficil & lubrica quæstione quidam distinguunt, an aliquid iure diuino tam præcisè & perfectè sit vetitum, ut nullo casu exter iure diuino permisum, quin & ius diuinum neque immutari, neque modificari potest: ut in præcepto, *Non machaberis.* Nusquam enim adulterium permisum fuit. *cap. eti Christus. de iure in rando.* Bald. in d. l. final. C. si contra ins. Ancharen. in cap. 1. de constitutio. Nam quod de Osca quidam opponunt Oscæ 1. cap. *Vade, sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum.* non fit dispœtatio legis diuinæ in fornicatione facienda, ut quidam censuerunt, inquit, ut in commenta-

rūs eius Prophetæ D. Hieronymus, Cyrilus & Theodoretus, iubetur vxorem ducere ex prostibulo, ut typus esset fornicariæ Synagogæ, quam Deus ex Ægypto tanquam ex prostibulo idolorum eductam sibi desponsauerat. Quod idem Prophetæ postea declarat, quoniam fornicans fornicabitur terra à Domino: positum est enim futurum pro præterito, autore Cyrillo ibidem.

9. Ideoque ubi Rex † alius quis vxorem sterilē duxisset, non posset Papa dispensare, ut concubinam haberet. Bald. *in cap. lator. de sentent. Et re iudicat.* Neque aduersatur quod Abrahæ non vertatur virtus quod propter vxoris suæ Saræ sterilitatem ingressus sit ad Agar, *Genesi* 16. Nam, ut D. scripsit Ambros. *in lib. de Patriarchis*, Abraham fuit ante legem Moysis, & priusquam adulterium interdictum esset, nec ante legem illa est rei damnatio, sed ex lege. can. *dixit Sara* 32. qnaeſt. 4. Quare eorum sententiā laudo, qui existimauerunt † mulierē exilio affectam etsi morte affici possit, non tamē cum ea adulterium cōmiti, quamuis Nellus *in tract. bannitorum*, seculis censorit, plenè Dec. *in d.c. qua in Ecclesiaram. de constit.* Vbi ve-
- 10.

rò de iure diuino constituta in specie aliqua eodem diuino iure modificata & immutata fuerunt, poterit ex causa Summus Pontifex dispensare, ut in præceptis, *Ngn occides*, & *Ngn furtum facies*. hostes enim & sceleratos iure diuino occidere licet. Et quādocunque Israēlitis excedentibus Ægypto furtum permisum est, *Exod. 3*. Hanc tamen distinctionem pluribus oppugnat Ant. de Rosellis *in tract. de Conciliis*. cui addo non fuisse † in furto dispensatum cum Hebræis qui vasa Ægyptiorum asportauerunt, quamvis id D. Bernard. aliisque nonnulli ita existiment. Imò potius Hebræi ea via cōque modo mercedem Deo præcipiēte receperisse, quia fuerat à Pharaone defraudati post tot sudores & labores ædificationis urbium, & agriculturæ, & post opera dura lutis & lateris ac seruitutes, autore D. Grégor. Nazianzeno *orat. 2. in Pascha*.

Sunt nonnulli qui aliter distinguunt, nam aut causa, ob quam dispensat Princeps, vel Pontifex, excludit legis peccatum, & tunc ius diuinum distingui, limitari & restringi potest, aut non excludit peccatum, & tunc dispensatio nullius est momēti. Bartol.

tol. in *l. omnes populi. ff. de iustit. & iure.* Verum hæc opinio et si plausibilis sit, à nobis probari non potest. Quomodo enim cōtra legem Dei fieri aut permitti aliquid potest, in quo non immineat peccatum, etiam mortale, cūm idipsum sit peccatum mortale, contra ius dominū quidquam facere, & pertentare. Quare, saluo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ius*n.* dicio, existimo † dispensationem quandoque iuri declerationem significare. *cap. in emm. de testibus. cap. Quintauallu.* de iuretrando. nonnunquam iuris, vt nostri loquitur, relaxationem. §. nisi rigor. 1. *quest.* 8. Plane ius diuum Pontifex vel Princeps in prophanis interpretari potest, modò ex ea interpretatione nullum orniatur peccatum, & maius bonum sequatur, vel maius malum effugiamus: quemadmodum ea diuina traditio, *In ore duorum, vel trium fiat omne verbum,* interpretatur à Summo Pontifice, vt non sint pauciores, vt notatur *in d. c. in emm.* Rursus diuina traditio, *Quod Deus communxit, homo non separat,* interpretatur non solum de coniunctione animorum, sed & corporum. *cap. cūm ex coniuncto. de conutris: coningat.* vel etiam secutā copula inter

infideles vno ex coniugib⁹ conuerso, vt maius malum vietetur. *cap. quanto. de d. uortis.* Idem in præcepto, *Non occides.* quod interpretatur vt locum non habeat ubi homicidium committitur ad sui defensionem, naturali enim ratione defensio vnicuique permissa est.

Caterūm ubi dispensatio iuri relaxationem, vt Doctores loquuntur, significat, vt vulgo usurpari solet, et si impro priè, vt notat Budæus *in l. i. ff. de iust. & iure.* non licet † Principi vel Pontifici aduersus legem diuinam dispensare, vel ab ea aliquem priuatim eximere, aut soluere. *cap. maiores. de Baptismo.* D. Thomas quodlibet. 4 artic. 13. & quodlibet. 9. artic. 20. Ioannes de Turrecemat. lib. 2. de Eccles. *cap. 107.* D. Thomas 1. 2. *quest.* 97. artic. 4. Angel. & Syluester *in verbo, Papa.* Ioannes Maior *in 4. sentent. dist. 2. 4. quest. 12.* Baptik. de S. Seuerin. *in tract. de pens.* Paris consil. 68. vol. 4. Ripa consil. 19. sub titul. de rescriptis. Jacob. Almain. *in tract. de potest. Eccles.* *cap. 23.* Anton. Florent. 1. parte, tit. 13. *cap. 1.* Hostiens. lib. 1. tit. 3. art. 5. sua summa. Namque opinionem securiorem esse scripsit D. Bonaventura *in 4. sentent. dist. 3. 8. quest. 3.* Nam præterea

præter ea quæ pro hac sententia adduximus, considerandum est legem diuinam comprehendere ea quæ ab ipso Deo constituta sunt, non solum in-communi ratione iustitiae, sed etiam quoad singulare*s* actus. quæ ratione ab alio quam ab ipso Deo dispensationem non recipit, autore D. Thoma *in 1.2. quest. 100. artic. 8.* qui alibi *eadem causa, quest. 97. artic. 6.* docet auctori Deo reseruandum, ut ipsius vel naturæ legem præferri permittat in illis casibus, in quibus legis efficacia protrahi non debet. Præterea leges Imperatorum non sunt supra legem Dei, sed infrà. quod ex decreto Pij Papæ *cap. 3.* docet Burchardus VVormatiensis Episcopus *lib. 15. cap. 10. & ibidem cap. 8.* ex decreto Adriani Papæ *cap. 16.* non licere Imperatori aliquid contra diuina madata præsumere, nec quicquam quo Euangelicis Propheticisque seu Apostolicis regulis obuiam eatur, agere. Eodem pertinet text. *in cap. Imperatores. dist. 9.* quibus occurritur his quæ suprà diximus ex *1. Regum 2. 1.* Primò ex *cap. salubriter. de usur. ex cap. 4. cet. de ferus. ex præcepto Decalogi, Non occides.* Quod vero pertinet ad voti dispensa-

tionem, non desunt † qui in 14. votis continentia & paupertatis Papam dispensare posse negant. D. Thomas *2. 2. quest. 88. artic. 11. gloss. in can. sunt quidam. 25. quest. 1. dc Turro-Cremata in libello septuaginta trium quest. Almain. de potest. Papæ cap. 15. Sylvester in verbo, votum. Ambr. Politus aduersus Caetanum lib. 6. cap. 1.* Præterea etsi fateamur Papam in voto dispensare posse, voti obligatio est iuris diuinæ, quoad generali obligationem, qua obligamur vota seruare. At quodlibet votum non est iuris diuini: sic obedire legibus iuris, est diuini, adeò enim præceptum est: tamen quælibet lex humana est ius diuinum. quod plenius tractabimus *in Authent. Ingressi, infra.*

Minus obstat quod † in 15. gradibus diuina vel naturali lege prohibitis Papa possit dispensare, id enim à vero alienum est. Petrus de Palude, Idannes Maior *in 4. sentent. distinct. 40.* Anton. Florent. 3. parte. tit. 1. cap. 14. §. 2. Notatur *in cap. litteras. de refut. sponiat.*

Neque aduersatur Iulij secundi dispensatio in gratiam Regis Angliæ, neque Summi Pontificis Clementis de ea contro-

controversia. lata sententia. Non enim lege diuina prohibitum est vxorem fratri ducere, vbi nulli suscepti sunt liberi. quod pluribus probat Roffensis; Cochlæus, Ferdinandus Ilerdensis Episcopus, & Alphonsus Vernefius *in libellis de matrimonio Regis Angliae editis.* Genes. Sepulueda *lib. 2. de ritu nuptiarum, & dispensat.* Hactenus de iure diuino.

Quod verò pertinet ad ius naturale, idem quod de iure diuino statuendū iudico, vt à Pontifice, vel Principe interpretari possit; inslecti † verò, aut immutari, vel ei derogari, aut contra ius naturale dispensare non licet. Getson *in tract. de statibus Ecclesiasticis, & tract. de unitate Ecclesi.* Ius enim naturale est immutabile. § sed *naturalia. de iure naturali. can. 1. distinct. 5.* quod planè & apertè docet Cicero *lib. 3. de repub. his verbis: Hinc legi nature nec propagari fas est, nec derogari. Ex hac aliquid licet, nec tota abrogari potest, nec verò aut per Senatum, aut per populum solus hac lege possumus, nec erit alia lex Athenis, alia Rome, alia nunc, alia posthac, sed omnes gentes omni tempore una lex & sempiterna & immutabilis conuenit. quæ verba ex libris de*

republica, qui præter quædam fragmenta interierunt, nobis prodidit Laetan Firmian. *lib. 6. de vero culta Dei cap. 8.* Dionysius Siculus matri quandoque respondit se posse legum Syracusanarum veniam facere, naturæ verò minimè. Plutarch. *in Apophtheg. Grecor.* Quibus palam fit errasse Parnorm. *in cap. final. de consuet.* vbi scripsit ius naturale posse ex causa immutari; errasse etiam eos qui existimant citationem à Principe auferri posse; & sine citatione Principem posse iudicare. *gloss. 22 l. is qui. ff. ex quibus causis missores.* Bald. *in l. cum cessante. C. quomodo & quando index. & in l. ne causas dc appellat.* Alexand. *consil. 2. volum. 1.* Cùm enim citatio sit iuris naturalis, & x principis naturæ oriatur, nám & Deus, antequam Adam damnaret, eum vocavit, dicens: *Adam ubi es?* Sequitur Principem etiam legibus solutum non posse sine citatione ad locum quo quis possit se defendere; aliquid statuere. *l. facultas. C. de iure fisci. lib. 10.* Clement. pastoralis. *de re iudic.* notata *in Clement. sape. de verbis signifit.* Bart. *in Extrava-* gant. *Ad reprimendum. adeò ut nec de plenitudine potestatis Princeps possit aduersus inau-*

dicum iudicare. cap. 1. de causa posseſſio. & prop. plenissimè Felin. in cap. cùm olim. de re iudic. Alexand. & cæteri in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Franciſc. Aretin. confil. 165. Soc. confil. 164. Barbat. confil. 24. volum. 2. Curt. iunior confil. 257. Doctor. in cap. in noſtra. de procurat.

Eadémque ratione defenſio, quæ ex primordiis naturæ naſcitur, ( quia principiō generi animantium hoc est à na- tura tributum, vt ſe, vitam corporis que tueatur, Cicero 1. offic.) nemini eſt denegāda. d.l. facultas. etiā excommunicato. cap. intelleximus. de iudic. Potest tamen ea defenſio naturalis interpretari, vt fiat cum mo- deramine inculpatæ tutelæ. l. 1. C. unde vi. Præterea defenſio confeſſi non potest quando offenſio eſt illicita; ſecus ve- rò vbi offenſio eſt licita. l. pro- hibitum. de ure fisci. lib. 10. ne- que enim licet iustum & legiti- tum aggressorem propulſare, & propellere. l. ſi ferunt. C. de his qui ad Eccles. conſu- giunt. Atque ita temperanda ſunt quæ notant Angel. in l. ſi ſic. ff. de legat. 1. Alber. in l. o- mines. C. de Episc. & cler. Alex. in l. cùm mulier. ff. ſolut. matr. Idémque iuris eſt in recuſa- tione ſuſpecti iudicis; facultas

enim poſtulandi ſuſpectum iudicem naturalis eſt, ideoque à Principe auferri non potest. can quod ſuſpecti. 3. queſt. 5. ibi, quodammodo naturale. cap. ſecun- dò requiriſ. de appellat. Clement. Paſtoralis. de re iudic. gloss. & Panorm. in cap. ad hac. de re- ſcript. nam recuſatio iudicis defenſio legitima eſt. cap. cùm inter. de exception. Barbat. in tract. de praefant. Cardin. 2. part. queſt. 4. Nonne communi cal- culo receptum eſt. Principem ex certa ſcientia de po- teſtate abſoluta cauſam com- mittere poſſe ſuſpecto, re- mota ſuſpicionis poſtulatio- ne, ſeu recuſatione. gloss. in l. apertissimi. C. de iudic. Specul. in tit. de recuſat. §. 1. gloss. & Bald. in l. eos. C. de appellat. Do- ctor. præſertim Felius & De- cius in d. cap. cùm inter. ea ra- tione quòd non adimatur de- fenſio, nam licet ab eo iudice appellare. l. 1. in fine. ff. apud eum à quo appellat. At melius eſt præripere & preuenire, an- tequam quis grauctur. l. final. C. in quibus cauſ. in integrum re- ſtit. quod & Decius obſerua- uit in d. cap. ad hec. de re ſcript. Quare aduersus ea, quæ ſunt iuriſ naturalis, reſcripto Prin- ceps, quamcumque cauſam prætexat, diſpenſare non po- test. Quod † verò ad ea quæ 17. ſunt

sunt iuris gentium pertinet, receptum est Principē dispensare posse ex causa, quæ iusta & publica sit, sine causa verò nō posse, etiam legem generalem condendo, vel iurisdictionem exercendo: ius enim gentium naturali ratione cum ipso genere humano proditum est. *l. omnes populi.* ff. de iustit. & iure. *l. 1. ff. de acquir. rerum dominio.* Quare citra rationē huic iuri derogari non potest. Bart. in proœmio ff. In nobis. in cap. quia plerique de immunit. Eccles. & in d. cap. quia in Ecclesiast. Fulgos. in l. fin. C. si contra ius. Anchæ. in cap. si propter. de re-script. in 6 Lex enim debet esse iusta. can. erit autem lex. dist. 4. Iustitiae autem proprium est neminem ledere, ius suum cuique tribuere. Præterea rem alicui quæ sitam adimere præceptis, Non concupiscens rem proximi tui, &c. Diliges proximum tuum vehementer aduersatur, & tyrannus, non Regibus conuenit. 3. Regum 21. Econtrario verò Princeps ob utilitatem publicam, vel aliam iustum causam, potest alicui dominium rei suæ auferre. *l. item si verberatum.* §. final. ff. de rei vēd. *l. Lucius.* ff. de eundem. cum similibus. Dominia enim distincta sunt à iure gentium. *l. ex hoc iure.* ff. de iust. & iure. Iure si-

quidem naturali distincta non erant dominia, & communis erat omnium rerum possessio. can. ius naturale. 1. dist. D. Thomas in 2. 2. quest. 66. artic. 2. & in 1. parte quest. 98. artic. 1. de Turre-Cremat. in d. can. ius naturale. neque refragatur textus in §. singulorum. de rerum diuisio. qui nostros plurimum exercuit. Nam apud Caïum in l. 1. ff. de acquir. rerum domino. ex quo loco exaratus est à Triboniano ille §. singulorum, non dicitur dominia rerū nancisci iure naturali, prout in d. §. singulorum. quinimò disertè scripsit Paulus quarumdā rerum nos nancisci dominia iure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines perequè seruatur. Quare cùm ex d. l. 1. §. ille singulorum, descriptus sit, appareatque Iustinianum hoc loco & alibi pas-sim quædam immutasse, magis fontem, quam riuulos se-ctari conuenit. Verùm in his quæ sunt iurisgentium distingnunt Doctores an Princeps legem generalem condat, vel iurisdictionem exerceat, aut motu proprio aliquid indulgeat: tunc enim causam conuimus in Principē, etiam si non exprimatur. At si priuilegium, aliquo postulante re-scripto indulgeatur, causa ex-



primenda sit. *l. vbi Bart. C. de pecc. honor. sublat. Doct. in breviscripta. & l. quatuor. C. de precib. Imper. offerend. Fel. in cap. quæ in Ecclesiæ. de const. & in d. cap. cum olim. de re iud. & in cap. cum venerabilis. de except. Rom. consil. 436. consil. 483. & consil. 499. & in l. si vero. §. de vita. ff. solut. matr. Alex. consil. 2. consil. 14. & consil. 101. vol. 1. consil. 1. & 2. & consil. 107. vol. 2. Soc. consil. 164. Præp. in c. per venerabilem. qui silijs sint legit Pan in cap. cum inter. de except. & consil. 64. vol. 1. Verum hæc communis traditio à vero aliena est, alioqui séper rescriptum Principis in perniciem alterius efficax esset, haberet enim semper causâ veram, & expressam, vel præsumptam. Quod & animaduertit Fulgos consil. 61. cuius initium est, *Divina Catherina*. Præterea cum nequeat Princeps sine causa auferre ius quæsitionum alteri iure gentium, constitutio Principis contraria nullius est momenti, nisi ex causa quæ appareat, fouetur, &, ut dicunt Doctores, iustificetur. argumento eorum quæ notat gloss. & Doct. in l. si donatione. C. de collat notata in l. qui testamentum. ff. de probat. Bart. in l. si fortè. ff. de castrenſ. pecul. quare etiam Principi afferēti causam inesse, nisi appareat, non*

erit credendum. argum. eorum quæ notant Bart. in l. diuin. ff. de adimen. legat. Aretin. in cap. 2. de probat. etiamsi pretium Princeps exolui iubeat. Inde Regi Achab vitio vertitur quod Naboth vineam enpuerit, etiamsi aliam vineam vel pretium præstare posset. 3. *Regum* cap. 2 1. Accedit quod in Principe dum contra ius rescribit, causam nullam concuimus. Ludou. Rom. consil. 419. Denique hoc expressum videtur in Concilio Basilienſi. §. licet. substit. de eleſtio. ibi, nisi ex magna rationabilis & euidenti causa in literis Apostolicis nominatum exprimenda.

Planè † quod ad ius ciuile 18. pertinet passim Doctores cōcludunt, Principem vel Summum Pontificem iuri, ut loquuntur, positivo derogare posse, etiam sine causa. cap. proposuit. de concess. probend. sufficit enim, aiunt illi, pro ratione voluntas. gloss. in l. relegati. ff. de pænis. vbi Bart. Innoç. Ioannes Andr. & Panorm. in cap. cum ad monasterium. de statu Monachorum. Panorm. in cap. non est. de voto & in cap. de multa. de prob. Iason in l. quominus. ff. de fluminib. gl. & Dominic. in cap. si gratiosè. de rescript. apud Bonifac. Cajetan. in l. 2. quæſt. 9. artic. 5. ad finem. quinimum existi

- existimant licitu m esse etiam  
19. in foro conscientia, vbi † Papa  
vel Princeps derogat in his  
quæ sunt iuris positui, etiam  
sine causa. Felin. *in cap. ad au-*  
*dientiam 2. de rescript.* Gigas *in*  
*tract. de pension. quest. 6. n. 13.*
20. Ego † contrà minimè tu-  
tum esse qui dispensationem  
à Principe meruit citra ratio-  
nem, ipsumque Principem,  
qui sine causa dispensat, vehe-  
menter peccare. quod & D.  
Thomas assertuit 1. 2. *quest.*  
97. post glos. *in cap. non est. de*  
*voto.* Nam dispensatio quæ fit  
sine causa, dissipatio non im-  
propriè dicitur. D. Bernard. *in*  
*fine lib. 3. de considerat. ad Eugen-*  
*nium.* nec est indulgenda, nisi  
cum diuino concurrat huma-  
num iudicium. Speculat. *in tit.*  
*de dispens.* § qualiter facienda.  
Et generaliter iura labefacta-  
ri, vel mutilari non debent,  
vbi nec vlla necessitas, nec a-  
liqua prorsus extorquet utili-  
tas. *can. eis illa. 1. quest. 7.* Spec.  
*in tract. de modo celebrand.* Con-  
cil. generale parte 1. tit. 4. *de di-*  
*spensationibus.* nam quod vul-  
21. go dicitur † Principem legi-  
bus solutum esse, variè inter-  
pretari solet. Primum ut legi-  
bus solemibus solutus sit  
Princeps. *l. ex imperfecto. C. de*  
*testam.* minimè verò his legi-  
bus, quæ ad honestatem perti-  
nent. nam quæ facta hædunt  
pietatem, existimationē & ve-  
recundiam nostram, nos facce-  
re non posse credendum est. *l.*  
*filius. ff. de cond. instit.* Deinde  
etsi Rex legibus suis solutus  
sit, nihil tamet ei magis con-  
gruit, quām putare quod non  
decet non licere, séque suis  
legibus obstringi, & quod per  
iustitiam non licet, nec per po-  
testatem licere: non enim sol-  
vit potestas iustitiam, sed iu-  
stitia potestatem: nec legibus  
Rex solutus est, sed si peccat,  
leges suo exsoluit exēplo. hæc  
D. Ambros. *in Apolog. David,*  
*circa principium.* decet enim  
tantæ maiestati eas seruare  
leges, quibus ipse solutus est.  
*l. ex imperfecto. ff. de legat. 3.* ni-  
hilque tam imperij proprium  
est, quām legibus vivere. *l. ex*  
*imperfecto. C. de testament.* &  
legibus submittere principatu-  
m. *l. digna vox. C. de legibus.*  
Leuius est, & vanius sua de-  
creta tollere, quām aliorum.  
*lvi. lib. 3.* Bias enim verò Prin-  
cipē existimabat, qui patris le-  
gibus institutisque subuceret  
se primus. Cœlius Rhodigin.  
*lib. 7. lectio. antiquar. cap. 1.*  
Antiochus tertius, auctore  
Plutarcho *in Apophthemat.* mā-  
dabat ciuitatibus, si quid con-  
tra leges per literas facere ius-  
sisset, ne sibi tamquam ignaro

parerent. Et sanè, vt ait Caius Sestius apud Tacit. lib. 3. Principes instar Deorum sunt, à quibus non nisi iustitia supplicū preces audiuntur. Nota est Zeleuci iustitia, qui, vt Valesius cæterique prodiderunt, ne legem, quam ipse promulgauerat, violaret, oculum sibi erui iussit. Itaque iustum est Principem suis parere legibus. can. iustum. distinct. 9. cap. final. de rescript. apud Bonif.

22. Denique † Princeps legibus solutus est, vt possit legibus soluere, veniamque facere vbi necessitas vel maxima utilitas adhortatur: quinimodo tenetur Princeps vbi euidens subest causa, legibus soluere, & dispensare, alioqui peccat. gloss. in can. *Domino sancto*, distinct. 50. neque sibi licentiam & libertatem præcidere potest legum derogandarum, vel abrogandarum, etiam si adiecta fuerit vulgata clausula, *sans que par si apres par nous, on nos successeurs y puise estre derrogé, derogant à la derogatoire de la derogatoire*. argum. l. ille à quo. §. tempestuum. ff. ad Trebell. l. penult ff. de arbitr. Bald. in l. clarè. C. de fideic. Alex. consil. 224. vol. 6.

Olim non licebat legem ita sanctire, vt non posset nec per Senatum, nec per popu-

lum infirmari. Cicero lib. 3. epist. ad Atticum. ep. 23. Eóque pertinet potestatis plenitudo, quæ sub ratione restringenda est. can. illa. 9. quest. 3. c. quanto. de translat. Episcop. eaque non debet vti Princeps, nisi vrgeat causa euidens Hostiens. in cap. ad decorum. de authorit. & vnu pally. Ioannes Monach. in Ex. transag. Bonifac. VIII. unam Sanctam. Ioan. Andr. in cap. de multa. de præbend. plenitudo enim potestatis, autore Hostiensi in d. cap. quanto. in executione potestatis, vt ipse loquitur, nō in autoritate prænitatis consistit. alioquin mutato vocabulo, plenitudo tempestatis dicetur. gloss. Pragmat. in titul. de electio. §. licet. in verbo, referuationes. & in ut. de collat. §. cui rei. in verbo, pluralitatis. Quare non iniuria, Card. Florent. in tract. super unione Eccles. inuehitur in quosdam adulatores, qui blanditiis & affectionibus Principibus suadent, ex plenitudine potestatis licere quidquid libet, cùm eis, vt Seneca, propter hoc minus liceat quod omnia liceant.

Cum ergo Principes legibus suis vel antecessorum suorum sine causa derögare nequeant, multominus † his 23. quæ in sacris Synodis statuta sunt, possunt dispensare, nisi magna

magnæ & necessariæ causæ  
ad sint. cap. post translationem.  
de renuntiat. can. contra , cum  
sequent. 25. quæst. 6. Qua ratio-  
ne Lud. Rom. conf. 380. ait, re-  
scriptum Summi Pontificis de  
electiua dignitate, non expe-  
ctata electione, contra decreta  
Concilij Basiliensis nullius  
penitus esse momenti. cuius  
opinionem probo, et si pater  
meus Senator omnium suæ  
ætatis disciplina iuris civilis  
eruditissimus, in additionibus  
impugnet. nec enim, vt notat  
Gerson in tract. de potestate Ec-  
clesiastica, consideratione 10. licet  
Papæ facere, vt ille loquitur,  
non obstantibus iis, quæ in  
Synodis generalibus consti-  
tuta sunt. Præterea Synodi  
OEcumenicæ cōstitutio clau-  
sulam, vt dicunt, derogato-  
riam tacitè continet. Archidiac.  
in cap. 1. in verbo , nosca-  
tar. de constit. apud Bonifac.  
Ioannes Andr. in cap. 1. de Ec-  
cles. pralat. apud Bonif. Bald. in  
l. humanum. C. de legib. Oldrad.  
confil. 226. & confil. 427. Lu-  
dou. Roman. confil. 426. Be-  
ned. Capta confil. 157. plenè  
Felin. in cap. nonnulli. de rescri-  
ptis.

## Q V Æ S T . C VI.

*De confirmatione in forma  
cōmuni , & ex certa scien-  
tia, & de clausula, De ple-  
nitudine potestatis.*

## S Y M M A R E R V M.

1. Confirmationem dupliciter fieri.
2. Quando fiat in forma com-  
muni : eius vis & effic-  
acia, num. 3.
4. Confirmatio ex certa scientia  
quid. & quando fieri di-  
catur, num. 5.
6. Clausula , Ex certa scien-  
tia, & De plenitudine  
potestatis.
7. Exemptionis immunitatis,  
vel alterius priuilegij cō-  
firmatio , quando efficax  
fit.
8. Verba, prout, iuxta, secun-  
dum, & similia quid de-  
notent in confirmatione  
priuilegiorum & rescri-  
ptorum. Distingue ut nu-  
mer. 9.

**C**ONFIRMATIO † ali- <sup>1.</sup>  
quando fit in forma  
communi, aliquando  
ex certa sciētia. In † forma cō-  
muni

mum fieri dicitur, quo res simpliciter vel sub conditione aliquid confirmatur, sine tamen causæ cognitione. *cap. quia diversitatem de concessis prob.* Pan. *in cap. 1. & cap. examinata de confirm. utile.* Decius *in 3. rubr. eod. tit.* Confirmatio † in forma communi nullum ius confert. argum. *cap. fin. eod. tit.* Oldrad. *confil. 164.* Alexand. *confil. 39. vol. 4.* & *confil. 16. volum. 5.* Afflictis *decis. 128.* Neque confirmat quod nullum est & invalidum. Batt. *in l. privilegia. C. de sacrosanct.* Roman. *confil. 217.* Alexand. *in l. more. ff. de iurisd.* Ea tamen confirmatio in forma communi maiorem autoritatem addit. *cap. quis nesciat. distinct. 11. cap. quanquam. distinct. 24.* Hostiens. *in summa de confir. utile.* Oldr. *confil. 236.* Item morte confirmantis extinguitur. *gloss. Petr. de Anch. Ioan. Andr. & Imol.* *in cap. pen. de Cler. non resid.* Afflictus d. *confil. 128.*

4. Confirmatio † quæ sit ex certa scientia morte non extinguitur, imò in tempus successoris protrahitur. Imol. *in d. cap. pen. de Cler. non Secundò confirmat quod nullum est.* *cap. 1. cap. veniens. vbi gloss. in verbo, confirmatum. de transact.* Pap. *confil. 62. volum. 1.* Alex.

*confil. 39. volam. 4.* Qued obtinet quoad solemnia: at quoad substantia non confirmat quod nullum est. Rota *decis. 2. sub tit. de confirmat. utile. in nouis. Alexand. confil. 100. volum. 4.* Tertiò non confirmat quod nullum est in præ iudicium tertij. Panorm. *in cap. fin. de confirm.* Bald. *in l. fin. C. sentent. rescind.* Alexand. *confil. 23. vol. 5.* Quartò confirmation ex certa scientia efficit ut quod confirmatum est rescindi & reuocari nequeat sine licentia eius qui confirmauit. *gloss. sing. in cap. frater. 17. quest. 4.*

Confirmatio verò ex certa scientia † fieri dicitur, quo<sup>5.</sup>ties expressè dicitur, ex certa scientia fieri. *gloss. in Clement.* *Etsi principalis. de rescriptis. & in cap. statutum. in verbo, literarum. de rescript.* *in 6.* Oldrad. *confil. 325.*

Porrò obseruandum est, Clausulas, † *ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis*, tum demum vim habere, quoties causæ cognitio intercessit: aliter verò secus. Rota *decis. 2. sub tit. de confir. utile. Specul. tit. de legato §. nunc ostendendum. vers. 18.* Decius *confil. 307.* Quod diligenter notandum est. Nam in omnibus ferè rescriptis ex cōsuetudine

dine quædam apponi solet  
hæc clausula, de noſtre certaine  
ſcience, & pleine puiffance.

3. Hoc loco querunt non-  
7. nulli t̄ an exemptionis, im-  
munitatis, vel alterius priuileij  
confirmatio, efficax sit  
vbi non appareat de priuilegio  
confirmato, & an teneatur  
qui confirmationem priuile-  
gij obtinet, autheticum ipsius  
priuilegij exhibere? Planè vbi  
confirmatio simpliciter con-  
firmat, priuilegium edere &  
exhibere tenetur. argum. l. in  
testamento. ff. de cond. & demon-  
ſtr. Authent. ſi quis in aliquo do-  
cumento. C. de edend. Batt. in  
Extrauag. Ad reprimendum. in  
uerbo, prout. Vbi verò priuile-  
gium ipsum in confirmatione  
perfectè exaratum eſt, Docto-  
res vulgo crediderunt, con-  
firmationem priuilegiū pro-  
bare, et ſi de eo non appareat.  
gloss. in can. ſi Romanorum. dift.  
19. Speculat. in tit. de instrum.  
editio. §. nunc videndum. Innoc.  
& Panorm. in cap. inter dilectos.  
de fide instrum. Card. conf. i 18.  
Rom. conf. 325. Decius confil.  
152. Mouentur primò cap. Ab-  
bate S. Siluani. de verbo. ſignific.  
Secundò ex l. admonendi. ff. de  
iure. ibi, constitutionibus Prin-  
cipum. vbi gloss. immittit, his ver-  
bis eas constitutiones proba-  
ri, et ſi non extent. gloss. ſimil.

in l. vt liberis. vbi Angel. C. de  
collat. & in §. quoniam verò. No-  
uella, de testib. quo argumento  
notant Doctores legem in alia  
constitutione transcriptam,  
et ſi non extet, fidem facere,  
modò exarata ſit ab eo qui po-  
terat eam condere. Bald. &  
Doctor. in l. i. C. de Epifcop. &  
cleric. & in cap. i. qualiter domi-  
nus feudo priuēt. quod & ad ſta-  
tuta Doctores protrahunt.  
Bald: in l. unic. §. in omnibus. C.  
de caduc. tollend. & in cap. i. §. i.  
qualiter feudum alienar. pōterat.  
omnes iā d. l. admonēndt. Tct-  
tiō. vbi priuilegium ex toto  
describitur, videtur fieri con-  
firmatio ex certa ſcientia, vt  
paulo antea docui: confirmatio  
verò ex certa ſcietia neini-  
ni ius tribuit, & quod nullum  
eſt, confirmat. Contrariam  
ſententiam probasse videtur  
Innocent. in d. cap. Abbate S.  
Siluani. Albert in Authent. ſi  
quis in aliquo. C. de edend. quo-  
rum ſententia ſecurior eſt:  
forſitan enim in authentico,  
quod in confirmationem ex-  
aratum eſt, vitium aliquod ap-  
parebat. argum. cap. cum olim.  
de priuileg. & eorum quæ ibi  
notantur. Iuaatur hæc opinio  
de ſublatione Clement. literis,  
in Concilio Basiliensi, & in  
Concordant. inter Galliæ Re-  
gem & Sedem Apoftolicam.

Qq qua

qua constitutione cautum est non esse credendum Summo Pontifici vbi aliquid assentit in petniciem altius, etiam si super ea assueratione Pontifex rescribat, sublata & antiquata Clement. literis. de probat.

- Amplius queri potest, an si concepta fuerit confirmatio,
8. *Iuxta*, vel secundum priuilegium iam eis indultum, vel prout, aut sicut in priuilegio, vel prout antecessores tui, &c. An huiusmodi distinctiones & aliæ similes conditionem, si ita est, vel causam, quia ita est, notent, siue, ut Doctores loquuntur, causalis, vel conditionalis intelligi debeat. Lud. Roman. *confil.* 336. distinguit inter priuilegia & rescripta, ut in rescriptis ea verba prout, iuxta, secundum, & similia conditionem, in priuilegiis vero causam notent. argum. *cap. Abbat.* quam distinctionem Felin. in *cap. 2. de rescript* improbat.

9. Ego *i* in hac questione distinguendum iudico, aut confirmatio nihil certi disponit, sed generaliter se refert ad priora priuilegia, in eaque specie consummatio conditionalis est, ita ut necesse sit priora priuilegia exhibere. argum. *l. si sic. §. 1. vbi Dynus & Bart. ff. de legat. l. l. legant. ff. de libe-*

*rat. legat. Oldrad. confil. 164.* Vbi vero confirmatio certi aliquid. absolute disponit, si fuerit facta in forma communis, conditionalis est. argum. *cap. qua diversitatem. de concessio. prabend. gloss. singul. in cap. quoniam Abbas. de officio delegat.* Si vero confirmatio intercesserit causa cognita, causalis est: nam si index causa cognita condemnet aliquem aliquid annis singulis praestare, iuxta, vel secundum quod ab antecessoribus praestari solutum est, ea verba non faciunt conditionem, sed causam. Bart. in *l. cum qui. §. Julianus.* argum. illius §. ff. de *confit. pecunia.* Plura in hanc sententiam apud Bart. in *Extrahag. Ad reprimendum, in verbo, prout.* Alex. in *l. admonendi. ff. de interetur.* Felin. in *d. cap. 2. de rescript* Neque his aduersatur d. *cap. Abbat.* vbi generaliter in priuilegiis ea verba causam notant, modò ad personale verbum referantur: quia, ait Innocent. Pontifex, *cum priuilegium sit lex priuata, &c.* Nam Innocentij decisio ibi non solùm Paschalis priuilegio inititur, sed & maximè Calixti iudicio causa cognita, authore Innocentio quartò ibidem: inititur etiam subsequenti consuetudine, ut appareat in anti-qua

qua Decretali, vbi extant hæc verba, quæ defunt in nostris Decretalibus, ibi, non aliunde, quām de monasterio Sancti Bertini faciendum, ut electio ad ius commune posset ex parte reduci. Eadem quoque verba sic esse interpretanda, subsequens cōsuetudo declarat, quæ prohibetur esse legum interpres. His igitur, &c.

## Q V Æ S T. C VII.

*De pauperibus, de cura pauperum, de alimentis pauperum, de Eleemosyna Ecclesiæ debita, de annonis Ecclesiæ præstantis, & alimentis, quod hæc pertineant ad Reges pio pietate, & ad Episcopos pro eorum officio, de pueris alimentariis, & de salariis Doctorum.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Egenis prospici debere à Principibus.*

*Exempla charitatis in pauperes.*

2. *Nerna Imp.*

3. *Alexander Imp.*
4. *Horrea publica eum constituta, quibus frumentum adseruabatur, populo esuriensi distribuendum.*
5. *Constantini lex.*
6. *Theodosium idola Alexandrina Christianis donasse in usus egenorum.*
7. *Tiberius II. Imp.*
8. *Placilla Theodosij Magni Imp. uxer.*
9. *Zeno Imp. eiusque mater, & B. Virg responsum.*
10. *Carolus Magnus.*
11. *Robertus Gallorum Rex.*
12. *Ethnicorum exempla.*
13. *Christiani olim officiosi.*
14. *Eleemosynarum fructus qui, ex Innocentio tertio.*
15. *A quibus eleemosyna præstari debeat; & num. 17.*
16. *Ecclesiæ bona Christi, & pauperum patrimonium.*
18. *Lacos tempore necessitatis cogi posse eleemosynas facere.*
19. *Quibus largienda eleemosyna.*
20. *Quæ in eleemosyne præstatione obseruanda.*
21. *An ex rebus alienis, vel iniuste quæstis pauperibus largiendum.*
22. *Ad quem eleemosyne dispensatio pertineat.*

3. **A**LIMENTA† egenis darc , & ne esuriant prospicere debet Principes. Sextus Victor. scriptum reliquit † Nervam Imperatorem iussisse per Italiam natos egenis parentibus ali sumptu publico. Spartanus commemorat Adrianum pueris & pueris, quibus Traianus alimenta detulerat, incrementum adiecisse. † Alexandrum item Imperatorem nedum Doctoribus salario constituisse, sed & auditoribus qui ingenui & egeni essent, annas praestitas, Capitolin. scribit in Alexand. D. Thomas lib. 2. de regimine Principis. cap. 15. plenè.
4. Habant† olim Principes horrea publica , quibus frumentum afferuabant , idque populo esurienti modico pretio distribui iubebant. quod quidem pretium apud arca- rium recondebatur ad frumentum reparandum.Cassidor. lib. 12. var. cap pen.
5. Constantinus † lege lata, quam trevis tabulis, vel ceru- satis , aut linteis mappis scribi mandauerat , iubet fiscum & rem priuaram indiscreta præbere obsequia ad alimenta præbenda , & vestes imperiendas liberis, quos parentes pro paupertate educare Con-

poterant. Altera etiam lege Preconsulibus Præsidib[us]que & Rationalibus per vniuersam Africam mandat, vniuersis in egestate miserabili constitutis stipem necessariam præstare, atque ex horreis substantiam tribuere competente[m]. Abhorret enim, ait eo loco Constantinus , à nostris moribus , ut quenquam famæ confici concedamus. *l. 1. & 2. de alimento. quæ in op. parent. de public. pet. in C. Theodos. Incredibile esse scriptis Eusebius lib. 9. cap. vlt. quanta cura Constantini fuerit erga sumptum indigentium.*

Legimus † Theodosium 6. idola Alexandrina ex auro conflata Christianis donasse in usus egenorum. *Histor. tri- part. lib. 9. cap. 27.*

Tiberius † II. Imperat. cum 7. multa de thesauris , quos Iustinus I. congregauerat, pau- peribus erogasset , cùmque Sophia Augusta argueret, di- xisse : *Non dcerit fisco nostro, tantum pauperes elcemosynam accipiant, hic est enim magnus thesaurus.* Itaque cum quotidi- die ingentes pecunias indi- gentibus maxima largitate impertiret, thesaurum in quadam Italiae vrbe defossum sene quodam decrepito in- dicante, nec non alium the- saurum

saurum in palatio inuenit,  
quos in alimenta pauperum  
pariter distribuit. Gregorius  
Turonens. lib. 5. *historiar. cap.*

19. Aymon. Monachus lib. 3.  
*cap. 19.* Antoninus lib. *histor.*  
*cap...*

¶ Placilla † verò Theodo-  
sij coniux, vbi ad purpuram  
venit, egenorum curam ma-  
ximam habebat, vnicuique  
quod opus haberet, præbens,  
infirmis suis manibus mini-  
strabat, ollas eorum tergens,  
ius gustans, cibosque mini-  
strans, calices abluiens, alia-  
que exequebatur, quæ seruis  
& ancillis incumbunt, dicens:  
*Aurum distribuere opus imperij  
est, ego autem pro ipso imperio  
hoc opus offero, bona mihi omnia  
conferenti. taliaque marito sua-  
debat. Theodoretus lib. 9. *hist.*  
*tripartit. cap. 31.**

9. Accepimus † etiam Zenonem Imperatorē virginī cui-  
piam vitium obtulisse, curus  
mater id animo iniquo ferens  
perpetuò D. Virginē precaba-  
tur, ne facinus illud impuni-  
tū relinqueret. ex qua tandem  
vocem auduit: *Cupimus nos  
injuriam tibi factam vlcisci mu-  
ller, verū Zenonis dextra pro-  
hibet.* Erat enim Zeno in pau-  
peres illiberalis, imbenignus.  
Glyzas lib. 4. *Annalum*, in  
Leone, qui & Conon dictus

est. Idem in Prato spirituali,  
tomo septimo vitarum san-  
ctorum Patrum Aloysij Lip-  
pomani *cap. 175.*

Carolus † Magnus pau-  
peres non solum Galliæ, sed  
& eos qui Hierosolymæ, vel  
in Ægypto, & in Afrika dege-  
bant, largè liberalitèrque su-  
stentabat. Eginardus in *vita*  
*eius*, Sigibertus in *Chronic.*

Robertus † Gallorum 11.  
Rex duodecim secum pau-  
peres ducebat, hi quocum-  
que pergebat, ante eum  
ibant, latentes & benedicen-  
tes Deum. hæc & alia plura  
quæ de studio Roberti in pau-  
peres Papyrius Maseonus in  
Roberto testatur. Nendum au-  
tem Reges & Principes pau-  
perum cura attingit, sed sin-  
gulos quosque è Christiano  
populo.

Ethnicorum nonnulli ege-  
nis pecunias largiri, profundi-  
dere & perdere arbitrabantur.  
hinc apud Plautum:

*Male meretur qui mendico  
dat.*

*Nam & illud quod dat pe-  
rit,*

*Et illi producit vitam ad mi-  
seriam.*

Alij, vt Theophrastus, libe-  
ralitatem & largitionem lau-  
darunt, modò idoneis homi-  
nibus, ait Cicero lib. 1. *officior.*

largitio fiat. Idoneos autem homines intelligit qui restituere ac referre gratiam possint. At Christiana religio non idoneis hominibus largendum suadet, id enim iuste, id pie, id humanè sit quod sine spe recipienda gratia feceris. Nam si mutuum dare debemus, nihil inde sperantes, cap. consuluit. de usur. multo minus egentibus largiri spe remunerationis: nam & qui liberales sunt, & gratiam exigunt, scenerantur. Cicero de amicitia. quod pluribus luculentiter confirmat Lactantius de vero cultu lib. 6. cap. 11. & 22. quæ duo capita nemo est qui non debeat legere diligenter. Itaque nulla re magis Christiani commendantur quam eleemosyna.

13. Quam t' officiosi olim fuerint Christiani non solum in suos, sed etiam Iudeos & Gentiles, Julianus Imp. epistola ad Arsat. Pontif. quæ extat lib. 6. histor. tripartita cap. 29. aperte atque ingenuè confitetur.

Quantus sit fructus eleemosynæ, Innocentius tertius lib. de eleemosyna cap. 1. ex variis Scripturæ locis demon-

14. strat. Mundat, ait ille, teleemosyna, liberat, redimit, protegit, postulat, impetrat, perfert, benedi-

cit, iustificat, resuscitat, saluat. Ibique de singulis exempla, Matthæi 15. Tobiae 4. & 12. Ecclesiæ 3. Lucæ 11. Actuum 9. Proverb. 25. Psal. 4. aliisque compluribus commemorat. Sanè nullum est tam graue delictum quod non eleemosyna extinguatur: ut quamvis offensus Deus, quamvis criminibus pronocatus, cogatur liberare eleemosynis, quem disposuerat punire peccatis. D. Ambros. Et alibi serm.

31. de Eleemosyna: *Eleemosyna extinguuit peccata, sicut aqua Baptismi gehenne extinguit incendium.*

*Et quemadmodum aqua imundicias tollit à corpore, ita eleemosyna lauacrum est animæ: ut si quis forte post Baptismum humana fragilitate deliquerit, superstis ei ut iterum eleemosynis mundetur, &c.* quod & D. Hieronymus usdem ferè verbis asseruit in Psalmos: *Quomodo Baptisma nobis peccata dimitit, ita & eleemosyna.* Non est peccatum, ait D. Chrysostomus homil 25. in Acta Apost. quod non posse purgare eleemosyna. quam alibi homil. 6. epistol. ad Titum, nostrorum scelerum medicinam & scalam, quæ in cœlum porrigitur, appellat. Retsus eleemosynæ terrenæ substantiæ augentur. D. Gregor. in Dialogus. quod cum in cibos pauperum, in curatio-

nes

nies debilium ; in pretia captiuorum , & in quælibet opera pietatis impenditur , non minuit , sed auget eius qui impendit patrimonium . Leo Pontifex serm . 1. de ieiunio Pentecostes , & alibi serm . 4. de Quadragesima . Non timeatur inter opera misericordie terrenarum diminutio facultatum . & serm . 6. de ieiunio 10. mensis . *Dicit eleemosynam* , ait Chrysostom . homil . 2. in Matthæum cap . 6. & *tunc pecunia non modo non consumetur ipsa , verum etiam maius incrementa suscipiet ad summam . Ne singula persequar , recordor , fratres mei* , ait D. August . serm . 6. ad fratr . in Eremo , *nunquam me legisse mala morte perussè illum , qui libenter in hac vita opera charitatis voluit exercere . quod insdem verbis repetit D. Hieronymus .*

Cæterum circa eleemosynæ tractationem quatuor consideranda sunt . Primum à quibus eleemosyna præstari debeat . Alterum quibus largienda sit eleemosyna . Tertium quæ in eleemosynæ præstatione obseruanda sint . Postremum ad quæm eleemosynæ dispensandæ cura & sollicitudo pertineat .

*Quod ad primum spe-*

*beneficia possident , eleemosynæ onus præcipue incumbit . Nam & veteres Romani iis , qui ope indigebant , & ad Cereris asylum configiebant , panem dabant . quod Vattro lib . 1. de vita populi Romani , notat . Hinc , eodem authore , pandere dicitur quasi *panem dare* , quia nunquam forum egenis clauditur . Nonius Marcellus . Multo magis Ecclesiæ Christianæ pauperibus imparienda sunt Ecclesiaturum bona , egenorum enim educatione dicata sunt , eorumque Sacerdotes procura-  
tionem quodammodo gerunt . August . epist . 50. Ideo-  
que t bona Ecclesiæ dicuntur 16. Christi patrimonium . cap . cum ex eo . de electio . apud Bonifac . Felix . & Decius in cap . consti-  
tutus . de rescript . bona paupe-  
rum . Prosper Aquitanus lib . 2. de vita contemplat . can . final . 16. quest . 1. vbi gloss . *Ærary mei pauperes Christi sunt , hunc noui congregare thesaurum .* D. Ambros . in oratio . contra Auxent . de non trad . Basilicis . & alibi lib . 2. officior . cap . 28. Au-  
rum habet Ecclesia non ut seruet , sed ut eroget . & quæ sequuntur can . aurum . 12. quest . 2. Glo-  
ria Episcopi est pauperum opibus prouidere . D. Hieron . ad Nepotian . can . gloria 12.  
quest .*

*quæst. 2.* Et alibi, explicans illud Isaiae 3. *Rapina pauperum in domo vestra, notat bona Ecclesiastica pauperum esse.* D. Bernardus *epist. 2.* Clerico scribens ait: *Quicquid preter necessariam vitam. & simplicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* & *epist. 42.* Clamat pauperes: *Nostrum est quod effunditis nobis: crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis.* D. Ioann. Chrysost. *homil. 86.* in Matthæum Presbyteros nominari scripsit à nutritione in opum, & postea, pauperes ornamenti Ecclesiæ conuenientésque thesauros appellat. D. August. *epist. 50. ad Bonifac.* comitem vocat. Ecclesiasticos, pauperum compauperes. *Si pauperum, inquit, compauperes sumus, & nostra sunt, & illorum: si autem priuatum quæ nobis sufficient possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, proprietatem nobis usurpatione damnablem vendicantes.* Quare bona Ecclesiæ Tertullianus in *Apologet. cap. 39.* deposita pietatis appellat. nam inde, ait ille, *non epulis, non potaculis, nec ingratis voraturis disp̄satur, sed egenis alendis humanisque, & pueris ac pupillis re ac parentibus destitutis, atatéque. Dominus se-*

*nibus, item naufragis, & qui in metallis, in insulis, vel in custodis, &c. Ecce in quos usus Ecclesiæ opes olim insumebantur: hodie vero Clerici, paucos excipio, pietatis disposita in gemmarum nidore atque fumo, in alea & comedationibus liguriunt, & helluantur. Si ludenda est alea, non satis est aliquot aureorum millia perdidisse: si dandum est scortis & lenonibus, numquama satis largitos parant: si epulis vel coniuisi intempestivis, nullus profundendi modus. quod dolenter deplorat D. Bernard. *serm. 6. in Psalmum 100.* his verbis: Ecclesiastica dignitatis officia in turpe questum & tenebrarum negotium transferunt, nec in his saeculis animarum, sed luxus queruntur diuitiarum, propter hoc tendentur Ecclesiæ frequentant, Missas celebrant, Psalmos decantant, pro Episcopatibus & Archidiaconatibus impudenter decertatur, & Ecclesiarū reditus in superfluitatis & vanitatis usus dissipantur, &c. Turpe est, ait D. Hieron. ad Nepotian. ante fores Sacerdotis Christi crucifixi, & pauperis, & qui cibo vescebatur alieno, lietores Consulum, & milites excubare, iudicemque prouincie melius apud se prandere, quam in palatio. quod si obtenderis te facere haec,*

bac, & Reges promiserint, iudex seculi plus deferet Clerico conti-nenti, quam duxit, & magis san-ctitatem tuam venerabitur, quam opes, & quæ sequuntur.

Cæterum an Episcopi, qui Ecclesiæ bona pauperibus mi-nimè largiuntur, ad mortem peccent, tractat D. Thomas in 2. 2. quest. 18 s. artic. 7. Angel. de Clauas. in summa, in verbo Clericus.

17. Tertiò incumbit † etiam & eleemosynæ onus laicis, dis-pensatores enim omnes su-mus, non minus quam qui E-cclesiæ gubernant, authore D. Chrysostomo homil. 78. in 24. Matthæi. Quemadmodum igitur, ait paulo post Chrysostomus, illi non habent potestatem ea qua à nobis collata sunt, pauperibus temere dispêrgeret, quandoquidem ad alimenta pauperum con-stituta sunt: pari quoque modo non debemus nostra temere con-sumere. & postea, non enim ac-cepisti ut deuorare habeas, sed ut ad eleemosynam utaris. An forsan tua te credis habere? res pauperum tibi credita est, etiam si iustis laboribus, etiam si heredi-tate paterna ad te peruenierit. Ac-cedat D. Gregorij sententia in pastoral. cura, tertia parte, cap. 22. Cum qualibet necessaria indigentibus ministramus, sua il-lis reddimus, non nostra largi-

mur: iustitia debitum potius sol-uimus, quam misericordiae opus largimur. Idipsum docet D. Ambros. lib. de Nabothe Israeli-ta cap. 12. Non de tuo largiris pauperi, ait Ambros. sed de suo reddis. & postea: Debitum igitur reddis, non largiris indebi-tum. Ideoque dicit Scriptura: De-clina pauperi animam tuam, & redde debitum tuum. & alibi in cap. Luce 16. Et ideo qui in fa-cultatibus fideles non fue-runt, quas cum alienas sci-rent, coniuient cum ad vsum. Fructus tertarum à Domino Deo-datus est omnibus, de-buerunt utique participare pauperibus. Quando ergo e-leemosynam damus, non da-mus quasi de nostro, ait D. Hieronymus in Psalmos, sed de dono Christi. Amplius D. Basilius homil. 1. ad diuites. At tu nomine spoliator es qui di-spensanda suscepisti, propria re-putando est panis famelici, quem po-tu tenes, nudis tunica, quam in conclavi, conservas, indigentis argentum, quod possides. quibus consentit D. Chrysost. ex Lu-ca cap. 16. conc. 2. Rapina est non impartiri de tuis facultati-bus. & postea: Propter hac igitur, discamus quid quoties ele-e-mosynam non præstiterimus, pa-ricum his, qui spoliant, supplicio afficiemur; heriles enim pecunia

R r      sunt,

sunt, undecimque eas collegerimus, & ideo tibi plura possidere concesit Deus, non ut in scortationes, temulentiam, ingluiem, in uestes sumptuosas, aliamque mollitiem consumeres, sed ut ea distribueres egentibus: quemadmodum enim receptor quispiam, qui regias pecunias accepit, si neglexerit his quib. iussus est distribuere, inque proprias consumpsit delicias, paenam dat; ita sane & diues receptore est pecuniarum qua pauperibus distribui debeant. Itaque cum in mandatis habeat eas distribuere suis conservis egentibus, si quid amplius quam postulet necessitas in seipsum insumpserit, grauissimas illuc daturas est paenam, non enim sunt ipsius qua possidet, sed conseruorum illius. haec tenus Chrysostomus. Quibus rationibus receptum est, nedum Clericos beneficiarios, Panorm. in cap.

18. 1. de emptio & vendit. sed & † laicos & diuites, fame praesertim dominante, officio iudicis ad praebendam eleemosynam cogi posse. gloss. in can. sicut hi. verbo, esurientium. dist. 47. gloss. in can. Domino. in verbo, necesse. distinet. 50. & in tam. exigunt. 1. quest. 7. Alberic. in verbo, eleemosyna. Speculat. in tit. de instrument. editio. §. nunc aliqua. Felinus in can. humanum genus. distinet. 1. & in cap. 1. de

officio ordinari. & in cap. si quis testium. de testibus. Anton. & Imol. in cap. 1. de emptio. & vendit. Bertach. in tract. de Episcop. 4. parte. Panorm. & Ananias in cap. si quis. de furt.

Legimus in Synodo Turenensi secunda constitutum ut unaquaque ciuitas pauores & egenos pascat secundum vires, vtque tam vicini Presbyteri, quam ciues omnes suum pauperem alant. Senatus noster semel, iterum ac sexpius sacris addictos ad pauperum alimenta Pontificis prescriptionibus rerumque profanarum pignoratione, laicos vero carcere virgeri constituit, Arresto 10. Martij 1538. Arresto item 13. eiusdem mensis.

Quod vero ad secundum spectat, quibus largienda sic eleemosyna, omnibus † qui in egestate vitam degunt, praestanda est eleemosyna. can. quam pio. 1. quest. 2. can. quoniam. 11. quest. 3. Gregor. Nazianz. oratio. de pauperum cura. Omnibus pauperibus misericordiae viscera aperienda sunt, ob quamcunque etiam causam affligantur; ita tamen ut liberalitas petentium indigentia metiat, dicebat Chrysostomus apud Nicephor. lib. 13, cap. 24. plures enim, dicebat

bat ille , hoc modo abundabunt , & misericordiam simul & dispensationis curam , quam in diuinā pecunia coniectari co[n]venit , conseruabis , &c. San[n]e delectum obseruari in dispensanda eleemosyna vetitum non est . can. quiescamus . vbi gloss. & cæteri , dist. 42. can. non satis . distinct. 86. D. Ambt. lib. r. officior. cap. 30. plenissimè Lucas de Penna in l. final. de annonis cuiilib. Illisque in primis tribuenda est , quos verecundos , seu vercundantes appellamus , eos enim ex diuitis ad egestatem & mendicitatem sine culpa redactos pudet mendicare . Grandis est culpa , ait D. Ambros. lib. i. officior. cap. de beneficentia , si innocens , & fidelis egeat , scias eum fame laborare , arumnam perpeti , qui presertim egere erubescat . & postea : Tametsi qui ex diuitis cecidit in egestatem , & maximè si non vitio suo . Scripsit quandoque Calliope Atticus Constantinopolitanus Episcopus , eis maximè dandam eleemosynam , qui mendicare erubescunt : illis verò negandam qui ventrem ad nundinacionem & mercaturam propoununt . Socrates lib. 7. cap. 25. Nicceph. lib. 14. cap. 24. Tribuenda est etiam pauperibus qui pro foribus Ecclesiæ sti-

pem mendicant : solebant enim veteres Christiani mendicos ante fores Ecclesiæ collocare : plenè D. Chrysostom. homil. 30. in l. ad Corinthios. Mendicis , ait , nihil vultus est , foribus templorum admoti versus Ecclesiæ pulcherrimum & ornamentum maximum præstant , ut his sine plenitudo Ecclesia perfecta esse non posset . & homil. ii. in cap. 5. i ad Tesalonicenses . Nam ideo & in Ecclesiis . & in martyris , ante vestibula sedent pauperes , ut nos ex illorum etiam conspicuam magnam utilitatem capiamus . Etenim cogita quod ingredientibus nobis , &c. hos verò D. Chrysostom. homil. 14 in l. ad Timotheum , & homil. 30. in l. ad Corinth. mendicantes medicos vulnerum nostrorum appellabant , & manus eorum medica menta præstare docet .

Potò quod ad tertium attinet , obseruandum est + ut voluntarie & vultu hilari eleemosyna præbeatur , vera enim eleemosyna , ait Chrysostom. sic dare , ut gaudeas te dare . Hilarem datorem diligit Deus . 2. ad Corinth. cx D. Gregor. Nazianz. in oratio. de pauperis amore quo miseretur , inquit : Cum hilaritate & animi promptitudine bonum duplicatur . quod enim ex tristitia , aut ex

*necessitate, ingratum est, & inde-*  
*corum, & quæ sequuntur. De-*  
*inde ut citò & sine cuncta-*  
*tione. Proverb. 3. Ne dicas ami-*  
*co tuo, vade & reuertere, & cras*  
*dabo tibi. Et Ecclesiast. 4. Ne*  
*protrahas datum angustanti. D.*  
*Gregor. Nazianz: in oratio.*  
*de pauperum cura & amore,*  
*circa finem: Da pro. magno*  
*promptitudinem, & postea ne di-*  
*cas, reuertere, & cras tibi dabo.*  
*nihil medium inter conatum &*  
*beneficium fiat. Laudatur Ci-*  
*mon apud Plutarchum in eius*  
*vita, quòd eum progredien-*  
*tem comitabantur familiares*  
*adolescentes honestè amicti,*  
*quorum quisque vbi pauper*  
*male vestibus occurrebat Ci-*  
*moni, paullum cum eo com-*  
*mutabat. Idem nummos fe-*  
*rebant cumulatè, quo egenis*  
*promptè imparientur, eos*  
*que his secreto iniiciebant in*  
*manum. Obseruandum præ-*  
*terea ne inani & vana gloria*  
*eleemosyna fiat. can. vide. 1.*  
*quest. 1. can. odi 24. quest. 1. ple-*  
*nè D. Chrysostom. homil. in*  
*epist. Pauli. Deus enim cor, non*  
*manum interrogat. can. si quid*  
*14. quest. 5. Denique cauen-*  
*dum est ne de alienis vel in-*  
*iustè acquisitis eleemosyna*  
*fiat; scriptum est enim: Honora*  
*Dominum de tua substantia, &*  
*de tuis iustis laboribus, Proverb.*

15. vbi gloss. de tua substantia,  
*non de aliena. Item Proverb.*  
*21. Hostie impiorum abominabi-*  
*les, quia offeruntur ex scelere. can.*  
*immolans.. 14. quest. 5. & Ec-*  
*clesiast. 34. Immolantis ex ini-*  
*quo oblatio est maculata & post-*  
*ea: Qui offert sacrificium ex substa-*  
*tia pauperum, quasi qui victimat*  
*filium in conspectu patris sui. hinc*  
*D. Gregor. Eleemosyna Redem-*  
*pторis nostri oculis illa placet, que*  
*non ex illicitis & iniquitate con-*  
*geritur, sed que de rebus concep-*  
*sis, & bene acquisitis impendi-*  
*tur. can. eleemosyna. 14. quest.*  
*5. & alibi. Non est putan-*  
*da eleemosyna si pauperibus*  
*dispenseretur quod ex illicitis*  
*rebus acquiritur. can. non est*  
*putanda 1 quest. 1.*

Verum his refragai vide-  
*tur primò quod scriptum est*  
*Lucæ 16. Facite vobis amicos de*  
*mammona iniquitatibus. vbi gloss.*  
*Iniquitas bene dispensata verti-*  
*tur in iustitiam. Addo quòd*  
*ibi laudatur villicus qui non*  
*suas, sed domini facultates*  
*largitus est. Ideo D. August.*  
*in quest. in Exod. quest. 14. Qui*  
*habetis de malo, facite inde bo-*  
*num: qui non habetis de malo,*  
*nolite acquirere de male. can.*  
*qui habetis 14. quest. 5. Filii If-*  
*raël abstulerunt vasa Ægyptiorum,*  
*qui tamen postea*  
*obtulerunt in usum taberna-*  
*culi*

culi, *Exod. 25. can. scriptum 14.*  
*quest. 5.*

ii. Sanè in ea questione, an + ex rebus alienis, vel iniuste quæsitis, pauperibus largendum sit, distinguendum esse, D. Thomas *in 2. 2. quest. 33. artic. 7.* D. Bonaventur. *in 4. sententiar. distinct. 15. artic. 2. quest. 1.* D. Anton. *in summa 4. parte tit. 5. cap. 18. scriptum reliquerunt.* Nam aut quod iniuste quæsatum est, restituendum est ei, à quo receptum est, vel non est restituendum, quia utriusque versatur turpitudo: aut denique non est restituendum, neque versatur turpitudo ex parte recipientis. Priore casu, siue dominū transferatur, vt in usura, & fœniore, siue non transferatur, vt in furto, rapina & aliis similibus, eleemosyna fieri non debet, qui nimò iniuste quæsita restitui debent his, à quibus contra leges capta vel accepta sunt. D. August. ad Macedonem *cap. fin. 14. quest. 5. can. nolite ead. causa & quest. In secundo verò casu, quando uterque est in simili culpa, ob id quod danti non debet fieri restitutio, eleemosyna ex iniuste quæsitis largiri debet, vt in simonia. Nam quod ex actione simoniaca percipitur, non debet ei qui dedit resti-*

tui, particeps enim est simoniax, sed in pios usus erogari. plenè Doctores post gloss. *in cap. de hoc de simonia. D. Thomas in 2. 2. quest. 1. artic. ultim.* plenè de Turre-Cremata *in d. can. non satys dedit ut malè iudicetur: nam dantis & accipientis turpitudo versatur. argum. l. ubi autem ff. de conduct. ob turpem causam. Secus vbi pecunia data, vt in gratiam dantis in bona causa iudex pronunciet, tunc enim condictioni locus est. l. 2. ff. de conduct. ob turpem causam san. final. 14. quest. 5.*

Eadem quoque ratione receptum est in ludo aleæ, vt aleatores pecunias quas lucentur pauperibus erogare debant: nam aleæ ludus legibus vetitus est, nec collusori competit repetitio. D. Thomas 2. 2. *questio. 168. can. non sanè. 14. quest. 5. plenissimè Stephanus de Costa, & Ioan. Baptista Caccialupus in tract. de ludo. à quibus nihil prætermissum est.*

Cæterum posteriore casu, vbi repetitio non competit, & solius dantis versatur turpitudo, vt in quæstu meretricio. Nam et si mulier turpiter facit quodd sit meretrix, non tamen turpiter accipit cum sit meretrix. l. *idem. ff. de conduct.*

*ob turpem causā.* Eleemosyna ex meretricio quāstū ab ipsa meretrice fieri potest, & debet. D. Thomas, Bonavent. & Antoninus, vbi suprà oblatio verò minimè. Exodi 23. *Non offeras mercedem profibuli.* Idque tum propter scandalum, tum propter sacrorum reuerentiam. D. Thomas in 2. 2. quest. 86. artic. 3. Egregium sanè præceptum, ait Philo Iudeus, extat in saeculo legum codice, non decere meretricis mercedes inferni, sed ē Deo sacrata, & cetera in libello de mercede meretricis non accipienda; Alexander Seuer. auctore, *Lampridio*; meretricium lenonūmque vestigia in sacrum ærarium inferri dūs genter verabat.

Non obstat primò Lucæ locus cap. 16. nam, ut ait D. August. serm. 25. de verbis Domini; illud verbum Domini, *Facite amicos, ex māmona ini-  
quitatē;* quidam malè intelligendo eripiunt alii, quo pauperibus largiātur, & putant se facere quod præceptum est. Intellectus iste corrigēdus est &c. Iniquum verò mammonæ dicuntur diuitiae iniquitatis, eodem August. auctore lib. de questionibus Euang. quia non sunt istae diuitiae, nisi iniquis, qui in eis spem constituunt.

māmona enim Sytiacum vocabulum, auctore D. Hieron. in Matth. cap. 6. nummam, siue diuitias significat. Tertul. lib. 4: *aduersus Martio:* Dum verò laudatur villicus, qui domini rebus in sui commodum abusus est, & ex alieno amicos comparauit, monemur nos œconomos & dispensatores diuitiarum esse, non dominos, & ex bonis hominis diuitias, hoc est, Dei pauperibus bene facere: repræsentat enim hæc parabola, auctore Euthymio, post Chrysostomū, hominem diuitem, hoc est, Deum nullο indigentem: œconomum verò, siue dispensatorem, omnem qui possidet diuitias; tales enim non sunt domini, sed dispensatores. Dicit namque Deus Aggæi 2. *Meum est aurum, meum est ar-  
gentum, &c.* quod nos pluribus suprà probauimus.

Minus obstat quod secundò de filiis Israël obiicitur: nam filij Israël non furtum fecerunt, sed Deo iubente ministerium præbuerunt. D. August. in questio. in Exodum. can. dicit Dominus 14. quest. 5.

Postremò † ad quem eleemosynæ dispensandæ cura pertineat, obseruandum est, hoc onus Episcopis incumbere.

re. l. 1. C. de Episcop. audiens. ibi, quibus verus cultus est adiuuare pauperes, & in necessitate positos, prouideant Episcopi. quāuis in quibusdam codicibus desit hęc vox Episcopi. Gloria Episcopi est opibus pauperum prouidere. can. gloria. can. an- rum. 12. quest. 2. At si Episcopus negligat & dissimuleret, seculares iudices in pauperum alimenta nedum prophanis, sed & laicis pecuniam imperare possunt. nam vbi iudex Ecclesiasticus in tractandis quę ad eius curam & officium pertinent, indormit, seculares magistratus adiri possunt. can. filius 16. quest. 7. can. si quis à clero. vers. in autem. 11. quest. 1. § si quis autē pro pecunia- ria. Nowell. de sanctiss. Episc. quę locos antiquatos ex cap. qualiter & quando. de iudic. plerique interpretum falsos crediderunt, vt nos alibi docui- mus. Sanè in hac specie pau- peres vel ciuitatum Syndici, Episcopo dissimulante, regios iudices adire possunt, tum quod factorum canonū, qui- bus pars tertia bonorum Ec- clesiae pauperibus dicatur, & reseruatur, propugnatio ac defensio ad Regem eiisque iudices pertineat, vt diximus antea: tum quod huic nego- tio celeriter occurrentum sit,

nullaque mora interponen- da: venter enim non habet au- tes, &c. vt vulgo dici solet, non patitur dilationem, vel, vt in vulgato fertur prouerbio, non est interpellandus famelicus. de quo Erasim. in Chiliadib.

Itaque urgente fame Sena- tus noster quandoque man- dat Episcopis huic negotio in- cubere, illis verò cunctantibus & dissimulantibus imperat tum ipsis, tum curionibus, ec- terisque beneficiariis, sex- tam aliam factorum reddituum partem conferre. Nonnum- quam iubet Episcopos & pro- uinciarum Praesides conuenire, lacique ciues locupletes & egenos in album & volumen referre, ac nedum beneficia-rios, sed & diuites ciues pro portione ad pauperum vi- etum cogi.

## Q V A E S T . C V I I I .

*An eleemosynę quę priis locis  
præstite diu fuerunt, indu-  
cant obligationem in futu-  
rum, & vtrum tolli pos-  
sint. Explicatur l. priuile-  
gia. C. de sacros.*

## S V M M A E R E R V M.

1. Eleemosynas consuetas imposterum prestandas, nō obstantibus statutis, & consuetudine in contrarium. argumenta contraria ex Castrensi & Alexandro. numer. 2. refelluntur numer. 3.
4. Lex, si quis Curialis. C.de Episcop. diluitur.

- B**ARTOL. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. notat + eleemosynas consuetas imposterum prestandas, & statuta nullus esse momenti, quibus eleemosynae, quæ à ciuitate vel alia vniueritate erogari consueverunt; ex consuetudine tolluntur. cap. ad Apostolicam. de sim. Bened. in verbo, matrem. num. 33. Castrensis in l. si quis Curialis. C. de Episcop. Iason in l. non amplius. S. I. de leg. 1.
2. Contrariam + opinionem sequitur Castrēs. in d. l priuilegia. & Alexand. in d. l. non amplius. Alexand. consil. 208. vol. 2. Mouentur primò per d. l. si quis Curialis. Secundò eius est destruere, cuius est condere. Ciuitas ergo quæ tale fecit statutum, vel Princeps qui talem fecit concessionem, eam reuo-

care potest. Tertiò per l. si certis annis. C. de pact.

Sed opinio + Bartol. verior est. Primò, quia quoties priuilegium vim contractus habet, non potest revocari. l. quod semel. ff. de decretis ab ord. At statutum super eleemosynæ præstatione vim habet contractus, cum Deo enim contrahitur. Quod enim vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. D. Greg. homil. 40. in Euang. Quod tacenti in terram porrigitur, sedenti in celo datus. Præterea etiæ statutum illud vim nuda pollicitationis habeat, certum est pollicitationem Deo factam obligationem producere. l. 2. de pollicit.

Neque obstat d. l. si quis Curialis. ibi enim cedendi bonis necessitas non gratiam, vel priuilegium, immo potius iniuriam, vel damnum continet, vt docui supra, ox. D. Ambros. lib. 5. epist. 31. ibi, si priuilegium querat sacerdos, inquit, vt onus Curiale declinet, patria atque auita & omnium facultatum possessione cedendum est, & quæ sequuntur. Quod vero de præstatione diximus, vt non inducat obligationem ex l. si certis annis. C. de pact. non habet locum in pia causa. L. 1. C. de fideicomm. vbi Bart. & aliij in d. l. si certis. & in l. cum de in rem

*tē versf. de usur. vel melius dicas quod diurna præstatio non inducit obligationem, nisi causa intercedat.*

Cæterum ad eleemosynæ præstationem causa cvidens est, unusquisque enim siue Clericus, siue laicus, tenetur lege diuina ad eleemosynæ præstationem. Accedit quod fauore piæ causæ concessio incerta valet. *i. sicut annum. de ann. leg. Tiraq. priu. 55.*

## IAC. FERRERIVS.

**V**ide Didacum var. 1. cap. 17. num. 3. & Boerium decis 236.

## QVÆST. CIX.

*De viduis, Diaconissis, Virginibus Deo dicatis, & Sætimonialibus, & Abbatissis. Presbyteræ Canonice quæ sint. Explicatur generali. C. de sacros.*

## SUMMÆ RERVM.

1. *Viduas alias alumnas, alias vero ministrantes fuisse.*
2. *Viduas uniuersas, non quæ sepius nuperint, sed emereri Ecclesiasticam.*

3. *Virginum chori, & viduarum collegia in Ecclesia, earumque munia.*
4. *Viduae ministrantes.*
5. *Diaconissarum quædam virgines, alia viduae; numer. 10. & num. 15.*
6. *Viduae Presbyteræ.*
7. *Presbyter quid.*
8. *Viduas Presbyteras differre à Diaconissis.*
9. *Diaconus quid.*
10. *Presbytera pro uxore Presbyteri; ut Episcopa pro uxore Episcopi; num. 12.*
11. *De coniugio Presbyterorum Orientalis Ecclesie, & Occidentalis.*
12. *Viduas professas fuisse castitatem, & inde dictas esse Professas.*
13. *Diaconisse ministrae.*
14. *Mulieres ordinari non posse, & esse inter laicos, etiam Diaconissas.*
15. *Impositio manuum pro benedictione.*
16. *Ordinem sacrum dupliciter dici.*
17. *Ordines sacri quot.*
18. *Diaconisse cuius statis esse debeant; & num. 22.*
19. *Explicatur l>nulla. C. de Episcopis, & num. 24.*

**N**I DVARVM + anti-  
quitus quædam ex stipe Ecclesiæ aleban-  
Ss tur

tur, quædam in ministerium pauperum & ministrorum Ecclesiæ eligebantur. Porro Ecclesiæ pecunia & opibus sustentabantur viduæ, quarum meminit D. Paulus i. ad Timoth. cap. 5. quæ sexaginta erat annorum, vniuersæ, & quæ omne opus bonum prosequuntæ fuerant. ibi, *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, que fuerit unus viri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit. & postea, si omne opus bonum prosequuta est.* Id ipsum D. Clemens lib. 3. const. Apostol. cap. 3. & D. Athanasius lib de virginitat. sive de meditatio. necnon Tertullian. lib de virginib. ueland. ibi, ad quam sedem præter annos sexaginta uenire, id est, nuptæ aliquando eleguntur. Sed & matres, & quidem educaterices, filiorum, scilicet, ut experimentu omnium affectuum instructæ, & ut nihilominus ea docuerint, per quæ fæmina probari potest. Vnuiræ & ergo dumtaxat Ecclesiasticam sedem merentur accipere.

In veteri quoque Testamento filiæ Sacerdotum viduæ, quæ semel nuptæ fuerant, cibis Sacerdotalibus vescebantur, quæ verò secundò nupserant, excludebantur, *Leuitic. 22. id gentilitatem obseruasse author est Hieronym. ad.*

*Gerunt. de monogamia.* Quare non sine magno examine, ait D. Chrysost. lib. 3. de sacerdot. viduæ in catalogum & album Ecclesiæ referendæ sunt. id enim ipsum, quod temere & vt casus tulit in album viduæ referuntur, innumera olim mala peperit. sūt verba Chrysost. & postea: *Huiusmodi verò viduas Ecclesiastica pecunia ali, præterquam quod Dei vindictam paratam habet. Facit etiam vt apud homines magnopere ea res improbeatur, & quæ sequuntur.*

Harum verò viduarū munia describit idem Chrysost. homil. 30. in i. ad Corinth. his verbis: *Sūt & in Ecclesia virorum chori & viduarum collegia.* & postea: *Quod & Apostoli principio statim intelligentes, vt cetera quidem omnia, ita isthic quoque viduae ut essent præclare, constituerunt, tantam in ea re diligentia collocantes, vt illis ministros septem præficerent.* & postea: *Neque verò illæ usum sui aspernabilem præbent, nam tu quum libitum est ades: illæ noctu diuque hic psallunt, adhucque continuo.* & mox: *Harum igitur incœnatas alias cubitum ire, aliis sub dio asiduo frigore rigentes agere. obolum dedisti, gratias agunt, &c.* Itæ quippe viduæ, quæ liberalitate Ecclesiæ sustine

stinebantur , tam assidue in Dei opere esse debebunt , ut meritis & orationibus suis Ecclesiam adiuuarent.Synod. Carthaginensis IV. cap. 103. ean.final.distinct. 83. *Viduae*, ait D.Polycarpus epistol.ad Philopenf pudente circa fidem interpellent semper pro omnibus, elongantes se ab omnibus detractiōnibus , cognoscentes seipſas , quia sunt sacrarum Det,&c. hæc de viduis alumnis.

4. Erant & viduae † ministræ, quārum professio erat sacris ministris vīctis, infirmis, cæterisque misēris & calamitosis ministrare , & reliquas mulieres ad bonum honestūmque ordinem deducere , nec non docere rusticas & impietas mulieres quo tempore baptizandæ sint , qualiter & baptizatori respondeant , & accepto Baptismate vivant. Synod. Cartliag. IV. cap. 12. Has verò viduas , quæ in ministerium,non tamen sacrum, denouebantur, plerique Diaconissas interpretantur , quorum opinio conuincit primum l. generali. C. de sacrof. can. 40. Synodi Sextæ in Trullo. Utrobique enim disertè vidua distinguuntur à Diaconissa , 5. deinde Diaconissarum † quædam erant virgines , aliæ viduae. Nonell. 6. Iustiniani. §.

quanta. Epiphanius in compendaria vera doctrina de fide catholica.ibi, Diaconissæ constituantur. & paulo post: & ipſe ſint, que aut ab unis nuptiis viduatem feruarint , aut ſemper virgines ſint. Præterea vidua ſexagenaria eſſe debet, Diaconissa verò creatur quæ quadragesimum expleat annum.

Denique hæc + viduæ potius Presbyteræ, quām Diaconissæ appellabantur , quia , ut ait D. Thomas ad 4. ſententiar. & in ſupplemento 3. part. q. 39. art. 1. Presbyter + idem eſt 7. quod senior. Theophylact. item in cap. Matthæi 19. Quis reliquerunt patrem , aut matrem, habebunt , inquit, pro patre Presbyteros , pro matre Presbyteras, ſive annis , quæ in Ecclesia ſunt. Hanc quoque ſententiam diſertè probat D. Athanas. in lib. de virginitat. ſine de meditat. ibi, Delegatur vidua nō minor ſexagenaria annis , unius viri uxori. & poſtea : Tu autem ſi non facias tibi iuueniles habitus , non audiſ inior , ſed grandior , & Presbytera vocaberis , honorēmque, ut Presbyteri habebis. Accedat can. mulieres dift. 32. cuius hæc ſunt verba, quæ ſequuntur. Mulieres , quæ apud Grecos Presbytere appellantur, apud nos vidue , ſeniores , uniuira , & matricariae appellantur, in Ecclesia

- tanquam ordinatas constitui non*
8. *debere decernimus.* † In quo canone quædam addita sunt: nam in Concilio Sardiceno, ex quo canon ille transcribitur, extant dumtaxat verba  
*can. 11. quæ sequuntur. Non oportet, inquit, eas, quæ Presbytidae, vel Presidentes dicuntur, in Ecclesia constitui. quo loco obseruandum est, mulieres anus, siue viduas, non appellari Presbyteras, sed Presbytidas.* quod & Epiphanius admonuit heres.<sup>79</sup> Neque his refragatur Concilium Epaunense  
*can. 21. ibi, viduarum consecrationem, quas Diaconissæ appellant.* nam Diaconissæ nomen generale est, quemadmodum  
9. & Diaconi: Diaconus † enim quemcunque ministrantem  
10. significat. Præterea † Diaconissarum quædam sunt viduæ, aliae virginis, ut diximus. Itaque viduæ quædam Diaconissæ appellantur, in ministerium Diaconissarum cooptatae. D. Basil. in epistol. ad Amphiliolum *can. 24. ibi, vidua quæ in viduarum numerum relata est,* hoc est, quæ ab Ecclesia in Diaconatum suscepta est.  
11. Sanè † Presbytera quandoque pro vxore Presbyteri usurpatur. D. Gregor. *Dialog. 4. cap. 11. can. Presbyter. distinct.*  
32. Item in Synodo Turonen-
- D V R A N T I
- si. can. 20. *Si quis Presbyter inuentus fuerit cum sua Presbytera, aut cum sua Diaconissæ, Diaconus excommunicetur.* In Concil. quoque Antissiodorensi *can. 21.* non licet Presbytero in vno lecto post acceptam benedictionem cum Presbytera dormire. Planè, vno dumtaxat in loco † Episcopa vxorem Episcopi significat, Concil. Turonens. II. *can. 13. & 14.* Erasmus, ac quidam aliij neoterici, existimarent de vxoribus Episcoporum mentionem fieri *I. ad Timotheum cap. 3.* vbi cùm vetus translatio habet; *mulieres similiter pudicas,* Erasmus *vèritate, uxores similiter pudicas.* At veteres Ecclesiæ Doctores, vel de quibuscumque mulieribus, ut D. Ambros. vel de Diaconissis, quæ in Oriente erant, ut Primasius & Sedulius, interpretatur quibus D. Chrysost. & Theophylactus annuere videntur. Quodrum prior sic ait: *Plerique, volunt Apostolum hoc loco de mulieribus simpliciter precepisse, verum non ita est. Quid enim consequitur haberet inter ea, quæ de Episcopis monuit, mulierum ullam facere mentionem; sed de his profectò, atque ministry dignitate sunt predictæ.* Alter vero: *Non enim de quibus suis mulieribus differit, sed eis nunc profert,*

fert, quæ & ministrandi funguntur officio. hæ namque Ecclesiæ conferūt plurimum. Nam nisi faceret de huiusmodi fœminis mentionem, quid opus fuisset cùm de Diaconibus & viris tractaret, de mulieribus etiam interieccisse sermonem. Dignitatem verò Chrysostomus, non Diaconatus, quod Cataphrygæ asserebant, intellegit; sed honorem, eo quod mulieres istæ Ecclesiasticæ ministræ honorabiores alii ex seculo vel ob hoc munus viderentur, vel fortè quodd per aliquam benedictionem ad Ecclesiæ ministerium ordinabantur, de quo nōs infrā pleniū.

Quæ verò de Episcopatu, Presbyterotum & Diaconorum uxoribus diximus,  
13. ad † Orientales Ecclesiæ referenda sunt, quarum ritu, qui Sacerdotalem naſti etant dignitatem & cœlibes postea à coniugio abstinebant: qui vero uxore ductâ in ordinem sacrum cooptabantur, à coniugibus minimè distrahebantur, ex sententia Paphnutij, quam ita interpretatur Nicephor. lib. 8. cap. 19. quamuis non defint, qui ea quæ de Paphnutio in hac parte à Sōzomēno & Socrate scripta sunt, sicut & commentitia esse

non leuibus argumentis contendant. Frāscus Turrianus lib. de sexta & septima Synodo. Ecclesiæ verò Catholica iuxta diuinum præceptum continentia votum annexum ordini sacro docet. Quare in Concilio Carthaginensi I. L. can. 2. ordinis sacri dicuntur connexi siue implicati vinculo castitatis propter consecrationem. quod plenius tractat de Pansa cùm aliis non paucis qui de cœlibatu clericorum scripsere.

Sanè † viduæ, siue alumnæ, 14. siue ministræ, viduitatem & continentiam profitebantur. Quare eas Professas appellat D. Hieron. Ea verò professio coram Episcopo in secretario imposita veste viduali siebat. Synod. Araufic. can. 27. & can. viduitatis 27. quest. 1. qua professione emissæ non ordinabantur, sed in statum vidualem ascribebantur. D. Clemens lib. 8. constit. Apostol. cap. 31.

Caterūm in hac lege generali. de sacros. Imperator non agit de viduis, quæ ex stipe Ecclesiæ eleuantur, hæ quippe viduæ ab Ecclesia pauperum victimum percipiebant, quæ tāta egestate premebantur, ut nihil reliqui haberent, nec, ut ait D. Hieronym. lib. 1.

*contra Iouianum*. laborare poterant, quales ex Iudaismo, vel Paganismo transibant, bonis eorum publicatis, & quæ, ut inquit D. Ambrosius ad Timotheum. 5. nulla ex parte suffragium sperabant: itaque testari non poterant. Præterea Hypatia, cuius dispositio dedit eausam edictum, & constitutionem, locuples erat, ut quæ multa Ecclesiis, multa Monachis, multa pauperibus, multa libertis, multa capti- uorum redemptioni reliquerat.

De Diaconissis: ego dixi in aliis libris, & maximè Theologis.

15. Diaconissæ † erat mulieres virgines, vel viduæ virginitate, quæ in ministerium Ecclesiæ, vel pauperum, non tam sacerdoti eligebantur. Ministerium earum, versabatur circa custodiam sacrorum vestibulorum Ecclesiæ. D. Ignat. epist. ad Antioch. D. Clemens const. lib. 2. cap. 61. Sic in veteri Test. 1. Regum 2. legimus, mulieres quasdam solitas esse obseruare ante ostium tabernaculi. Item earum versabatur ministerium in inspiciendis & lauandis mulierum corporibus, propter honestatem, auctore Epiphanio heres. 79. D. Clement. const. 2. cap. 35. & lib. 8. cap. 34. Propter mulieres

eorum ministerium introductum fuit. Vide Balsa. lib. 3. iuris Orient. interrog. 35. ibi, Diaconisse aliquando gradum ad altare habuerunt, at ministrorum inquinatio eas à Sancto altari expulit. Docebant enim Diaconisse ut viduæ rusticas mulieres, & qualiter baptizatori responderent. Syn. Carthag. IV. can. 12. Diaconisse denique legebant homilias in Ecclesia, auctore D. Thoma in addit. 31 part. quest. 39. Durant. Specul. in ratione. lib. 2. can. 1. quod rather apudime dubium est, mulieribus enim in Ecclesia tacere præceptum est à D. Paulo 1. ad Corinth. 14. Ob huncmodi verò supradicta ministra † ministræ vocabantur. Sozom. lib. 8. cap. 9. & 23. D. Paulus ad Romanos. cap. 16. commendat Phœben sororē quod erat ministra Ecclesiæ. Vbi Origenes hæc verba ait: *Hic locus Apostolica autoritate duo pariter docet, & faminas in Ecclesiæ ministerio constitui, siue ministras in Ecclesiæ haberi, & tales in ministerium assumi, que per bona officia eam laudem meruerunt, qua Phœben: Apostolus prosequitur.* Haec tenus Origenes. Hinc puto quod Pepusiani, quorum meminit D. Augustinus ad Quodvultdeum heres. 27. & Collyridiani apud Epiphanius.

Epiphaniū heret. 79. mulieres sacro ordinē honorabāt. Quorum errores ibi D. Aug. & Epiph. testellunt, cūm mulieres ex præcepto Apostoli in silentio esse debeant in Ecclesia. Itaque omnibus mulieribus, etiam Diaconissis, nedum Sacerdotium, vel sacra facere denegatur, sed & omne sacram ministerium non permittitur eis in Ecclesia, ait Tertullian. *de Virg. vel. Isiod. lib. 2. de Eccles. offic. cap. 27.* D. Clem. *conf. 3 cap. 6. can. 1. 15. q. 3.* Imò nec diaconatus benedictionem accipere possunt mulieres. *Syn. Aurel. II. can. 16. & 17.* Imò ex Nicena Synodo *cap. 21.* omnino inter laicos + Diaconissas numerantur. His obstat videtur quæ in Syn. Chalced *can. 15.* constituta sunt, vbi dicitur Diaconissam mulierem non esse ordinādam ante annum quadragesimam. Item in Synodo sexta in Trullo *can. 14.* Vrgit etiam quod scripsit D. Clem. *lib. 8. conf. 126 ibi, Episcope impones ei manus presentib. Presbyteris, ac Diaconissis, & dices, &c.* quo loco probatū manus impositionem interuenisse in ordinatione Diaconissæ. Vide Justin. in Nonnelli 6. quomodo oporteat Episcopos. §. quanta.

Respondendum est in pri-

mis quod pertinet ad canones Synodi Chalced. & in Trullo, in quibus Diaconissa ordinari dicitur, quod hi canones omnino exoleuerunt. Diaconissa enim nō ordinatur, vt ait Bals. *ad tap. 15. Chalced. Syn.* Præterea Diaconissarum ordinatio non refertur ad sacros maioris Ordinis, quorum mulier est incapax, sed ad benedictionem, quæ ab Episcopo fit in ordinatione cuiuscunq; ministri, per quam non constituuntur in aliquo gradu spiritualis potestatis. Quare ordinari dicuntur Lectores, Exorcistæ, Acolythi, Ostiarij in minorib. ordinib. constituti. Pariter +

manum impositio accipitur pro benedictione quæ fit ab Episcopo ad protectionem Dei petendam Marci 10. *Et imponens manus super illos benedit eis.* quo in loco manuum impositio significat benedictionem. Itaque quod dicitur de Diaconissis, intelligi debet de illa benedictione, non manuum impositione quæ consecrationem perficit.

Quod vero ad Iustiniani Nouellam pertinet; ibi, siue sacram promereri ordinationem. & postea, ad sacrum venire ministerium. & iterum, & adorandis ministrare Baptismatibus & mox, & sacro cadere ordine. quibus

quibus in locis videtur probati Diaconissas saeros habere ordines.

- Primum obseruandum est
19. † ordinem dici sacrum duplum citer, authore D. Thoma in addit. 3. part. quæst. 37. art. 3. Primum secundum se, nā quilibet ordo secundum se facer est. Secundum ratione materiæ, circa quam versatur, quæ in sacerdotio, diaconatu & subdiaconatu consecrata est, & non
  20. in aliis. Idcirco † tres sunt tantum ordines sacri, alij vero quatuor inferiores ordines non sacri dicuntur, ideoque neque impediunt matrimonium contrahendum, nec dirimunt contractum. Quare Diaconiarum ordo dicitur sacer secundum se, ratione vero materiæ circa quam versatur non est sacer. atque ita Iustianus interpretandus est.
  21. Postremo † Diaconissæ ante quadragesimum annum & accuratam examinationem creari vel ordinari prohibentur. Synod. Chalcedonens. can. 15. Synod. VVormatiens. can. ... & can. Diaconissam. 27. quæst. 1. Synod. Sexta, in Trullo can. 14. § clericas. Nonnull. 123. de Ecclesiast. tit. aliisque capitul. can. nemo, distinet. 70. At pugnare videntur §. quanta. Nonnull. 6. quomodo operie. it Episcop. abi. & circa quin-

quaginta annos secundum diuinæ regulæ agentes. Itet null. ibi; nisi emensis quinquaginta annis, secundum præceptum Apostoli, ad Diaconiarum consortiū transferatur. C. de Episc. & cler. Deinde D. Paul. 1. ad Timoth. 5. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unus viri uxor.

Quod ad primum pertinet. hæc inter se non pugnant, † 22. Diaconissa ordinetur agens circa quinquaginta annos, & Diaconissa non ordinetur ante quadragesimum annum, ex Concil. Chalcedonensi; cum præsertim ea quæ quadraginta annos nata est, circa quinquaginta annos agere dicatur.

Lex † vero nulla nisi emensis, 23. corruptè legitur: legendum est enim, nisi emensis sexaginta annis, ut in C. Theodosiano, & in quibusdam libris manu scriptis, ea enim constitutio ad Apostoli præceptum refertur, quo sexaginta anni exiguntur. Præterea Sozom. lib. 7. cap. 16. huius legis meminit, eaque cautum scripsit, ne mulieres, nisi sexagesimum annum excessissent, diuinum ullum ministerium suscipient, secundum Apostoli Pauli expressum mandatum: at si sexaginta legamus, urget amplius.

Ego

14. Ego t̄ existimo in ea lege de viduis agi, quæ quandoque Diaconissæ, id est, ministrae vel ministratrices appellantur, vt ex Concilio Epau- nensis suprà docui, ea enim constitutio ad Pauli præceptum refertur, quod de viduis agit, quæ ex stipe Ecclesiæ alebantur, non vero de Diaconissis. quod & D. Thomas ibi adnotauit. *Omne hoc præceptum*, ait D. Hieronym. lib. i. contra Ioumian. *de his est viduis, quæ Ecclesie pascuntur eleemosynis.* Et idcirco præscribitur, vt illæ tantum accipiant pauperum cibos, quæ iam propter ætatem laborare non possunt. Præterea ætatem tanta diligentia designat in viduis Apostolus, quòd iam quidam contigerant lapsus, híque, ait Chrysost. occasionem præstiterant humisce ferendæ legis, quædam enim viduæ antè corruerant; & fornicatae fuerant. quod & Apostle latus statim indicat.

## QVÆST. CX.

Rursus de Virginibus & Sanctimonialibus canoniciis, & quòd non possint nubere.

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Virginitatis honor.*
2. *Virgines Deo dicatas alias in habitu laicali, alias sanctimoniales fuisse.*
3. *Virgines Dei dictæ.*
4. *Virgines Deo dicatas à Sanctimonialibus distinguiri.*
5. *Eas non potuisse nubere.*
6. *Nōne Galliæ Nonnains, & Canonica, quæ.*
7. *Sanctimonialium institutio.*
8. *Ritus consecrandi virgines.*
9. *Quare illæ velabantur.*
10. *Mitra quid.*
11. *Velum flammænum quid.*
12. *An viduæ moniales sicut virgines velabantur.*
13. *Quomodo velamen impone-re liceat.*
14. *Sanctimoniales tōdendimos.*
15. *Monachos etiā tonderi solitum. & Virgines vestales, num. 16.*
17. *Sanctimoniales qua ætate professionem faciant.*
18. *Virginum consecratio olim ad Episcopos pertinebat. hodie & coram Episcopis, & Abbatibus, & Presby- teris fieri solet, num. 19. quin etiam coram Abba-tibus, num. 20.*

1. ~~IRGINITAS~~ IRGINITAS † semper summo in honore fuit, nedum apud Christianos, sed etiam apud profanos. D. Hieron. lib. 1. contra Iominianum, scripsit Consules, Imperatores ceterosque magistratus virginibus de via cedere solitos: ideo cum vestalis ibat per urbem, licet eam ut magistratum anteibat.
2. Virginum † verò quædam Deo dicatae erant in habitu laicali, aliæ erant Sanctimoniales.
3. Porro etiæ vtræque Deo dicatae essent, ac † Dei Virgines appellantur. Tertul. *de velan. virg.* Virgines tamē Deo dicatae.
4. tæ à Sanctimonialibus distinguuntur quandoque, vt constat ex *l. generali. C. de sacros.* Erant enim quæ in habitu laicali se sponte sua Domino obtulerunt, & matrimonio renunciauerunt, eoque nomine professionem emittebant. D. Basilius *in epist. ad Amphilochem.* cap. 18. & 19. & ibi Balsamon. Vide cap. 60. eiusdem Basilius *ibidem.* & ibi quoque Bals. Vide cap. 17. Syn. Chalced. *can. si qua virgo. 27. quæst. 1. & Bals. ad d. cap. 17. Syn. Chalced.*
5. Porro † Virgines Deo dicatae nubere non poterant: neque enim decet seruum Regis sponsam illius usurpare,

## D V R A N T I

minùs homini quacunque dignitate prædicto sponsam cœlestis Regis sibi despondere, authore D. Matthæo Apost. vt Abdias Babylonicus *in eius vita*, scripsit. Nec obstat quod B. Pulcheria Theodosij iunioris soror Deo virginitatem suam deuouerat. Sozom. lib. 9. cap. 1. quam tamen post obitum Theodosij Martianus Imper. in domum suam assumpsit, vt Imperatricem: nam Martianus cum ea, utpote quæ virgo semper mansit, nunquam rem habuit. Eugenius lib. 2. cap. 1.

Nunc videamus de Sanctimoniaibus quænam essent. Quod vt intelligamus, sciendum est quod ex virginibus habitu laicali Deo dicabantur, vt iam diximus, aliæ verò Deo dicabantur, solennique benedictione velabātur, & consecrabantur, quæ Sanctimoniales vocabantur. *d. l. generali. C. de sacros. Ecles.*

Appellabantur & † Nonnæ. D. Hieronym. lib. 1. *de custod. virg. tom. 1.* Nonnains vocantur *in legeb. Francor. lib. 4. cap. 45.* vocantur & Canonicae, quæ à Canonicis secularibus multū distant. Syn. sept. cap. 20. Iustin. *Novell. 59. cap. indemnitatib. de elect. in 6.* Eugenius II. in Concilio Remensi

mensi cap. 3. Rota decif. 1.  
tit. de regul. in antiqu. Concil.  
Colon. de vita monast. cap.  
final.

7. Porrò † Sanctimonialium  
institutio peruetus est. Legi-  
mus apud Abdiam Babylon.  
*lib. 7.* Beatam Ephigeniam Re-  
gis Æthiopiz filiam à D. Mat-  
thæo velatam & consecratam.  
Meminit Philo Iud. *lib. de sup-*  
*plicum virtutibus*, sacrarum  
Virginum, quos Therapen-  
tidas vocat, id est, curatrices.  
Vide Euseb. *lib. 2. cap. 16 & 17.*  
Niceph. *lib. 2. cap. 15. & cap.*  
*16.* D. Ambros. *lib. 3. de*  
*virg.*

8. Quo autem † ritu Virgi-  
nes consecrarentur, vide Du-  
rantum *lib. 2. ration. dia. officio.*  
*cap. 2.* Extat formula in libro  
qui Ordo Romanus inscribi-  
tur. Vide Concil. Tribut. Car-  
thag: Aurelian. Rothoma-  
gense.

9. Quare autem † velarentur,  
Ioan. Durantis Specul. *in eod.*  
*lib. 2. cap. 1.* Isido. *lib. 2. de Ec-*  
*cles. offic. cap. 7.* his verbis:  
*Cur autem velentur, hæc causa*  
*est. In gradibus, inquit, & offi-*  
*cii Ecclesiasticis fæmina nullaten-*  
*nus prescrimbuntur: nam neque*  
*permittitur eis in Ecclesia loqui,*  
*vel docere, sed nec tingere, nec of-*  
*ferre, nec ullius virilis muneris,*  
*aut sacerdotalis officij sortem sibi*

*vendicare. Ideo hoc tantum, quia*  
*virgo est, & carnem suam sancti-*  
*ficare proposuit, eam velamus.*  
*Venia sit illi, ut in Ecclesia nota-*  
*bilis, & insignis introeat, & ho-*  
*norem sanctificati corporis in*  
*libertate capitit ostendat, atque*  
*mitram quasi coronam virginalis*  
*gloriae in vertice proferat.*

Sed pugnare videtur Isidor.  
cum D. Paulo, qui velamen  
mulierum subiectionem, non  
libertatem significare docet,  
*1. ad Corinth. II.* Quem nodum  
ut expediamus obseruandum  
est, velamina mulierum, de  
quibus D. Paul. agit, disiun-  
cta & diuersa esse à velaminib-  
us Sanctimonialium, mulie-  
res enim faciem vultumque  
velabant. *can. mulier 24. quæst. 5.*

Tum propter potestatem vi-  
rorum in eas, tum propter  
Angelos, id est, Presbyteros  
& Episcopos, authore D. Am-  
bros. vel ob sanctos viros, ne  
eos ad fornicationem incita-  
rent. Sacrae vero Virgines ve-  
labant caput honoris causa, &  
velamen illud Isidorus vocat  
† *Mitram.* Vel etiam Sancti-  
moniales ideo velabantur, vt  
quemadmodum nuptæ caput  
velabant, velataque ad vitum  
ducebatur. *Tertull. de virg. ve-*  
*land.* sic Virgines Christo nu-  
bentes velantur; & quemad-  
modum velum, quo nuptæ

10.

- caput velabatur; flammieum  
vocabatur. D. Ambros. lib. 3. de  
11. virgin. Sic & † velum, quo sa-  
cre Virgines velabantur, flam-  
meum appellabant. D. Am-  
bros. lib. 1. de virgin. circa finem.
12. An verò † viduæ moniales  
sicut virgines moniales vela-  
rentur, pugnare videntur in-  
ter se decreta Patrum. Nam  
velaminis mentio fit in Syn.  
Turon. cap. 25. Mogunt. sub.  
Arnulph. cap. final. Aurel. cap. 7.  
Apud Burch. lib. 8. cap. 35. can.  
quod interrogasti. 27. dist. Con-  
cil. Tolet. cap. 10. can. vidua 20.  
quest. i. Non velari verò viduas  
statutum legitur in Concil.  
Mogunt. cap. 6. Burchard. lib. 8.  
cap. 33. 34. & 36. can. deuotis  
20. quest. i. Hanc antinomiam  
dissoluit Durantus Specul. in  
lib. diu. offic. lib. 2. cap. 1. gl. in can.
13. † illud. 20. quest. i. facili & ex-  
pedita distinctione. Velamen  
autem non licet imponere,  
nisi certis & statis dieb. d. can.  
illud. id est, in Epiphania, in  
albis Paschalibus, aut in Apo-  
stolorum natalitiis. d. can. deuotis  
20. quest. i. can. virgines. 20.  
quest. i. Hodie verò dieb. Do-  
minicis ac festis solemnibus  
licet. cap. 1. de temp. ordin.
14. Amplius † Sanctimoniales  
tondere moris erat, quod D.  
Hieron. indicat contra Sabi-
- nianum Diaconum. Causam  
autem huius rei reddit D.  
Thom. in prima ad Corinthios  
epistola. Primum quod Virgi-  
nes, vel viduæ, ubi primò  
Christo desponentur, viti-  
lem dignitatem nanciscuntur,  
ut pro Christo iunctæ, & à  
potestate virorum liberatæ.  
Adde quod frustà velaretur  
monialis si coma esset sibi ve-  
lamen. Zabarell. in Clem. 2. de  
statu Mon.
- Monachos † tondere etiam 15.  
solitum, vide D. Dion. de Ec-  
cles. Hierarch. D. August. in lib.  
de opere mon. circa finem. D. Hie-  
ron. in vita Hilarion.
- Virgines † quoque vestales 16.  
tondebantur. Plin. lib. 16. c. 44.
- His quæ de tonsura monia-  
lium diximus primum aduer-  
sari videtur Synodus Gan-  
græsis cap. 17. Secundò D. Au-  
gust. epist. 109. ad Monachas.  
ibi, nec sint vobis tam tenera ca-  
pitum tegmina, nec retiola super-  
appareant: capillos ex nulla par-  
te nudos habeatis, nec foris, vel  
spargat negligentia, vel com-  
ponat. can. quod Deo. 33. quest.  
5. Ad hæc Imperatoris fœmi-  
nas, quæ crinem abscindunt,  
puniunt. l. 27. c. Theod.. de  
Episcopis & cleric. Denique  
Concilium Viennense in Cle-  
ment. 2. de statu monast. non im-  
probat capillos in moniali-  
bus

bus, modò comati & cornuti non sint. Quibus responderi potest quòd Syn. Gangren. de qua sup. interpretanda sit de mulieribus profanis, quæ ob Dei cultum vel religionis studium comas sibi tonderebat. Eustatius enim Sebastiæ Episcopus, in quem Gangrensis Synodus conuenit, mulieres omnes, quæ eius sectæ erant, comas sibi amputare iusserat, quasi solutæ essent aliena quauis potestate. At nos de mulieribus Deo dicatis agimus. quod & Balsamon in d. can. Synod. Gangr. admonet. Porrò et si Augustinus in regula, quam præscripsit suis Sanctimoniis, capillorum tonsuram non iusserit, consequens non est ceteras moniales non tonderi, vel fortè tempore D. August. indifferens erat crines monialium radere, vel non radere: postea verò contrarium statutum est. Lcx vero 27. C. Theod. de Episcop. de Diaconissa, non de moniali loquitur. Concilium verò Viennense sententiam nostram confirmat. Moniales enim vetat ubi comatis, vel cornutis crinibus, & ita utrūque l. s. p. de verb. sign.

17. Ceterū † qua ætate Sanctimoniales professionem emitterent, variae sunt sancto-

rum Patrum constitutions. Leo Nou. 6. Quidam septuagesimum annum exigunt. Synod. Rom. sub Sylvest. cap. 10. Alij sexagesimum. D. Gregor. lib. 3. epist. 11. can. innunculas 20. quest. 1. Nonnulli quadragesimum. Synod. Agathen. cap. 19. can. sanctimoniales 20. q. 1. Alij vigesimumquintum annum. can. virgines. 20. quest. 1. Alij decimumquintum. can. 1. can. illud. 20. quest. 1. Synodus Tridentina decimumsextum. D. Basil. epist. ad Amphilius. can. 8. cuius meminit Synod. in Trullo cap. 40. & hoc iure vtimur.

Porrò † virginum conse- 18.  
cratio Episcoporum propria & peculiaris erat, ex Synodo Carthag. cap. 1. & 3. cui Augustinus interfuit. cap. 36. & cap. 4. & cap. 11. can. sanctimonialis. 23. dist. can. quamvis. dist. 68. can. perfectis. 25. dist.

At aliquot seculis postea † 19.  
cooperunt virgines votum & professionem emittere, ne-  
dum coram Episcopis, sed &  
coram Abbatibus, & Presby-  
teris. cap. consulunt. & cap. ve-  
niens. cap. fin. qui Clerici vel vo-  
uentes.

Imò et si olim ex decreto  
Eutiochiani Papæ in can. sta-  
tuimus 22. quest. 2. vetitum es-  
set Abbatis velum impone-

*re.gloss. in can.vidua 20. quest.*

20. 1. Postea tamen † Abbatissis indulatum est sacrarum Virginiū professionem recipere. *d.cap.consuluit.*

## QVÆST. CXI.

*De Abbatissis, & cuius etatis eligi debeant.*

### S V M M Æ R E R V M.

1. *Varia Abbatissarum nomina.*
2. *Cuius etatis esse debeant, ut elegantur.*
3. *An vidua, vel corrupta possit eligi.*
4. *Moniales non posse egredi monasterio, nec quæquam in eorum monasteria ingredi.*
5. *Monasteria duplia que.*
6. *Abbatissarum electio.*
7. *An Rex nominationem habeat in monasteriis familiis.*
8. *Monasterium quid.*
9. *Beneficia curam animarum habentia an monasteriis feminarum viri possint.*



*ABBATISSÆ Moniali-  
bus præterant. D. Hi-  
ronym. passim † ita eas  
appellat in lib. de regula Mona-*

*charum tom.4. Alciat. lib.2. pa-  
rerg. cap. 41. D. Basilius Anti-  
stitam appellat in regulis bre-  
uiorib.interrog. 108. cum seq. &  
serm. 2. de instr. mor. Cereris  
Sacerdotis feminas Cicero  
act. 6. in Verrem vocat Antisti-  
tas, non Antistites. quod &  
Gellius obseruavit lib. 13. cap.  
19. quamuis & Antistitem in  
fœminino legamus apud Va-  
ler.lib. 1.de seruat. Relig.*

*Qua verò † ætate eligatur 2.  
Abbatissa, distinguenda sunt  
tempora: antiquitus enim  
ante sexagesimum annum  
non eligebatur. D. Greg.lib.3.  
epist. 11. can. innenculas 20.  
quest. 1. Postea alia ætas præsti-  
tuta est ex constitut. Bonif. in  
cap. indemnitatib. de elect. lib.6.  
Hodie verò ex decreto Con-  
cil. Trid. sess. 25. cap. 7. Abba-  
tissa, aut Priorissa eligi debet  
non minor annis 40. & qui  
octo annos post expressam  
professionē laudabiliter vixe-  
rit. Quod si talis non reperi-  
tur in eodem monasterio, ex  
alio eiusdem ordinis eligi po-  
terit.*

*Sed queritur † an vidua,  
vel corrupta eligi possit? Sanè  
etsi deceat virgines virginibus  
preferre, hoc tamen necessa-  
rium non est, neque iure cau-  
tum. Nam & Paula Eustatij  
mater cæteris Virginibus Deo  
dicatis*

dicatis velut Abbatissa prae-  
fuit Hugo, Archid. & Turre-  
Cremata in can. uuenculas. 20.  
quæst. 1. Quod Antoninus in  
summa histor. animaduertit  
in 3. parte tit. 17. cap. 30. §. 1. post  
medium.

4. Monialibus † è monasterio  
egredi non licet sine superio-  
ris Abbatissæ licentia. Syn.  
sept. cap. 20. can. definitus. 18.  
quæst. 2. Syn. Cartl. III. cap. 25.  
cap. periculoſo. de ſtatu mon. in  
6. Planè in Synodo ſexta in  
Trullo cap. 46. conſtitutum  
fuerat licere monialibus mo-  
naſterio egredi cum benedi-  
ctione & permissione eius  
quæ p̄t̄est. Quod poſtea  
immutatum fuit à Bonif. in d.  
cap. periculoſo. Cuius conſtitu-  
tionem renouat Trid. Synod.  
ſeff. 25. cap. 5. vbi nulla de cau-  
ſa licet egredi è monasterio.  
Sed nec licet ingredi cui-  
quam moнаſterium Sancti-  
monialium. Vide D. Hieron.  
in regula monastica cap. 27. his  
verbis: Propterea charifimæ, mo-  
naſterium veſtrum vobis ſepul-  
chrum eligit, ubi mortue cum  
Christo mundo & concupiſcentiis  
eius, ſole cum Christo ibidem ma-  
neatis ſepulta. & mox: Cuſtodiatur  
ſepulchrum per Epifcopum  
quem Deus in vinea ſua priuūm  
cuſtodem prepoſuit. Cuſtodiatur  
& per Prepoſtum Presbyte-

rum, qui viceim eius tenet in lo-  
co, ne quis incantè introeat: muro-  
rum munitionibus ſic vndique  
circumagatur locellus, ut nulli  
prebeatur aditus. Hic tendantur  
muri in altum, quod non ſolum  
licet pedibus, ſed nec oculis, qua-  
rentur geruntur agnoscere: oſta  
feruentur fortiter clauibus: ſint  
autem una vel plures fenestrae,  
iuxta diſpositionem Epifcopi fer-  
reis virgis arctate vndique, ut  
vix digito pateat aditus. & alibi  
cap. 20. Vir cuiuscumque condi-  
tionis exi ſtat, aut numquam ap-  
pareat, aut viſus viſum terreat  
veſtrum, velut horrendum mon-  
ſtrum. Propterea volo charifimæ  
ut ſi cum viro ex neceſſitate lo-  
qui oporteat, veſtum in fenestra  
tractum, alterutram faciem  
tegat, ne liceat videri quod con-  
cupiſſe non licet. Quare toto pe-  
ctore omniq[ue] studio Epifco-  
pi incumbere debent ne Ab-  
batissæ & moniales extra  
clauſtrum exeant, & ne ali-  
quis etiam Monachus mo-  
naſterium ingrediatur, hinc  
que introeat, ac ne duplicitia  
fiant moнаſteria. Synod. VII.  
can. 20. can. definitus 18. quæſt.  
2. Synod. Agathen. can. 28.  
can. monaſteria 28. quæſt. 2. Gre-  
gor. in regeſtro. can. in nullo. ea-  
dem cauſa & quæſt. ſi autem  
ad moнаſticam. Nouell. 123. de  
ſanctiff. Epifc.

5. Duplicia † autem dici non nulli existimarentur, non quæ simul habent viues & fœminas, sed quæ quām proximè ædificata sunt. neque enim monasteria monialium cohærere debent monasteriis viorum. D. Gregor. lib. 8. epist. 20. Verūm ex eo canone Niceno, quod & Balsamon ibidem admonuit, necnon ex d. can. in nullo, ac Iustiniani constitutio-*ne in d. Nouell. de sanctiss. Episc.* perspicuum est duplicia dici monasteria, in quibus & Monachæ & moniales vñâ habi-*tarent.* quod plerisque san-*ctorum Patrum decretis di-*fertè vetitum est. D. Gregor. lib. 1. epist. 48.

Sed vt reuertar ad Abba-

6. tissas, notum est † Abbatissam à monialibus eligi. Electio au-*tem Abbatissæ fit à moniali- bus eo ritu & ordine, quem Bonifac. VII I. præscripsit in cap. indemnitatibus. de electio.* Quare inter electiua benefi-*cia abbatiæ malicrum numerantur, quo argumento plerique existimauerunt Gallia-*
7. rum Regem, † cui conuentis Pontificiis ac Regis abrogata electione nominatio ad epi-*scopeia & cenobiarchias, siue abbatias, alitque præfe- turas, quæ Electiæ dicuntur, competit, vacante monia-*

liūm abbatia futuram abba-*tissam nominare posse, elec-*tionémque Abbatissarū, sic-*ut & Abbatum antiquatam.* Quandoquidem in conuentis Pontificiis ac Regis, quæ vul-*go Concordata appellantur,* generaliter fit mentio mona-*steriorum. §. monasteriis. de regis ad Prelat. nominat.* Monaste-*riorum † verò nomine nedum* Monacharum, sed & monia-*lium domicilia continentur,* nedum apud Latinos, sed & apud Græcos. can. monasteria 18. quæstio. 2. cum vulg. Philo Iudæus *de vita contemplativa.* Deinde Regi indulta est nominatio ad eas præfe-*tuuras, in quarum electioni- bus obseruabatur forma cap.* quia propter. earūmqne elec-*tionum confirmatio solem- niter peti confucuerat: at in* electione Abbatissæ feruatur forma cap. quia propter. d. cap. in- demnitatibus. §. san. ibi, perfor-*matam, in §. vt autem. vbi glos.* in verbo, collatio. de electi. Ibique Archid. & Franc. gloss. in cap. ad probandum. de re indic. Ioan-nes Andr. & Bellamer. in d. cap. quia propter. vbi id vsu re-*ceptum testantur. Confirmatio item exigitur d. cap. in-*demnitatibus. & §. iubemus. Nouella de sanctiss. Episcop. Conse-*quentia patet ad hæc, quem-* admodum

admodum Rex initio regni instituit vnum Monachum in monasteriis quæ de gardia Regis dicuntur; ita & in monasteriis Monacharum viam monialem. Auferius in stylo Parlamenti Arrest. 279. Itaque Franciscus Rex concordarum ad monasteria monialium de facto protrahebat. Molinæus in regul. de infirmis resignant. numer. 122. & posteri Reges ad Abbatias monialium nominare consueuerunt. Et hoc verum est, & ita practicatur in magno Consilio & Curia Parlamenti Parisiensis, & multi Aduocati decipiuntur. Neque obstant concordati verba, quæ Rebuff. ibidem expéndit. Illorum conuentus. & mox, illorum' occurrente vacatio- ne. non enim scriptum est, illorum, ait Rebuff. sed illorum. ea enim vox illorum, non refertur ad personas, sed ad monasteria. Ex aduerso vrget quod in d. §. monasteriis, virorum dumtaxat mentio facta sit, atque ita mulieres exceptæ & exclusæ videantur. ibi, ad electionem, seu postulationem Abbatæ, seu Prioris. ecce de Abbate & Priore, non de Abbatisse, & Priorissa conuentum est. Licet enim Abbatis appellatione Abbatisse contineatur. cap. final. de statu monach. vbi

Panor. §. si autem. Nonell. de monach. & regulariter constitutio loquens de masculis ad fœminas protrahitur. l. quicumque. C. de seruis fugit. gloss. in Extravag. Execrabilis. §. 1. de præbend. Bart. in l. 1. ff. de verbor. signific. & in l. iura. ff. de legib. Gomeæ in regul. de infirmis, resign. 4. vbi hoc locum non habet, quoties vocabulum masculinum qualitatem notat, puta Abbas religiosis, tum enim masculinum vocabulum non comprehendit fœminium. Paul. 18 Clement. eos. argillius de consang. & affinit. maximè in odiosis. Bald. in l. in multis. ff. de statu hominum. Angel. confl. 67. Odiosa vero est Regis nominatio, qua electiones, totque sanctorum Patrum decreta abrogantur. Eandem sententiam confirmant verba quæ sequuntur, religiosum eiusdem ordinis. non enim dicitur religiosam. & iterum, si vero idem Rex Presbyterum secularem, aut religiosum alterius ordinis. neque dicitur religiosam. & mox, in etate virginitatum annorum ad minus, &c. Quæ verba omnino Abbatisse excluuntur. haec enim triginta annos natae eligi non poterant, ut iam dixi. Neque officie, quod monialium cœnobia monasteria appellantur,

Vv. hoc.

hoc loco enim monasterium ad viros refertur, ut docui. Minus obest quod in electio- ne Abbatissarum obseruetur forma cap. *quia propter*. non e- nimir obseruatur omnino for- ma cap. *quia propter*, in modo forma cap. *indemnitatis*. Panor. in d. cap. ad probandum. gloss. Prag- mat. in tit. de elec*tio*n*e*. §. etenim humanae. in ierbo, *Abbatis*. Sanè ante constitutionem Bonifa- cij formula cap. *quia propter*, obseruabatur: at Bonifacius nouam præscripsit formulam. Quod verò pertinet ad insti- tutionem Monachi, vel mo- nialis, initio regni diuersum est à nominatione Abbatissæ, minorisque momenti est: à separatis autem non sit illa- tio. Quemadmodum verò Rex noster de facto, ait Molinæus, nominat, ita Summus Pontifex confert sine nomi- natione. Hodie hic locus ni- hil habet dubitationis. nam ordinatione Aurelianæ Ab- batissas eligendi ritus instau- ratus est, hoc addito, ut sint duntaxat triennales, finitó- que triennio rursus alia eliga- tur. quod variis Senatus con- sultis Parlamentorum Galliæ confirmatum fuit. Chopinus de domino lib. 2. cap. 10.

9. Porrò monasteriis & mo- nialium beneficia quædam

iamdudum vñita constat. nam et si cutæ commissio mulieri- bus competere non possit, quoad exercitium actuale, ut nostri loquuntur, ius tamen competit monasterio, ut cura exerceatur per vnum capa- cem. Hostiens. & Fel. in cap. di- recta. de maior. & obed. Idem Felin. in cap. cum venerabilis. de except. Rota decisi. 21. de præben. in antiqu. de Selua in tratt. de benefic. 2. part. quest. 5.

## QVÆST. CXII.

*De Tabellionibus, & Secreta- riis Principum.*

## S V M M A E. R E R V M.

1. *Tabelliones qui.*
2. *Tabularius & Tabellio diffe- runt. passim tamen unus pro alio usurpatur, nu- mer 3.*
4. *Notarios & pipulari alteri posse;*  
*& num. 6.*
5. *Servi ne fuerint.*
7. *Notariorum genera.*
8. *Secretarij, & Notarij secre- torum:*
9. *Tabellionum munus an vi- le; & utrum Tabellio- nes possint esse infames,*  
*num. 10.*

11. Cui ius creandi Tabelliones  
competat; & num. 12.
13. Virum Notary in certo loco  
constituti confidere possint  
contractus extra territorio-  
rum.

lit Tiraq. de iure constitut. part.  
3. limitat. 30. tu eum vide. Vbi  
etiam scribit seruos reipub. in  
gratiam & pupillorum posse 4.  
stipulari.

1. **T**ABELLIONES & di-  
cuntur, authore Sui-  
da, qui verba contra-  
ctus scribunt, & ciuium tabu-  
llas conficiunt, & suis literis  
obsignant, Gracis συμβοληγα-  
ρες vocantur. Nou. 44. Tabel-  
lionum amentia fit in l. moris.  
de p̄n. in l. contractus. C. de fide  
instrument. Et quamvis Tabu-  
larij & Tabellionis nomen pro-  
2. codem accipiatur, tamen &  
aliquando distinguuntur: nam  
Tabularij frequentius usurpa-  
bantur pro his qui ciuitatum,  
vel prouinciarum chartas &  
rationes tractat atque suppul-  
tant. l. l. C. de exact. tribut. l. ge-  
nerali. C. de tabulari. Sed, vt di-  
3. xi, passim & Tabellio pro Ta-  
bulario, & Tabularius pro  
Tabellione usurpatur. Tacitus  
lib. 14. Nou. 44. & Nou. 73. l.  
vt perfectius. C. de annal. l. fin.  
§. 1. de iure delib. l. orphanoiro-  
phos. C. de Episcop.

Vtrique erant personæ pu-  
blicæ. §. cum autem. de adoptio.  
Erant seruiliis cōditionis vtri-  
que, vt à plerisque traditū est.  
Horum tamē opinionē refel-

Ego & verò existimno Tabu-  
larios & Tabelliones seruos  
fuisse. l. generali. C. de tabul. l. scri-  
pturas. C. qui potiores. ibi, Condi-  
tionales. l. defensionis facultas. C.  
de iure fisci. l. fin. C. de seruis reip.  
addc l. non aliter. de adopt. iun-  
ēto §. cum autem. codem, apud  
Iust. Eos & verò alteri posse stu-  
pulari certum est ex superio-  
ribus legibus. idque iure &  
consuetudine generali varijs  
testuntur. gloss. in d. l. non ali-  
ter. & l. 2. de adoptio. l. Caius. dc  
vſur. Speculator tit. de satisfa-  
tio. Ancharan. confil. 340. Ma-  
suer. tit. de literis & notis. Mo-  
lin. conf. 60. Guid Pap. quest. 49.  
& 222.

Porro & Notariorum qui-  
dam erant Principis, alij mi-  
litantis, alij decurionum, alij  
priuatorum. VVolffang. La-  
zius comment. rep. lib. 2. cap. 4.  
Notariorum Principis summa  
erat dignitas. l. laudabile. C. de  
aduoc. diu. iud. l. 1. C. de mand.  
princip. l. maximarum. C. de excu-  
sat. muner. l. 1. & fin. C. de pri-  
micer. Cassiodo. inform. Notar.  
lib. 6 cap. 16. Vopiscus in Ca-  
rino. Hi hodie & Secretarij di-  
cuntur, authore Luca de  
Vv. 2 Penna

Penna in *d.l. maximarum.* & in *l. proximos. C. de proximis saceror.* Item Notarij secretorum. Vopiscus in *Aureliano.* Zasius ad *l. 2. §. postea. in verbo, scriba. de origine urbis.* Boér. *dec. 222.* Chassan. in *Catalog. gloriae mundi.*

9. Sunt † qui putāt Tabellionis munus vile esse, & ideo infames ad hoc munus admitti posse. *l. vniuersos. C. de decur. vbi decuriones non possunt tabelliones esse.* Oldr. *confil. 75.* Bald. in *cap. post cessionem. de prob.* Panorm. in *cap. licet. ne Clerici. Bart. in l. eadem. ad l. Iul. repetund.* & in *l. 1. C. de mand.* Princip. Decius *confil. 222.* Sed hoc falsum est, neque enim Tabellionum officium vile est, sed honestum. Eccles *cap. 10. Super faciem,* inquit, *scriba imponet honorem.* Cùm enim à Principe Tabelliones creentur ad utilitatem publicam, ut infrà dicetur, viiles dici nequeunt. arg. *l. subemus. C. de proposit. saceror. cub. l. fin. C. qui milit. non.* Amplius constitutione Neapolitan. qui sunt vilis conditionis, nec non Clericorum filij, Notarij publici esse non possunt. *lib. 3. confit. 60.* Quod & lege Longobardorum ultima constitutum fuit. Nec obstat *d.l. vniuersos.* Nam prohibetur decu-

tiones ad Notariorum munus aspirare, non propter vilitatem, sed ne pluribus negotiis distrahantur. Nec etiam verum est † infames ad hoc munus admitti. Panorm. in *cap. cùm dilecti. de fide instr.* Alex. *confil. 80. vol. 2.* Didac. *præf. qq. q. 19.* Nā si infames à testimonio arcētur. *l. 3. §. lege Iulia.* *de testib.* eius enim illęsa existimatio esse debet. *§. sanctimus.* in *Nou. de testib.* Multo magis infamis tabellionatu arceri debet, amplior est enim Tabellionis, quam testis authoritas. *l. in exercendis. C. de fide instrum.* Guid. Pap. *quest. 540.* Boer. *d. conf. 118.*

Cui autem † competit ius 11. creandi Tabelliones, non omnes conueniunt. Crebrior opinio est nedum Principibus, vel ciuitatibus, quę sumnum imperium habent, sed etiam dominis iuridicis intra eorum fines ac limites creandi Tabelliones ius esse. Hostiens. in *cap. cùm Petrus tabellio. de fid. instrum.* & *ibidem* Felin. Oldr. *confil. 75.* Hostiens. in *summa de fide instrum.* *§. quibus instrumen-* *tis.* Sanxon in *confuet.* Turon. *tit. des droits deus au seigneur Chastelain.* Boquet in *tract. de la justice.* Quorum opinio iuuari videtur primò ex *§. ex prouinciali. de defensoribus ciuitat. vbi defen-*

defensor habet à Præside prouincia vnum exceptorem. Secundò ex l. duob. C. de suscep.  
& arcarius lib. 10. vbi Præfides debent creare duos Tabularios Tertiò ex l. 1. C. ne quis liber actum resp. vbi à curatore reip serui coguntur Tabellionis officium administrare. Quartò per §. ut autem. de tabell. in Nou. Quintò ex l. inuenimus. C. de defensorib. ciuit. Sextò Protocollum Notarij mortui committitur alteri Notario qui auctoritate iudicis ordinarij facit illud. Auth. d. cap. cum Petrus tabellio. Cùm ergo ordinarius possit facere ut instrumentum non authenticum fiat authenticum , potest quoque de priuato Notarium facere. Septimò id probatur ex l. generali. C. de tabul. lib. 10. ibi , liberi homines ordinantur in singulis ciuitatibus Ergo ab inferioribus , non à Principe. Hanc opinionem locum habere in regno Siciliæ , notat Andr. de Ysern. in cap. 1. in verbo , scriba. de fœd. alien. per Feder. Eandemque opinionem seruari in Gallia quidam existimant , ut constat ex Baqueto de Instituta.

12. Alij † tamen existimant hanc creandi Tabelliones facultatem his duntaxat , qui summum imperium habent,

referuari. Innocentius in d. cap. cum Petrus tabellio. Alexand. & Iason in l. imperium. de iuris d. Specul. de fide instrum. §. restat. Boer. decis. 142. Chass. in Catal. gloriae. 5. part. conf. 2. 4. Steph. Beitr. confil. 275. vol. 3. Quorum opinio verior est: nam considerandum est Tabellionis officium publicum esse. l. tubemus. C. de defens. ciuit. Tabellionésque publicam personam gerere. §. cum autem. de adopt. l. 2. l. non aliter. ff. codem. Magistratum vero & publicorum officiorum creatio ad Reges & summos Principes pertinet. intit. que sint regalia. Obseruandum deinde est quam maximi momenti & ponderis sit Tabellionis munus : itaque cùm eorum instrumentorum tanta sit auctoritas, æquum & iustum est Tabelliones qui ea conficiunt , non paſſim , nec nisi à summo Principe constitui. Insuper hanc sententiam probat Iustin. in Nou. de tabell. §. ut tamen. verific. si vero prater. ibi , Tabellio qui auctoritatem habet à nobis dudum definitam. Neapoli non nisi à Rege Notarij ordinantur. constit. 78. lib. 1. Lege etiam Polonica vacante notariatu Rex vni ex quatuor nominatis munus confert. Porro apud nos extat

constitutio. Philippi Pulchri art. 20. qui Rex disertè Tabellionum creationem sibi suisque successoribus perpetuò reseruat, & Præsidib. prouinciarum interdicit. quod & Bald. testatur consil. 64. vol. i. vbi tamen excipit post Innocentium in d. cap. cum Petrus Tabellio, consuetudinem præscriptam ac priuilegium. arg. l. 1. C. de emancip. lib. & cap. accedentibus. de excess. preb. Capitulinos Tholosanos hac prærogativa Notarios creandi ex priuilegio & consuetudine præscripta dici potitos, constat ex monumentis eorum. Bened. in verbo, & uxorem. de cts. 5. num. 18. At hodie sublatum est illud priuilegium, & non obstante quacunque consuetudine ius istud omnibus ademptum est, & soli Principi reseruatum. Nam cum faciendi Tabelliones authoritas lege regni ad Regem pertineat, & sic de regalibus. Bald. d. consil. 64. volum. 1. ea quæ summi Imperij sunt, & supremæ iurisdictionis, non possunt acquiri in perniciem Principis priuilegio, vel consuetudine, etiamsi sit immemorialis. l. competit. C. de præscript. triginta. cap. dilectu. de matoru.

Neque primùm pugnat §.

*ex prouinciali.* ibi enim, quemadmodum & in §. unoquoque. Nouel. de iudic. exceptores siue, scribæ eliguntur iubente & mandante Principe ex cohorte illi prouinciae destinata, vel scholis agentium in rebus, vel scrinii rotius cohortis, vel scholæ, vel scrinij periculo, atque ita quasi à Principe creantur: vel ibi non agitur de Tabellionibus qui instrumenta conficiunt, sed de exceptoribus, siue scribis quij scribebant acta Præsidis; ibi enim duo tantum exceptores sunt apud defensorem, Tabelliones vero plures esse possunt. Nouell. de tabellio. in princip. Denique etsi Præses prouinciae duos exceptores habeat, non sequitur quod eos creauerit.

Minus pugnat l. duos. de suscep. & arcar. ibi enim non agitur de Tabulariis ciuitatum, sed de tabulariis Rectorum prouinciae, qui & Numerarij appellantur. in l. 2. & 4. de numerar. quod & Cuiac. admonuit. Hi vero perpetui non erant, sed triennales. d. l. 2. de numerar. Tabelliones autem perpetui.

Non obstat etiam l. 2. ne quis liber. inuit. neque enim ibi tractatur de Tabellionibus, sed de auctoribus reipublicæ, qui

qui & pecuniis dandis , & suscipiendis , & stipulationibus contrahendis præpositi erant. Hi autem seruierant, neque liberi iniuiti actum gerere cogebantur : Tabelliones vero liberi sunt. *d. l. generali.* Ceterum §. ut autem , nihil officit, imo non obscurè probat Tabellionis autoritatem pendere à Principe. ibi, *authoritatem à nobis dudum definitam.* lex vero iubemus, nostram sententiam confirmat , scribas enim & Tabelliones inter officia publica numerat.

Quod vero ad sextum pertinet facilius interponitur authoritas in aliquo actu , quām de nouo ille actus fiat. §. final. *de tutel.* Deinde diuersa longè ratio est de persona ad rem in hac specie , plus enim persona nocere posset , quām instrumentum. Denique protocollum non omnino erat priuata scriptura.

Postremò non obstat *l. generali.* ea enim verba, liberi ordinentur , non referuntur ad Principem , sed ad ipsos ordinandos: vel , & melius , ea *l. Imperator declarat*, se in posterum non ordinaturum nisi liberos homines. neque hoc nouum est ut Princeps statuat non ordinaturum nisi capaces , & idoneos, secundum le-

ges. quarum tamen cūm ratio suadet veniam indulgere potest, & quod liber, legibus soluere.

Verum dubitatur † an Notarij , seu Tabelliones à Rege creati instrumenta confiscare possint vbiique in toto regno? Communi calculo receptum est, Notarium ab Imperatore, vel Rege creatum , vbiunque intra Imperij vel regni fines contractus scribere. Bart. *in l. 2. ff. de offic. procons. & in l. apud proconsulem. ff. de manuf. vind.* Faber *in l. secundum. C. de donat.* Porro Reges nostri immensam & infinitam Notariorum multitudinem ad certum numerum contraxerunt. Ludouic. XII. artic. 62. corūmque autoritatem provincias vel ciuitatibus. *l. generali. C. de tabul.* vel etiam certis locis circumscripterunt, & ne extra eorum fines instrumenta conscriberent edixerunt, exceptis Lutetianis , Aurelianensis & Monspessulanis Notariis , quibus singulari beneficio indulsum esse instrumenta vbiique conferre, Pyrrhus scripsit *ad consuet.* Aurel. *de execut. iustit. artic. 22.* De eo tamen pruilegio Rebuff. dubitat, neque iniuria , titul. *de liter. obligat. artic. 2. glof. 1.*

Sanè obligationes sub sigillo

sigillo Montispeſſulani , vel præfectorū Parisiēſis, antiquo iure vbi cūque execuſionī mandari poterant. quod tandem ordinatione Franciſci Regis 1589. ad omnia instru-menta ſigillo regio conſirma-ta protrahitur.

Planè pluribus Arrestis ve-titum eſt Notariiſ ſiue Tabellionib⁹ ynius loci extra ſepta & cancellos rerum geſtarum monumenta ſcribere , nimi-rum Arresto pro Notariiſ loci *de Conques* , ex tempore die 6. Maij 1566. me poſtulaante : tūmque variaſ rationeſ affe-rebam⁹ ſuis enim quiſque fi-nibus contentus eſſe debet , nec ſuprā menſuram ſui iuriſ augeri. *can. ſi quis Epifcopus.* 7. queſt. 1. *can. nullus primas.* 9. queſt. 2. *can. placuit.* 7. queſt. 1. *can. 1. cum ſequent. diſt.* 72. *can. diacones, diſtinct.* 13. *cum mul-tis ſimilibus.* Præterea Tabel-lio .dūm ſacramento ; rogarunt iurat muniuſ ſuum ꝑ fideliter implere & exequi in loco , in quo coſtituitur. argum. cap. ad audientiam. de praſcript. ex quo teſtiſ publicus in eo loco efficitur , dicitur eius fides publica. argum. *I. ſi ventri. §. in bonis; ff. de priuili. cred. I. ar-gentarius. §. s. & I. quædam. §. numularios. ff. de edendo.* Qua-re ſi in alio loco co[n]tractum

conſcribat ei tanquam priua-to & non iurato non eſt fides adhibenda. Item aſſiduitas legiſbus noſtriſ in Tabellione exigitur. Deinde ſi promiſcuè Tabellioneſ extra eorum can-celloſ instrumenta conſice-reant , perturbatio ſequere-tur , magnaque conuafio. *can. peruenit.* 11. queſt. 1. multa et-iam abdiſta diuturna obſcuri-tate laterent quæ conſcripta à Notariiſ loci vel prouinciæ faciè deteguntur. Fraudibus denique , & falſitatibus via-pateret. *I. quidam. C. de palat. ſacrar. largit. & I. duumutrum.* *C. de decur.* ybi Luc. de Penna, & quæ notantur ab Andr. de Yſernia *in titul.* quæ ſunt re-gal. in verbo , potestas creando-rum magiſtratum. Hęc autem ideo vera ſunt , vt etiam ex conſenſu contrahentiū Tabellio extra metas munere ſuo fungi nequeat. argum. cap. Romana, ad finem. de foro cam-pet. apud Boniſac. Iuri enim pu-blico paſti priuatorum deroga-ri nō potest *I. ius publicum. ff. de paſt.* nec etiā paſti priuato-rum effici potest , vt ſcripturae priuatae credatur. Imol. in d. c. cū P. Tabellio. de fide. inſtrum. Tabellio verò . qui fines , quoſ ſibi Princeps praſcripſit , egreditur , priuatus eſt. *I. final. ff. de iuriſd. omnium indic. I.*

3. ff. de officio praesid. cap. ut animarum. de constit. apud Bonifac. plenè Lucas de Penna in d. t. duumirum. Rebuff. de literis obligat. artic. 2. gloss. 1.

## Q V A E S T . C X I I I .

*De colonis, de ascriptitiis, de seruis & mancipiis quod serui inuitis & ignorantibus dominis in Clerum co-optari non poterant; quod apud Christianos hodie non sint serui, de gens de main morte, & quod mancipia inter immobilia computentur.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Colonus quis.*
2. *Colonos liberos fuisse; adscriptios vero seruos. n. 3.*
4. *Ius Imperatorum & Princium tamolum quam hodie in seruos quod.*
5. *Seruos non adscribi in Clerum inuito domino; nec etiam colonos adscriptios, num. 7.*
6. *Manumissionis formula.*
8. *Seruorum alios fiscalium, alios Ecclesiasticos esse.*
9. *Pensitationum origo.*
10. *Seruitus hodie apud Chri-*

*stianos nulla.*

11. *Gens de main morte.*

12. *Mancipia computari inter immobilia.*

**N**T *texedium inquilinus, ita agrorum conductor + colonus vocabatur. l. fin. de vi. Colonus ab ascriptitio seccnebatur, colonus enim liber erat, adeò tam agro vel prédio addictus, vt ab eo abesse nullo modo licet. l. colonos. C. de agric. Inde terra cui addicti erant, eorum domina appellabatur. l. 1. C. de colo. Thracens. vendítóque agro ipsi quoque venduntur. l. 2. l. quemadmodum. C. de agric. Quare + colonus liber erat cum rebus suis, & siebat colonus spatatio 30. annorum. Ascriptitius + verò seruus erat, eiúsque peculium ad dominum pertinebat. Cuiac. ad rubr. C. de agric. Colonos item liberos fuisse indicat Saluian. lib. 5. de prouid. ibi, fundos maiorum expectunt, & coloni diutum fuent. & postea, quos esse constat ingenuos, vertunt in seruos. Indicant & leges Alemanorum de colon. Eccles. occisis. & alibi de colonis Ecclesiasticis, si ad Episcopū, &c.*

Olim dum + Imperatores Ethnici rerum potiebantur, serui, et si baptizati, dominis nedium Christianis, sed & infidelibus

deibus & paganis & Iudeis seruire cogebantur. D. Paul. 1. ad Corinth. 7. ad Ephes. 6. 1. ad Timoth. 6. At ubi Principes Christiani facti sunt, alio iure vni sunt. Constantinus primus legem promulgauit, ne mancipium Christianum Iudeus, Paganus, vel haereticus possideat. l. 1. C. ne Christi, cuius meminit Euseb. lib. 4. de vita Constant. eandem legem renouauit Iustin. l. omnes. §. final. C. de Episcop. D. Gregor. lib. 2. epist. 76. can. mancipia 54. dist. Idem Gregor. lib. 3. epist. 9. & lib. 7. epist. 35. & lib. 5. epist. 30. Vide Concilium Cabylon. cap. 14.

Ceterum Christianis atque etiam ipsis Ecclesias Christiana mancipia possidere licet, Baptismo enim, & Christi fide non tollitur seruitus. Abraham seruos possidebat. D. Paulus Onesimum seruum, et si ministerio utillem, Philemoni remisit. Non tamen Christianum oportet sic possidere, tanquam equum: nam tanquam hominem & semetipsum diligere debet. D. August. lib. 1. de serm. Dom. 5. in monte. cap. 36. Sanè & seruos in Clerum adscribi citra domini voluntatem prohibent Apostoli. can. 82. Quare male dicuntur illi, qui seruos doce-

bant, diuini cultus aut religionis nomine contemnere dominum, & a seruitio recedere. Synod. Gangr. cap. 3. can. si quis alienum. 18. quest. 4. Quem locum quidam falsò interpretantur, ut diuersæ religionis nominis seruus ē manus domini infidelis non eximatur. Synodus enim Gangrensis congregata est sub Syluestro & Constantino circa annum Dom. 324. post editam constitutionem ne Iudei mancipia Christi possiderent, ann. 321. vetuit. Ergo Sancta illa Synodus religionis vel pietatis praetextu vetuit seruos à dominis recedere, vel eos contemnere, hoc est, serui non possunt deserere dominos, etiamsi pietatis vel religionis nomine velint promoueri ad sacros ordines, vel monasticam vitam profiteri. Nec enim ordinari possunt, nisi à dominis manumittantur. c. nulli, & seq. dist. 54. cap. 1. & 2. de seruis non ord.

Manumissionis & formulam scriptam reliquit D. Gregor. lib. 18. epist. 112. can. cum redemptor 12. quest. 2.

Quod & autem de seruis 7. non ordinandis diximus, locum habet & in colonis adscriptitiis, qui nolente domino ordinari non debent. Synod.

nod. Aurelianensis III. cap. 25.  
& Tolet. IV. cap. 72.

Porrò seruorum Ecclesiæ  
& aliorum nonnulli agros co-  
lebant. Vide Benedict. in cap.  
*Raynulius*. Chass. tit. des mains  
mortes. Conanum lib. 2.

8. Rursus † seruorum qui-  
dam erant fiscalium, alij Ec-  
clesiastici : fiscalium diceban-  
tur, quod res & corpus eorum  
fisco Regis cessissent. horum  
mentio fit in Capitulari Ca-  
roli Magni in libris legis Salicæ  
in decreto Childeberti. In-  
de Regis seruus. Ecclesiastici  
verò serui erant quos Rex, aut  
Dux, aut Comes Ecclesiæ vel  
monasterio donauerat. Hinc  
B. Rhen. lib. 2. terum Ger-  
man. *Abbes Alemaniae talia  
mancipia adhuc possident ex li-  
beralitate Francorum Principum.*  
Hinc etiam eodem authore

9. illæ † penitentes originem  
habent, ut mortuo patrefam.  
in plerisque locis præstantis-  
simum iumentum è stabulo  
procurator Abbatis abducatur,  
vel vestem pretiosissimam au-  
ferat.

10. Hodie † seruitus non est ut  
vsi apud Christianos. Bartol.  
in l. hostes. de capt. Panorm. in  
cap. sicut, in 3. de inreuer. Bald. in  
l. 1. C. de cäd. gloss. Pragm. in tit.  
de pacific. §. excepto. Sed capti  
solent se pecunia redimere.

Quod præsertim in hoc Gal-  
lie regno obtinet. Boër. in  
consil. de statu persona. §. 1.

Quinimò † sunt quædam 11.  
in hoc regno ciuitates quæ vr-  
bis Romanæ beneficio po-  
tiuntur, ad quas serui confu-  
gientes libertatem nanciscun-  
tut, è quibus est Tholosan. ex  
antiquo Theodosij priuilegio.  
Bened. in verbo, & uxorem.  
Antiquæ tamen seruitutis re-  
liquæ extant in plerisque  
Gallie partibus, vbi quædam  
ex consuetudine locorum pro  
seruis habentur, præsertim  
quoad successionem, liber  
enim non succedit seruo, nec  
seruus libero, quinimò hic  
seruus sine liberis decedenti-  
bus domini succedunt: vt  
apud Bleſenses, Alueros, Câ-  
panos, Borbonios. Guid. Pap.  
quest. 361. Boër quest. 263. Bel-  
lon. consil. 8. & vocant domini  
hoc ius manus mortuæ. Cyn.  
in l. voluntarie. C. de excus. tut.  
Chass. in consil. Burg. tit. des mains  
mortes. Pontan in consuet. Bleſ.  
tit 4. art. 16.

Sed & illud notandum est  
quod † eiusmodi mancipia in-  
ter immobilia computabantur.  
l. quemadmodum. l. cum fa-  
tis. C. de agric. l. si quis inqui-  
linos. de leg. 1. Bald. in l. 1.  
C. de seru. fug. l. iubemus. C. de  
factosant.

## QVÆST. CXIV.

*An Ecclesia, aut minor prouocare ad diuisionem possit,  
et quis eligat.*

## SYMMÆ RERV M.

1. Ecclesiam non posse prouocare ad diuisionem, nec etiam minorem. Fallit numer. 4. & 5.
2. Ecclesiam prouocare posse ad diuisionem aliam Ecclesiam.
3. Ecclesiam alienare posse.
6. Quomodo fieri debeat diuisio bonorum communium inter Ecclesiam & priuatam.
7. Electionem competere Ecclesia.
  
1.  C C L E S I A † prouocare ad diuisionem non potest, sicut nec minor. l. si pupillorum ff. de rebus eorum. l. inter omnes. C. de pred. minor. Bart. in l. inter pupillos. de author. tut. Rom. confil. 106. Bald. in l. 1. ff. de rebus eorum. Alexand. confil. 7. vol. 5.
2. Sanè † Ecclesia Ecclesiam ad diuisionem prouocare potest, modò solennia interue-

niant, & ea diuisio Ecclesiae vtilis sit: vt si Ecclesia socium habeat beneficiario, aut Ecclesiae perniciosum, qui possessiones communes perdat, alioquin quod in gratiam Ecclesiae constitutum est, in perniciem eius verteretur. l. quod fauore de legib.

Deinde † Ecclesia alienare potest, si ei alienatio vtilis est. l. iubemus. C. de sacrosanct. Præterea ubi conuentione societas prohibetur, nihilominus poterit, si socius iniuriosus sit, ut cum pati non expediat, discedere à diuisione. l. si conuenierit. ff. pro socio. l. fin. C. de agric. & mancip. Rursus rei dotalis alienatio à lege vetita fieri potest si vxori vtilis sit. l. fin. ff. de iure dotium.

Demique † minor prouocare potest ad diuisionem, si ei diuisio sit vtilis, argum. l. inter pupillos. de administr. tut. Io. Fab. in d. l. inter omnes. C. de pred. Lucas de Penna ad l. 2. C. quando & quibus quarta. Porro Longobardorum iure † minores, Ecclesiae & ceteri qui alienare vetantur prouocare possunt ad diuisionem. in tit. de prohibita alien. minorum. leg. 3.

Quo † autem pacto fieri debeat diuisio bonorum, quæ communia sunt, inter Eccle

Ecclesiam & priuatum, disputat Bald. *ad l. iubemus. C. de sacro sanct. & tandem concludit,* diuisiōnē fieri debere à iudice: quod si partes non conueniant in eligendo, commitendum id iudicio fortis. *l. sed ambo. de iud. l. 2. C. quomodo & quib. quarta.*

7. Ego generaliter existimo + Ecclesiæ electionem competere: nam si prouocatur, electio pertinet ad prouocatum. argum. *l. in tribus. de iud. Idque passim confuetudine receptum esse in hoc regno testatur Ioan. Fabri in §. quadam. de actio. Si verò Ecclesia prouocat, electio ci quoque concedenda est: nam cùm ei non liceat prouocare nisi Ecclesiæ utilitas vrgeat, prouocando iusta ratione facultas ei concessa non debet electionis beneficium adimere. *l. quod fauore. de leg. Deinde in cap. 1. de parochiis, iuniori in gratiam Ecclesiæ electio competit: nam Ecclesia minoris potitur beneficio. l. orphanotrophos. C. de Episcop. cap. 1. cap. auditio. de integrat. restit. gloss. in l. respub. C. quib. ex caus. mato. Denique in diuisione electionem habere quibusdam pro beneficio concessum est. l. vnicā. C. de his qui se defer. l. 1. §. sed si euenerit. ff. si quid in fraud. pair. l. non am-**

*plius. de leg. 1. Ecclesiæ verò sicut & dotis semper & ubique causa præcipua est. cap. 1. §. donare. qualiter feud. pot. o lim alien.*

## Q V Æ S T . C X V .

*An liceat alienare bona Ecclesiæ ad remuneranda obsequia & officia eius qui de Ecclesia verè & non coloratè bene meritus est.*

## S V M M Æ R E R V M .

1. *Videri bona Ecclesiæ alienari posse.*
2. *Impugnatur ab Auctore.*
3. *Can. quicumque Episcopi suffragio, 12. quest. 2. dilutur cum can. Ecclesiæ ficticiis. ibid. num. 4.*
5. *Obsequia & seruitia beneficiario præstata, an remunerari possint ex bonis Ecclesiæ. cum num. 9.*
6. *Successorem cogi posse alicum soluere. Item mercedem dare famulis defuncti num. 7.*
8. *Episcopum pro ornanda sepultura centesimam partem census Ecclesiæ conferre posse.*
10. *Explicatur cap. fin. de pecu-*

*lio Clericorum & can. bo-  
nae rei. 12. quest. 2. num. II.  
12. Sepulturæ cura.*

1. **I**DETVR † in primis  
**V** quod licet alienare.  
**H**æc opinio probatur  
 in primis per *l. iubemus. C. de  
 sacrofani.* à contrario sensu.  
*ibi, Ad vicissitudinem beneficij  
 colorati. Secundò ex can. qui-  
 cumque Episcopi suffragio. 12.  
 quest. 2. vbi Episcopi qui suf-  
 fragio cuiuslibet aliquid obti-  
 nuerint pro Ecclesia, si aliquid  
 promiserint, præstare tenen-  
 tur. Tertiò ex can. si quos de ser-  
 uis. 12. quest. 2. vbi Episcopus  
 seruos benemerentes liberta-  
 te donare potest: manumisso  
 autem species est alienationis.  
 Quartò ex *l. viiius libertus bene-  
 merentibus donare potest. ff. si  
 quid in fraud. patr. l. cùm pluris.  
 §. cùm tutor. de adm. tut. ibi, so-  
 lemnia munera mittet. Quintò  
 ex can. Ecclesiasticis. 12. quest. 2.*  
 2. Sed † hæc opinio apud me  
 suspecta est. Primo ex *d.l. iube-  
 mus. ibi, vel gratia referende.*  
 Secundò donatio generaliter  
 rerum Ecclesiæ prohibetur.  
*can. sine exceptione 12. q. 2. c. 2.  
 & 3. de don. sicut & rerum pu-  
 pilli, vel minoris. l. præses. C. de  
 tr. in f. l. contraturis. §. fin de pa-  
 etis. Tertiò ex §. fin. de alien. &  
 empbyt.**

Non obstat primò *l. iu-  
 bemus.* argumentum enim à  
 cōtrario sensu plerunque fal-  
 lax est, præsertim in damnum  
 Ecclesiæ. Præterea non solùm  
 Imperator negat res Ecclesiæ  
 donari posse ob vicissitudi-  
 nem beneficij colorati, sed etiam  
 gratia referendæ.

Nec obstat secundò ca-  
 non quicumque *Episcopi suffra-  
 gio.* † *ibi enim non queritur* 3.  
*an rem Ecclesiæ donare possit,*  
*sed utrum promissum nuda*  
*conventione in remuneratio-*  
*ne præstandum sit, quod præ-  
 stari debet in damnum pro-  
 mittentis, non Ecclesiæ, & de*  
*eo de quo poterit promittere,*  
*puta de fructibus, aut alia re*  
*mobili. Ad can. si quos de seruis.*  
*12. quest. 2. fauor libertatis que-  
 pia est id admittit. Lex viiius*  
*libertus, non obstat, nam diffe-  
 rentia est inter libertum &*  
*Ecclesiæ. Minus obest † can. 4.*  
*Ecclesiasticis. nam de Summo*  
*Pontifice verba facit, qui le-  
 gibus solitus est, vt Archidiac.*  
*de Turre-Cremata, &*  
*Dom. de Sancto Gemin. ibi*  
*notarunt.*

Sed queritur † de obsequiis 5.  
 & operis à seruis vel mercena-  
 riis beneficiario præstitis, an  
 ex bonis Ecclesiæ præmium  
 tribuere possit. Quidam ex-  
 stimant nedium ex fructibus,  
 sed

- sed etiam ex ipsis Ecclesiæ bonis beneficiariorum mercedem obsequiorū & laborum persoluere posse. Primo ex cap. per tuas. de don. ubi Panorm. Secundo ex cap. final. de peculio Clerico. Tertio beneficiarius cogitur soluere debita nedum ob necessitatem Ecclesiæ contracta. cap. 1. de solutione. sed etiam ob ipsius beneficiarij vitæ necessitatem: ideoque ter successor cogitur soluere æs alienum quod valetudinis conseruandæ gratia contraxit. Panorm. in cap. ex presentiū. de pignor. & in cap. 1. & 2. de solutio. Eadem ratione 7. cogitur successor mercedem famulis defuncti præstare. cap. relatum 2. de testam. Speculator tit. de legato. §. fin. Iason consil. 222. vol. 2.
8. Quartò Episcopus ter pro ornanda sua sepultura centesimam partem census Ecclesiæ cui præsidet conferre potest. can. bone rei. 12. quest. 2. cap. Apostolice. de donat.
9. Ego ter contraria sentio, nullatenus licere Episcopo vel alio beneficiario obsequij sibi præstati nomine bona Ecclesiæ alienare: nam si id non liceat erga eos qui singulari in Ecclesiam extiterunt officio, ut iam probauit, multominus in gratiam eorum qui de benefi-

ciario tantum bene meriti sunt.

Nec obstat primò cap. per tuas. de donat. quia iuuatur etiam hæc nostra sententia ex cap. ex presentium. de pignor.

Nec etiam obstat cap. fin. de peculio Clericorum. ter ibi enim agitur de obsequiis Ecclesiæ, non beneficiario præstatis. Vel melius Episcopus poterat eas Ecclesiæ possessiones, in quibus beneficiarius vitæ suæ sustentandæ causa agella & vi-  
neolas fecerat, alijs largiri pro seruitiis Ecclesiæ, hoc est, pro seruitiis & quadam præstatione quæ fiet Ecclesiæ ab eo cui Episcopus eas possessiones concedit.

Nec etiam obstat quod successor in beneficio teneatur exoluere quæ propter valetudinis infirmitatem expensa sunt, vel etiam ob vitium vel vestitum prædecessoris, nam id nullo iure probatur. cap. ex presentium. de pignor.

Non etiam obstat can. bone rei. 12. quest. 2. & cap. Apostolice. de donat. ter ibi enim agitur de donatione quæ in aliam Ecclesiam vel religiosum locum confertur. Præterea ibi donatio contcsimæ probatur non eo quod eam pro suis magnificare voluerit Episcopus

pus sepulturis , sed ut ipsius Ecclesiæ necessitatibus subueniantur quæ explicatio ex d. cap. Apostolica , elicitur . Vbi tamen beneficiarius tanta egestate premeretur , ut non habeat unde funus ei fiat , tunc successor , ne sepultura & iustis exequias careat , exequias funeralis curare tenetur , & prosequi debet : sepulturæ & enim cura inter pia numeratur . Ang. in l. 1. §. de impensa . ff. ad l. Falcid. atque ita intelligenda existimo quæ Panormus scripsit in cap. ut præterita . de cœct.

12.

## Q V Æ S T. C X V I.

Hæredes & successores quomodo ex delictis & criminibus defunctorum teneantur : & an si inuentarium non fecerint teneantur ultra vires hereditarias .

## S V M M A R E R V M.

1. Hæredes quatennus conueniri possint . cum num. 2 .
3. An ultra vires teneantur si inuentarium non fecerint .



X L 1. C. ne ex delict. ante litem contestatam ex delictis defunctorum hæredes conueniri non possunt , & nisi quatenus ad eos peruenit . l. sicut . de reg. iur. Nec in hæredes actiones pœnales transeunt . l. pupillū . §. in hæredes . de reg. iur. §. non autem . de perpet. actio . Crimina enim morte extinguntur , adèò ut hæredes non teneantur , nec eis bona adimi possint , præterquam in criminib. exceptis . l. 2. & l. final. C si reus , vel accus. l. ex iudiciorum . ff. de accus. l. defuncto . de publ. iud. l. crimen . de pœnis . Anchær. consil. 272. Dec. in l. 2. C. qui testam.

Sed obstare videtur l. iubemus , ibi , hæredesque eius & successores . Sed ita occurri potest , ut et si quoad pœnam quæ facinori debetur , vel etiam ob multam quæ ob. publicam utilitatem fisco irrogatur , hæredes non teneantur , & conueniri tam possint à parte agente ad id quod eius intet est . Faber in l. vn. C. ex delictis defuncto . Quod ex d. l. iubemus , confirmatur ; damnum enim seu incommodum quod Ecclesiæ contingit culpa œconomi , ab hæredibus resarcendum est . Didac. lib. 3 resolut. c. 3. Imber. in Enchirid. in verbo , confessio ab accusato .

Reicienda

## QVÆSTIO

Reiicienda est opinio eorum qui hac in parte ius ciuile à Pontificio distinguunt, ut iure ciuili hæredes nullo modo, iure verò Pontificio à defuncto illata damna resarcire tenentur. *cap. fin. de sepult. cap. tua. de usur.* Nam verius est iure ciuili hæredes teneri ad resarcienda damna à defuncto data. *Iolan. Faber in §. pænales. de perpet. act.*

3. An autem † hæredes tenentur ultra vires si inuenta-  
rium non fecerint? Quidam ex Doctoribus putant hære-  
des omnino teneri. *gloss. & Pan. in cap. in literis. de rapto. Castrif. in rubr. de acq. hered.* Crebrior opinio est hæredes non teneri ultra vires. *Feder. conf. 2. 1. Arctin. conf. 148. & in rubr. de acq. hered.* *Faber in d. §. pænales. argum. dict. cap. in literis.* Præterea non plus obligantur quam defuncti, qui non tenentur nisi quatenus eorum facultates patiuntur. *c. quamquam. de usur. & ibi Iolan. Andr. & Francus.*

## QVÆST. CXVII.

*An qui emit ab Ecclesia, non obseruatis solennitatibus, pretium quod dedit amit-*

## CXVII.

*tat, ex l. iubemus. C. de facrosanctis.*

## S U M M A E R E R V M.

1. *Amittere pretium. & num. 2. fallit ut num. 3.*
4. *Locupletari quem posse cum tactura alterius.*
5. *Can. 15. Syn. Ancyranæ di- luitur.*
6. *An emptor rerum Ecclesie agere posset de restitutio- ne aduersus eum qui alienauit. cum num. seq.*

**R**EGLARITER qui contra leges contrahit, pretium amittit. *l. 3. C. ne rei domini. vel templor. ibi, ut nec pretium quidem inquis comparatoribus reposcere li- ceat. can. uniuersos. 16. quæst. 3. l. 1. in fin. C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. 1. de prædiis curial. l. quemadmodum. de agric. & cen- sit. l. penult. & final. C. de rescind. vendit. cap. 1. § Titus. si de feu- do defunct. fuerit controu. inter dom. & agnat. Balsam. 15. can. Synod. Ancyranæ. Neque obstat l. final. §. emptor. C. commun. de legat. vbi emptor sciens fidei- commissum, & ita malæ fiduci, agere potest ad restitutionem pretij: nam aut quis contrahit contra leges, quæ propter utilitatem publicam alienatio-*

Y y nem

nem vetant, & in ius publicum: vel contrahit lege ve-  
tante ob alicuius priuatum  
damnum. Priore casu pre-  
mium amittit, quod ei queri-  
tur, ad quem res pertinet, vt  
in specie nostra. Posteriore ve-  
rò cùm dumtaxat versatur  
priuata utilitas, pretium con-  
sequitur ab eo qui recepit, vt  
in specie d. §. emptor. vbi iura  
quæ prohibent bona restitu-  
tioni subdita non alienari, pri-  
uamat fideicommissarij cau-  
sam spectant, neque fideicom-  
missarius restituit pretium, sed  
hæres qui alienauit: hic verò  
prohibetur alienatio ob pu-  
blicam utilitatem. Præterea  
res Ecclesiæ publicæ dicun-  
tut; quare non iniuria † pre-  
mium amittit quod Ecclesiæ  
querit. Præterea emptor in  
hac specie non repetit ab Ec-  
clesia, scd de Prælato, vel œcono-  
mo. *Authent.* qui res. infra  
hoc tit.

At videtur Ecclesiam lo-  
cupletari cum alterius iaœtu-  
ra, quod ius naturæ non pati-  
tur. *I. nam natura. ff. de condic.*  
*indebit.* *I. iure naturæ. ff. de reg.*  
*iur.* Et dolo malo facere dici-  
tur qui ex alterius iaœtura lu-  
crum querit. *I. si quis manci-*  
*pius.* *§. final. ff. de insti. act.* Ec-  
clesia autem, quæ cultrix est  
iustitiae, omnis fraus dolusve

## D V R A N T I

abesse debet. Præterea pupil-  
lus obligatur in quantum fa-  
ctus est locupletior. *I. pupillus.*  
*§. 1. ff. de author. tut. I. fin. ff. de v-*  
*sue. pro empt.* *§. fin. autem. quibus*  
*alienar.* Minor quoque præ-  
diuum recipiens quod sine so-  
lemnibus alienatum fuerat,  
premium restituit. *I. si prædiuum.*  
*C. de prædiis & aliis reb. minor.*  
quibus rationibus Bald. hic &  
in d. *I. si prædiuum.* Bart. in Auth.  
qui res. inf. hoc tit. Panorm. in  
cap. si quis Presbyter. de rebus  
Eccles. non alienand. Paul. in  
Clem. i. de rebus Eccles. non alien-  
and. Alexandr. confil. 4. volum.  
3. Barb. confil. 40. volum. i. exi-  
stimauerunt, si locupletior fa-  
cta sit cogi ad pretij restitutio-  
nem, modò emptor fuerit in  
bona fide, nec pretium possit  
à Prælato vel œconomo ob  
eius egestatem repetrere.

Ego verò existimo † Eccle-  
siam nullo iure ad pretij restitu-  
tionem obligari, etiam si lo-  
cupletior facta sit, & emptor  
fuerit bona fidei. gloss. hoc §.  
ex hoc pretia lucris & com-  
modis Ecclesiæ acquiruntur.  
Secundò ex Auth. qui res. hoc  
tit. vbi, eius autem quod dedit  
nullam actionem habet aduersus  
venerabile locum. expressius in  
§. final. de alienat. & emphyten-  
si. ibi, maneat autem apud eam  
& pretium, aut antidorum, &  
quod

*quod pro permutatione, &c.* Ter-  
tiò ex can. *Vulterane* 12. quest.  
1. ibi, *sit emptoribus ad eum re-*  
*cursus qui præsumpsit aliquid de*  
*Ecclesiæ rebus.* Quartò in ean-  
dem sententiam adferri po-  
test text. *in cap. I. de schismati-*  
*cis.* ibi, *sine omni onere hoc est,*  
ait Petr. de Anchar. nullo pre-  
tio restituto. Antoninus *in*  
*summa 3. parte, tit. 24. cap. 9.*  
Hancque sententiam Senatus  
Tholosanus probauit Arresto  
extempore die 5. Maij 1567.  
pro Episcopo Monspellula-  
nensis contra Matthæum Ve-  
gigalium iudicem.

3. *Quod tamen non obti-*  
*net ex sententia Buttrigarii*  
*hic, vbi iusto errore facti rem*  
*Ecclesiæ acquisiuisset, tunc e-*  
*nim si is qui alienauit non sit*  
*soliuendo, Ecclesia verò locu-*  
*pletior, æquum est pecuniam*  
*restitui, ne sine causa aliqua*  
*pecunia penes Ecclesiam man-*  
*neat. argum. l. si & me, & Ti-*  
*tium. ff. de rebus cred. vbi verò*  
*errore iuris, imputandum est*  
*ei quare non consuluit peri-*  
*tiores. l. in bonorum. ff. de bonor.*  
*possess.*

Non obstat quod cum ia-  
ctura alterius nemo locuple-  
tan debeat, lex tamen per-  
mittit aliquem damno alte-  
rius locupletari, ut in præscrip-  
tione & expensis in alienare

factis, quia id fit sine iniuria,  
id est, legum authoritate. ergo  
ut locus sit regulæ, locupleta-  
ri, non solum damnum expe-  
ctatur, sed iniuria exigitur. d.  
*l. iure naturæ.* quæ cæteras le-  
ges explicat. In specie verò  
nostra in Ecclesia locupletat-  
ur sine iniuria authoritate le-  
gum. Præterea damnum quod  
quis sua culpa sentit, sibi im-  
putare debet. Cum ergo lege  
vetante contraxerit, si pre-  
mium amittat, sibi imputare  
debet.

Quod autem de pupillo &  
minore adfert, et si argumen-  
tari soleat, de pupillo & mi-  
nore ad Ecclesiam argumen-  
tum receptum est, vbi à iure  
expressum non est: at vbi in  
pupillo aliquid expressum fla-  
tutum est, diuersum verò in  
Ecclesia, argumentum fallax  
est: ut in restitutione in inte-  
grum; priuilegia enim minoris  
& Ecclesiæ quoad restitu-  
tionem habent se, ut Hostiens.  
*in summa de in integr. restit. §.*  
*cui, in fine, loquitur, ut exce-*  
*dentia & excessa; lex verò si*  
*quis mancipius, loquitur in pro-*  
*hibitione hominis, non au-*  
tem in prohibitione legis.

Verum adhuc residet scrupulus ex can. 15. *Synodi Aney-*  
*rane.* vbi Episcopi iudicio re-  
linquitur an oporteat pre-

tium recipere, an non, utpote quod eorum quae sunt vendita, reditus eis ipsis maius pretium reddiderit. quem t locum ita interpretatur eo loci Balsamon, ut Patres non statuerint pretium necessariò reuerti, imò si attentiùs canonem legamus, eos negauisse pretij restitutionem. Cùm enim id Episcopi iudicio reliquerint, benigniori etiam ratione dixerunt, quod verus Antistes ad Ecclesie indemnitatē respiciet, & faciet quod ei bonum & æquum videbitur, & cætera quae sequuntur.

6. Hic queritur t an emptor rerum Ecclesie aduersus eum qui alienauit, agere possit ad pretij restitutionem. Sanè si fuerit bona fide, agere potest. *Auth. qui res. infr. hoc tit. ibi, aduersus eum qui alienauit habet. d. can. Vulterane. ibi, ad eum recursus.* Quid si emptor sit in mala fide, quia sciens & prudens acquirat rem Ecclesie sine solecinnibus, frequentius est emptorem malæ fidei non posse ab alienante pretium repetere. *Innoc. Cald. Panorm. & Imol. in cap. si quis Presbyterorum. de rebus Eccles. non alienand. gloss. hic, & in cap. ad audentiam. de rebus Eccles. non alienand. ibi Panorm. gloss. in §.*

*qui iurauerit. de non alienand. & in l. quemadmodum. de agric. & censit. Salic. in d. Auth. qui res. hæc sententia iuuatur l. si fundum. C de enictio. Secundò ex l. uniuersas. C. ne rei domin. vel temp. quæ inter canones exata legitur can. placuit. §. uniuersas. 16. quest. 3. ibi, ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus repetere liceat. ibi enim agitur de emptore malæ fidei, ut gloss. ibi obseruauit: generaliter tamen negat emptori licere pretium reposcere.*

Nonnulli tamen contrarium asseruerunt. t gloss. in d. 7. *Auth. qui res. gloss. in can. ea enim. §. qui vero res. 10. quest. 2. Cynus & Bald. in d. Auth. qui res. Hostiens. Ant. de Burr. & Petr. de Ancharan. in cap. ad audentiam. de rebus Eccles. non alienand. Mouentur primò quod quemadmodum dolus præponderat culpæ. l. item si obstetrix. ff. ad l. Aquil. Ita maior dolus præpôderat minori. At in Prælato qui ex officio ad cōseruationem rerum Ecclesiæ astringitur, maior dolus versatur, quam in emptore. Æquum est ergo pretium emptori restituiri. Secundò ex l. ciuitas. ff. de rebus cred. Vbi enim pecunia versa non est in utilitatem ciuitatis, non teneuntur ciuitas: cogitur tamen admi*

administrator pretium exoluere.

Ego in hac quæstione existimo emptori pretium non esse restituendum, lex enim generaliter negat pretium reposci posse. *d. l. uniuersas. & hoc S.* Sanè emptor pretia & fructum amittat. At Prælatus qui malè alienauit, pretium illud minimè lucratur, nemo enim ex dolo suo lucrum consequi debet. *l. fin. C. de rebus cred. l. ita demum. ff. de arbitr. l. si remunerandi. §. Marius. ff. mandat. l. si ab hostibus. §. i. ff. solut. matr. l. i. & l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. sed & si. §. planè ff. ad exhib. l. i. C. de legat. l. 2. C. qui manumitt. non poss. cap. sedes. cap. ex tenore. de rescript. cap. ex luteris. de dolo & cont. cap. ad nostram. de empt. & ven. can.... distinct. 30. quest. i. l. 2. ff. de eo per quem factum erit. vbi gloss. & in l. sine hereditaria. ff. de negot. gest. Ut ergo utriusque fraus vindicetur, pretium illud à Prælato exigendum est, in pios usus erogandum.*

### Q VÆST. C X V I I I .

*De Monasteriis, Monachis & Eremitis, cum aliis non nullis quæstionibus ad Monachos pertinentibus.*

### S U M M A E R E R V M .

1. Monasteria à canobiis distingui.
2. Monasteriorum institutio.
3. Therapentarum ac Therapentidarum dux & author quis. cum num. 4.
5. Monachorum conuersatio ac instituta.
6. Anachoretæ, siue Eremitæ.
7. Eremita qui.
8. Monachorum genera in Ægypto; & alibi, num. 9.
10. Monachorum cœnobia vbi extrui debeant.
11. Eorum vita.
12. Monachorum profesiones nonnullæ.
13. An Monachus post possessiōnem retineat libellum, vel precariam.
14. Libellus quid; cum num. 16. & 21. quid Precaria, numer. 15.
17. Contractus libellarius quid, cum num. 19. & 20.
18. Libellarius titulus pro emphyteutico.
22. Precaria duplex.
23. Vasallus attestari possit ante professionem, & dicare bona feudalia monasterio, vel alicui Ecclesiæ.
24. An quod datum est ab ingrediente monasterium, re-

*petatur si egrediatur ante  
professionem.*

1. **O N A S T E R I V M †**  
Cœnobio ita distinguit Chassançus collatio. *i. cap. 9. & 10.* quem Isidorus lib. 1. de diuinis officiis, sequitur, ut monasterium possit etiam viuis Monachi habitatio nuncupari, cœnobium non nisi plurimorum. Porro obscurandum est, authore Athanasio epistola ad Ammion. *Monachum*, duas esse vias, duasque vitæ formas. vna quidem secularis eorum qui matrimonio iunguntur; altera vero Angelica & Apostolica, cademque virginalis longè excellentior, id est, monastica vita. Easdem vitæ duas formas eleganter descripsit Eusebius Cæsariensis in epistola ad Mariam. Sanctus quoque Basilius in sermone de abdicatione & spirituali perfectione, utriusque vitæ meminit.
2. Cæterum † hoc loco obseruandum est, Monachorum antiquissimam esse originem, inde apud D. Dionysium Areopagitam lib. de Ecclesiast. Hierarch. *Summus eorum omnium qui invitantur & perficiantur, ordo est sanctorum Monachorum.* & postea: *Vnde sancti preceptores nostri diuinis no-*

## D V R A N T I

*minibus eos appellarent partim Therapentas, id est, cultores, & sincero Dei famulatu atque vultu, partim Monachos ab induitâ & singulari vita appellantes, quæ eos unum faciat sanctis rerum diuiduarum conianctionibus ad diuinam unionem Deoque gratam perfectionem adipiscendam. Et paulo post mysterium monasticæ consecrationis, corumque dignitatem enarrat; eorum vero mores, ritus, vota & domicilia plumbus verbis explicat Philo Iudeus, qui Romæ cum D. Petro, Claudio imperante colloquutus est, in lib. de vita contemplativa, seu supplicum virtutibus. vbi etiam † Therapentarum ac Therapentidarum ducem, & anthorem fuisse D. Marcum Euangelistam primum Alexandriae Episcopum non obscurè indicat Euseb. lib. 2. Ecclesiast. histor. cap. 16. Nicephor. lib. 2. cap. 15. & 16. Sozomen. lib. 1. cap. 12. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra Nazaraeos. Hieronymus in lib. de viris illustrib. in Philone, Cassian. lib. 2. de instit. cœnobio. cap. 51. Cedrenus etiam in Claudio D. Marcum missum in Ægyptum monasterio instituisse, quæ à grauitate vitam ibi degentium operaria tunc appellabantur. & postea complura in laudem vitæ mona*

monasticæ ex Athanasio , Basilio & Chrysostomo assert.

4. Non desunt qui † Eliam & discipulum eius Elizem , ac deinde Ioannem Baptistam Monachorum conuersationis & præpositi principes laudant & authores. Isidorus *de Ecclesiast. offic. lib. 2. cap. 15.*

5. Sunt etiam qui † Monachorum conuersationem ac instituta ad Essenorum mores & disciplinam referunt , quorum meminerunt Philo Iudæus in lib. *Quod omnis probus liber.* Iosephus lib. 2. *de bello Iudaico.* Euseb. lib. 8. *de preparatio Euangelica. cap. 4.* Hos Plinius lib. 5. *natural. hist. cap. 17.* parum dextero vocabulo Heslenos appellat , eorumque gentem miram dicit , sine vlla femina , omni Venere abdicata , & sine vlla pecunia. Sanè ex Philone , Eusebio & Nicephoro perspicuum est Monachos per deserta resp̄sos vitam solitariam egisse , cōque

6. nomine † Anachoretas , vel Eremitas appellatos , de quibus in Nou. de Monach. vbi orator , *Hesychastas* nominat. Hi

7. verò sunt † Eremitæ qui perpetuum colunt silentium.

D. Hieronymus ad Eustochium *de virginitate fernand.*

8. tria scripsit † in Ægypto fuisse genera Monachorum. Pri-

mum Cœnobitarum , siue in communi viuentium : secundum Anachoritarum : tertium eorum qui bini , vel terni , vel etiam plures hababant. Eadem ferè scribit D. August. lib. de opere monach. Cassianus verò collatio. 18 quartum addidit genus Harrabatarum , quæ vox est Ægyptiaca. Isidor. item lib. 2. de Ecclesiast. offic. † sex genera 9. Monachorum , tria optima , aliqua verò tetterima designat. Hi verò omnes , quia sibiipsis solum prodesse videbantur , & religionem parum promouere , ad ciuitates deducebantur , & oppida , promissisque exercitabantur , è Monachis , Eremitis & Anachoretis Cœnobitæ , siue Synoditæ facti , vtroque enim vocabulo vitæ societas significatur. Suidas in Machario gennad. in Euagrio , & Honoriū Presbyter Augustodunensis lib. 6. hist. quos Codex Iustinianus in l. addic̄tos. C. de Episc. audient. Synoditas , eodem Codex Theodosianus Cœnobitas appellat. Cùm enim , ait D. Gregor. Nazianzenus in vita D. Basily , ider. Basilius animaduertisset , eos qui in communi vita , hoc est , mixtum inter alios agunt , &c. & postea , eos verò qui in solitudine

mani sententia probabilior est  
*d. §. donare.* nam & libella  
 nummus exiguis est; veteres  
 enim cùm pecuniolani minimam  
 significare volebant, libellam, siue assem dicebant.  
 Budæus *libr. 1. de aſſe.* Neque pugnat quòd libellus sit  
 masculini generis, nam & li-  
 bellariam legimus in tit. *de*  
*pace Constant. circa finem.* §. 1.  
*ſi de feudo defunet. content. ſit*  
*inter dom. & agnat.* vbi libellariam,  
 non libellarium, legendum est. Adde quæ in legibus  
 Luitprandi Regis Longo-  
 bardorum *titul. 67. de libellar.*  
*lib. 5.* Quòd verò denarius  
 maioris sit pretij quam libel-  
 la, hoc proculdubio verum est  
 in antiquis denariis; seculo e-  
 num, quo feudales constitutio-  
 nes editæ sunt, immutatus  
 erat denarij valor, quemad-  
 modum & hodie denarius  
 duodecimam partem assis, siue  
 solidi Turonensis signifi-  
 cat. Præterea non semper li-  
 bella pro pensione præstabat-  
 tur, nam & tremissis in hoc  
 contractu libelli meminit D.  
 Gregor. *lib. 2. cap. 1.* Sed quia,  
 vt ex Budæo docui, veteres  
 dum pecuniolam minimum  
 significare volebant, libellam,  
 vel assem dicebant. hactenus  
 de contractu libellario.

Quod verò pertinet ad pre-

cariam, † duplex est precatia. 22.  
 Nam precatia contractum,  
 qui proximus est emphyteusi,  
 significat: verùm precatia  
 constituitur. quandoque ad  
 tempus, quandoque usque ad  
 mortem; sed singulis lustris  
 solet renouari. *can. precarie.* 10.  
*queſt. 2. cap. 1. can. clerici* 16.  
*queſt. 1. Synod. Tolet. VI. cap.*  
*5. can. ſape fit* 12. *queſt. 2. & in*  
*capitul. Caroli Magni, & lib. 4.*  
*legis Francicæ, cap. 39.* eaque  
 precaria frequens erat in Ita-  
 lia; altera verò erat precaria,  
 quæ nihil aliud erat, quam  
 præstatio census ab eo, qui Ec-  
 clesiæ rem aliquam donaué-  
 rit, concessio ei per beneficium  
 ab Ecclesia usufructu. *I. Ale-*  
*manorum. tit. 2. apud Ansegig-*  
*num lib. 4. sub tit. de ultimis*  
*volunt.* inter leges Longobar-  
 dorum. Eratque illius preca-  
 riæ conditio, vt si quis Eccle-  
 siæ donasset proprietatem  
 aliquam, retento usufructu,  
 Ecclesia illi in compensatio-  
 nem proprietatis præstabat  
 usumfructum, in aliis prædiis  
 Ecclesiæ usque ad diplum;  
 vbi verò donator cedebat  
 usumfructum rei quam largi-  
 tus fuerat, in usufructu tri-  
 plum conseqüebatur dum  
 superflues erat. nec enim ea  
 commoditas ad filios vel alios  
 hærcedes transmittebatur. *can.*  
*precarie*

*precaria 10. quest. 2. & cap. fin. de  
precar.*

Sanè precariæ contractus iure ciuili incognitus, iure Pontificio conceditur, & de rebus Ecclesiæ fieri solebat. Panorm. *in cap. 1. de precar.* de his plenè Raynaud. *in comprehens. feudal.* Molinæus *in consuet.* Paris. *tit. des droits du seigneur.* Bart. *hoc loco. & in l. si finita.* §. *de vettigalibus. ff. de damno infect.* Syluester *in summa.* Hoc loco prætermittendum non est quod Nicolaus de Matarel. *in tract. de iure emphyteut.* scriptum reliquit, se legisse tres constitutiones Federici primi Imperatoris, quæ antiquitus erant in antiquo feudorum volumine, quarum una inscribebatur *de contractu emphyteutico*, alia *de precaria*, tertia *de libello*. quibus cauetur precariam constitui posse ab omnibus, præterquam à minoribus, & seruis, & recipi ab omnibus, præterquam ab Ecclesiis & seruis, & quod dū Ecclesia precariam constituit, certo pretio accepto, certaque pensione annua retenta, talis precaria non protrahitur ultra tertiam generationem; aduci tamen posse pactum de renouando. Idemque iuris in libello, nisi quod libellus etiam seruis

concedebar. Præterea libellus tribuebatur usque ad vingt nouem annos cum pæsto renouationis; precaria vero usque ad tertiam generationem. Planè in hisce contractibus libelli & precariæ consuetudines potissimum expectantur. §. *vassall. de pace Constant.*

Sed ut unde hoc diuerticulum excessi reuertar, circa questionem Glossatores varij dixerunt, quorum prætermisso opinionibus, quia abutuntur his vocabulis, libellus, census emphyteusis, superficies, precaria, &c. alterum pro altero usurpari solet. Decius post Bart. & Bald. *in consil. 164. & consil. 518.*

Receptum est generali consuetudine huius regni † 23. vassallum, vel emphyteutam posse testari atque disponere ante professionem, atque expressim dicare bona feudalia vel emphyteutica monasterio, vel alteri Ecclesiæ, ex vulgata lege regni, qua feuda ad instar alterius patrimonij redacta sunt, autore Ioanne Fab. *in hac Authent. & de legit. patr. tutel. circa finem.* Guid. Pap. *quest. 59. & 183.* modò monasterium ea bona non retineat, sed distrahat, ne Rex vel dominus iura sibi debita

amittat. Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua. versic. 116. Masuer. in tit. de locato, & iure emphyteut. §. item si res quæ data fuit. & in tit. de præscript. §. item si Ecclesia. Talia enim bona permanere nequeunt in manu mortua, vt vulgo loquimur, quinimò coguntur monasteria & cæteræ Ecclesiæ ea bona distrahere, & extra manum ponere, vel, vt vulgo dicitur, manus vaeuare intra annum. Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versic. 117. Henric. Bohic. in c. ex literis de consuet.

24. Ad hæc queritur, † si filius vel filia, in cuius gratiam monasterio aliquid datū vel numeratum est, excat ante professionem, possit quod datum vel numeratum est, repetrere. Et quibusdam visum est repeti non posse, quia aut pacto datum est, & sic turpiter datum non repetitur: aut oblationis causa, & liberè datum reuocari non potest. Ioannes Papon in consuet. Burbonic. tit. des successions. §. 318. Contrà sentio ex his quæ suprà dixi. Vide in libro Vitidi, in verbo, Monacho. Doctor Nauarrus de Regularib commentario 4. in cap. incipiente, circa vero tertium notabile. Azorius Inst. moral. part. 1. lib. 12. c. 14. & 15. Menochius fusè de arbitr. iudic. casu 435.

## QVÆST. CXIX.

*An Capitulum conferre possit beneficia, qua ad eius collationem spectant, vni de Capitulo, vel præsentare vnum de gremio ad beneficia quæ ad præsentationem Collegij pertinent.*

## S Y M M A X R E V M.

- I. *Id Capitulo, vel Collegio esse illicitum. Contrarium vi de num. 2.*

**N** IDE T V R † Capitulo, vel Collegio non licere. Primo quod nemo sibi ipsi conferre potest, vel seipsum præsentare. cap. fin. de instit. cap. per nostras. de iure patr. Inter diuitem enim & eum, cui datur, discrimen esse debet. gloss. in cap fin. de officio Archipresb. Accedit quod correlatiuorum ea sit natura ut non possint esse in codem subiecto. cap debitum. de baptismo. can. didicimus 24. quest. 1. Quoties vero Capitulum, vel Coilegium vni de gremio confert, sibi à scipso fit collatio: ad ipsum enim ut vnum de

de Capitulo collatio pertinet, quippe nihil interest inter Capitulum & singulos de Capitulo. gloss. in l. sicut: in verbo, non debetur. quod cuiusque vniuersi. Neque probabilis videtur eorum opinio qui existimant magni interesse inter vniuersitatem & singulos de vniuersitate: nam si id verum esset, vniuersitas neque possideret, neque delinqueret, aut metum inferret, ius enim illud, quod fingunt Doctores, non habet animum delinquendi, vel possidendi, aut metum inferendi; & tamen legitimus municipes possidere. l. tigni. §. item municipes. ff. ad exhibend. l. 1. §. fin. iuncta l. seq. ff. de acquir: possessio: vniuersitatem delinqnere. Clement. 1. de usur. Authent. Item quacunque communitas. C. de Episcop. & cleric. plenè Bart. in l. aut facta. §. fin. ff. de pénis. Lucas de Penna in l. tam collatores. de re militar. & in l. 3. de exactor: & metum inferre. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa. Cùm idem sit vniuersitas, quod singuli de vniuersitate, vni de vniuersitate collatio fieri non poterit. Secundò beneficiatij assidui esse debet in Ecclesia sibi credita. c. quia non nulli. cap. iue. de tler. non resid. cap. ad hec. cap. quia in-

tantum. de præb. quod obtinet etiam si modicæ sit annuationis. cap. conquerente. de cleric. non. resid. gloss. Pragmat. in proœm. in verbo, resident. Si autem fiat collatio vni de Capitulo, assiduus esse non poterit in collatione beneficiorum, neque enim in pluribus locis quis assiduus esse potest: non sunt ergo tolcrandæ huiusmodi collationes, que fiunt vni de Capitulo, ne etiam vius plura beneficia possideat, quod plenissimè decretis Partum veritum est. cap. cum singula. cap. de multa. de præbend. Extrauag. Ioannis XXII. gloss. Pragmat. in tit. de collat. §. 1. in verbo, pluralitat. Tertiò si collatio fieri posset per Capitulum in gratiam vnius de Capitulo, semper fieret collatio beneficiorum quæ ad collationem Capituli pertinent, vni de Capitulo, vnum enim cōferret alteri, quo usq; vocazione euéniente ab eo sibi fiat collatio, hac præsertim tempestate, qua omnes avaritia & ambitioni student: atque ita sequeretur Clericorum & Sacerdotum diminutio, qua diminutione ius publicum lœditur. Ioan. Andr. in regul. qui contra. multitudo enim à Deo facilius exauditur. can. fleat. de pénit. dist. 1. can. in novo. 2 r. di-

*stinct. Sequeretur etiam clericorum egestas, quorum, ut Hieronym. scripsit ad Rustic. plures mendicant in plateis, & à quolibet publicam poscunt elemosynam. d. can. Diaconi. gloss. in Extravagant. Ioannis XXII.*

2. Ex † aduerso verò videtur collationem vel præsentationem validam esse, primò ex cap. final. de sortileg. vbi non solum Capitulum eligere potest in pastorem vnum de gremio, sed etiam his qui eligunt vice Capituli, licet vnum ex ipsis eligere, si ipsis fuerit data potestas vnum ex eis elegendi. Mandag. in tract. de elec. cap. 49. Eodem pertinet cap. cùm in iure. de elec. vbi, si ex septem compromissariis, quibus à Capitulo eligendis facultas induita fuerat, tres vnum ex ipsis septem eligant, alijs tres extraneum, electus ex septem, si electioni de se facte consentiat, potior erit, quasi à pluribus electus. atque ita quis eligit seipsum, cum consensu eius augeat numerum. quod sanè maximam admirationem mouet, eaque constitutio multorum ingenia torsit, adeoque ea Decretalis obscura est, ut Ægid. Bellamera scripserit, nullā esse iure Canonico difficultorem. qua ratione Ioannes Andreas

existimabat, eam constitutio- nem declarazione indigere.

Quo autem omnia facilius assequamur, videtur vocem electi augere numerum, alioquin electio in d. cap. cùm in iure, non esset facta à maiori parte ex septem enim tres non faciunt maiorem partem. Idem probari videtur in l. planè. ff. quod cuiusque uniuersi. vbi vox illius qui decurio decernitur numeratur, eamque sententiam sequuntur Hostiens. Io. Andr. Henric. Bohic. Panorm. & cæteri in d. cap. cùm in iure. Ioan. Andr. in regul. in toto. de regul. iuris. Quoties per viam compromissi fit electio: secus si per viam scrutinij. tūc enim electi vox non numeratur, vel auget numerum. cap. Cumana. de electio.

Discriminis autem rationem duplice tradiderunt. Primam Ioannes Andr. nedum per viam compromissi fit electio, officium compromissorij sit tibi damnosum. Alteram Calder. quod compromissarius ex potestate cōpromittētum, non ut ipse, sed ut cōpromissarius eligat, & in se consentiat. Verum huic rationi aduersatur quod si solus esset cōpromissarius, seipsum non posset eligere. gl. Cald. & Innocent. in d. cap. cùm in iure.

*re. gloss. d.l. plane. & tamen se tanquam eligeret, & in se consentiret.*

Itaque arbitror ego siue via compromissi , siue scrutinij fiat electio , vocem electi non augere numerum.

3. Moutet † me primò quòd nemo possit seipsum eligere , vel præsentare ; id enim naturat ac bonis moribus repugnat. Quòd si quis dixerit post Hostiens. id intelligendum , quando electio vel præsentatio trahit originem à seipso ; scimus verò quando quis non vocatur à seipso , sed ab aliis vocatus consensum præstat , tunc enim ambitio considerari non potest.

Replicabo quòd sicut non posset seipsum eligere quoties in cùm solum compromissum est , ita cum aliis non poterit electioni suæ suffragium dare , ut sit eadem ratiō torius & partis. *vulg. l. que tota. ff. de rei vendit nec enim negari potest quin ius suum habeat originem à seipso , cùm sine voce sua non posset ius consequi , effectus quippe momentaneus , autore Ægid. Bellamera , totalem originem trahit simul cùm erit momentaneus , vel quòd non ab omnibus , & non erunt illæ causæ substantiales , cùm dicatur illud ac-*

cidentale , & non substantiale , quod potest esse , vel abesse , salua rei substantia , secundum Philosophum. *l. 1. & 2. ff. de usufruct. Secundò pro hac sententia expendo cap. cùm in veteri. de electi. vbi eligentes non exigunt consilium eius , quem eligebant , sed sociorum eius , etiam si à Summo Pontifice eis mandatum fuisset eligere cum consilio , &c. Cùm ergo consilium electi non exigitur , multo minus consensus illius expectādus est. Tertiò iuuat hanc sententiam cap. cùm in iure. quòd dupliciter expendum. Primò dum ibi dicitur electionem factam à sex ; ergo septimus non elegit. Secundò in his verbis , *electio de se facta consentiat. Innuuit ergo Pontifex consensum præstitum post electionem factam.**

Cæterū non dicitur factum dum aliquid de substantiâlibus supereft agendum. *l. penult. C. ad Sillanian. l. 1. ff. quod quisque iuris. Igītur ad perfectionem electionis , vox electi non erat necessaria. Adde quòd vbi consensus alicuius postulatur , consensus ille post perfectum actum præstari solet. Innocent. in cap. cùm consuetudinis. de ronsuet. notata in cap. dudum. de rebus Eccles.*

Non obstat primò quod si in eo cap. consensu electi non augeat numerum, dici nequeat electionem factam à maiori parte Capituli, tres enim non faciunt maiorem partem. nam ex sententia Innocentij in eo cap. electio etsi facta non fuerit à maiori parte, fuit tamen à saniori: saniorum autem fuisse eorum trium, qui septimum nominauerint, electionem, auguratur Innocent. ex ordine litteræ, quia prius scriptum est in compromisso, ut ex se eligant, quam ex alius; ordo vero scripture charitatem ac mandantis desiderium patet. *l. qui. foliando. 2. ff. de hered. inst. l. generaliter. §. quid ergo si plures. ff. de fideiuss. l. quoties ff. de usufruct. cap. si quis iusto. de electio. apud Bonf. cap. mandato. de prebend.*

Hec tamen Innocentij consideratio, etsi subtilis, corruit primò quod innuat Innocent. electionem factam ex minori parte, si fuerit sanior, praefeti, contra cap. Ecclesi. 12. de electio & ea quæ notantur in cap. scriptum, de electio. Secundò & fortius, sanior opinio dicitur non debet eo quod compromittentes voluerint talem eligere, verum ratione zeli.

melioris, & meriti, maioris. *cap. quia propter. cap. in Genesi. cap. venerabilem. de electio.* Quare post Compostellam exultimo, vocem trium eligen- trium septimum ex Compromissariis, efficere maiorem partem Capituli, ex tacita & presumpta voluntate compromittentiū, quæ elicetur ex forma compromissi. nam cùm compromissum fuerit in septem, vt eligant unum ex se, censetur voluisse, quod si tres eligant unum ex se, ille admittatur. Quoties enim aliquis mandat quidpiam aliui, censetur mandasse ea omnia, sine quibus mandatum exequi non potest. *cap. 1. cap. pastoralis. cap. præterea. de officio delegat. cap. ex parte. in fine: de accusat. vbi per Henric. l. ad rem mobilem. ff. de procuratorib.* Atque conuicimus mandan- tem ea omnia quæ impedimen- to esse possent, temoq; ne impossibilitas sequatur. *l. idem Vlpiannus. §. 1. ff. de excus. tut. l. pen. §. 1. C. de necess. servis.* Cùm ergo fieri nequeat ut quatuor maiorem partem de septem facientes de seipsis aliquem eligant nisi tres elec- tionem perficiant, cùm ele- ctus vocem non habeat, nec sibi suffragium præstare pos- sit, sequitur eo casu maiorem partem

partem iudicari si tres septimum eligant : vbi verò compromissum non esset sub forma conceptum, secus esset. Atque ita distinguendum non est an via scrutinij, vel compromissi electio fiat, utrobius enim eadem ratio, correlatiuorum scilicet, ac ambitionis, locum sibi vendicat.

Non obstat deinceps l. planè. nec enim ibi probatur vocem alicuius sibi suffragium praestare, sed quod in duabus partibus connumeratur nominatus cum queritur an in nominatione duas partes vniuersitatis intercesserint, ex quibus pendet vera interpretatione cap. cum in iure. de elect. & d. cap. final. de sortileg. Probatur, Capitulum, vel eos qui vice Capituli funguntur, vnum de Capitulo eligere posse, aut vni conferre. quæ sententia probatur ex recepta regula qua traditur, aliud esse vniuersitatem, aliud singulos de vniuersitate: ideoque quod vniuersitati debetur, singulis non debetur, nec è conuerso. l. sicut. §. 1. ff. quod curiusque vniuers. Seruus quoque communis ciuitatis non singulorum pro parte intelligitur, sed vniuersitatis. l. in tantum. §. 1. ff. de rerum diuis. Libertus etiam ciuitatis non est singu-

lorum, quinimò singulos sine venia in ius vocare potest. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. Deinde vbi à populo, ciuitate vel Collegio construitur, vel dotatur Ecclesia, singulis non competit ius patronatus, sed vniuersitati. Archid. in can. si plures. 16. quest. 7. Geminian. in cap. 1. de iure patron. apud Bonif. Curt. in tract. iuris patronatus, in verbo, competens. quest. 6. Porrò vniuersitas, Collegium, societas & Capitulum sunt iura quædam quæ singulorum personas repræsentant. l. mortuo. ff. de fideiuss. & vocantur corpora. cap. nouit. de his que sunt à Pralat. gloss. in cap. cum in multis. in verbo, quidam aly. de re script. Roman. consil. 436. ciuitatem, vel Ecclesiam corpus legale appellat. Alciat. in l. ciuitas. ff. de reb. credit. Cumanus verò in l. 1. §. municipes. ff. de aquir. possess. corpus repræsentatum. Zaf. plenè in tit. quod quisque iuris. Differt ergo Capitulum à singulis de Capitulo, quia ius quoddam distinctum & separatum censetur. Quare vni de Capitulo conferre potest, quemadmodum Collegium vel corpus singulis de Collegio vel corpore hæreditatem restituere dicitur. in l. 1 §. si auem Collegium.

*ff. ad Trebell.* neque pugnat quod initio diximus, vniuersitatem possidere, delinquere & metum inferre, nam etsi propriè & verè vniuersitas nec possideat, nec delinquat, quia consensum præstare non potest. *l. 1. ff. de libert.* *vniuers. l. 1. §. municipes.* *ff. de acquir. posseſſ.* ius enim est legale quod non habet animum, quia tamen singuli quos repræsentat consentire possunt, fингitur & possidere & delinquere, vbi tamen singuli, omnes, vel maior pars consentiunt. *l. aliud. §. refertur.* *ff. de regul. iur.* *l. quod maior pars.* *ff. ad municipal.* Bart. in *l. aut facta.* *§. final.* *ff. de pœnis.* Lucas de Penna *vbi supr.*

Nec obstat quòd hæreditas, quæ est etiam ius legale, vel persona ficta, non possideat, quia animum non habet. *l. 1. §. Scuola.* *ff. si quis testament. liber iussus esse fuerit.* nam, vt scripsit Paul. Castr. hereditas ideo dicitur nō possidere, vel habere animum, quia repræsentat personam vita functam, quæ ea quæ sunt animi vel consensus in hoc seculo explicare non potest, sed vniuersitas superstites repræsentat, qui & animum & consensum habent.

Quod verò obiiciebatur de

## D V R A N T I

iure beneficiorum, facile di-  
lui potest: nam si vni de Ca-  
pitulo beneficium confe-  
rat, non ideo ille plura habe-  
bit beneficia, alterum enim  
eligit, vel priore, secundi ade-  
pta pacifica possessione, care-  
bit. ex *Clement. final. de præb.*  
nisi veniam à Summo Pontifi-  
ce plura beneficia possidendi  
habuerit.

Postrema prioris sententiae argumentatio facilè refelli potest. nam etsi collatio fiat vni de Ecclesia, nihil incommodi sequitur; qui enim ex eadem sunt Ecclesia, extra-  
neis proculdubio præferendi sunt. *can. hortamus. 61. distinct.* *l. si in Ecclesiis. C. de Episcop.* &  
*cler. cap. bone. 2. de postul. præ-  
lat.* Planè hæc opinio posterior etsi iure verior sit, prior tamen quæ ambitioni & fraudibus occurrit, quibus maximè in sacris obuiam eundum est, tutior & æquior est, eamque Senatus Tholosanus Arresto solemini probauit 23. Decembris 1555. Petro de Vicinis, & Giulielmo de Los, litigan-  
tibus.

Q V AE

## QVÆST. CXX.

Rursus utrum bona donata filii in pactis dotalibus distrahi possint ad liberandum patrem donatorem qui ob æs alienum in vincula coniectus est.

## SUMMÆ RERVM.

1. Rationes in contrarium recensentur. Distinguunt nonnulli ut num. 2.
3. Distrahi posse, ubi non existent alia bona ad illum liberandum. Dilata ut num. 4.
5. Potestas patria.
6. Explicatur lex 2. C. de partib. qui filios.

<sup>longe q.  
n. supr.</sup> IDETVR bona donata ad exoluendum <sup>ex</sup> alienum patris distrahi non posse. Primò pacta huiusmodi in gratiam matrimonij proculdubio Gallorum consuetudine recepta sunt. Masuer. in tit. de successio. & in tit. de societate. Benedict. in cap. Raynultis. in verbo, duas habens filias. de testament. adeoque efficacia sunt ut parens fidei-

commisum aliquidque grauamen filio donatario adiicere nequeat. Plenè Aufrer. ad Capell. Tholos. quest. 452. Fernand. ad cap. primum. de filiis natis ex matrim. ad morganat. contract. quod nos alibi plenius docuimus. Ergo nec æs alienum contrahendū donationi officere potest. Secundò ex I. aeris alieni. & I. cùm res. C. de donat. Tertiò ex I. si ante nupt. ff. sol. matr. Quartò ex I. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraudem cred. vbi, donatio enim bonorum videtur facta in fraudem creditorum. quibus verbis innuitur, creditores agere nō posse aduersus donatarium. Quintò donata hæreditate, vel vendita, vendor hæreditatis vel donatarius non conueniuntur à creditoribus hæreditatiis. I. 2. C. de partib. I. 2. C. de hered. vel actio. vendit. I. hereditatem. ff. de donat. Sextò ex I. si quis à liberis. §. parens. ff. de liber. agnosc. vbi, si filius parentem naturali ratione alere debeat, etiam tamen æs alienum exoluere cogendus non est. Septimò si licet ob eam causam bona donata filio intuitu matrimonij alienare, variæ erunt huiusmodi donationes, parentes cùm si poeniteant quo liberos fraudent æs alienum contrahent, ut postea carceri mancipati

cipati bona distrahere possint. hanc sententiam probasse vi-  
dentur Guid. Pap. quest. 105.  
Cap. Tholof. quest. 386. De-  
cius consil. 137. Aufrer. Arre-  
sto 12.

2. Quidam t̄ distinguunt an debita ex causa necessaria pa-  
rens contraxerit, an verò pro-  
digè epulis, ludis & muneri-  
bus pecunias profundendo,  
ut priore casu bona distrahi  
possint argum. l. peto. §. præ-  
diūm. ff. de legat. 2. Posteriore  
verò minimè: delinquens e-  
nīm priuilegium sibi à lege  
indultum amittit. l. sed si ex  
parte. §. quanquam. ff. quod cum  
eo. l. relegatorum. §. final. de in-  
terd. & releg. Neque lex bene-  
ficio afficit quos odio prose-  
quitur. l. Lucius. §. Lucius Ti-  
tius. ff. de legat. 2. quaratione  
communi calculo receptum  
est restitutiōni & fideicom-  
misso obnoxia alienari non  
posse ad redimendum hære-  
dem. Ludou. Roman. in l Mar-  
cellus. §. res que. ff. ad Trebell.  
Salicet. & Castrēns. in Authent.  
res que. C. communia de legat.  
Bald. in Authent. contrà rogatus.  
C. ad Trebell.

3. At verius t̄ est bona dona-  
ta, vbi alia non extant ad li-  
berandum è custodia paren-  
tem, ex quacumque causa car-  
ceri inancipatus sit, distrahi

posse. Primiò ex Auth. si captiu. C. de episcop. & cleric. §. si unum  
de predictis. Nouell. 115. ut cùm  
de appellat. cognosc. vbi liberi  
qui captiuum parentem redu-  
cere nolunt, nedum exhærc-  
dari possunt, sed & lege eis  
denegatur successio, etiamsi  
scripti fuerunt hæredes. quæ  
constitutio et si abrogata sit  
quoad confiscactionem, in gra-  
tiam Ecclesie. Rebuff. in  
proæmio ordinat. gloss. 5. quoad  
cætera recepta est.

Bona donata ad redem-  
ptionem & liberationem pa-  
rentis capti insinui possunt,  
ob cāmque causam alienari.  
Secundò bona quæ restitu-  
tioni subiacent, alienari pos-  
sunt ad liberandum filium  
qui ex delicto damnatus in  
carcerem coniectus erat. Ful-  
gos. in d. Auth. res que quem  
lason sequitur. Alexand. in l.  
Marcellus §. res que. ff. ad Tre-  
bellian. argum. gloss. in can. sa-  
crorum. 12. quest. 2. Nam ex  
causa quam testator non con-  
siderauit voluntas eius immu-  
tari potest. l. utilitatem. & l. in  
confirmando. ff. de confirm. tut.  
Accedit quod vbi parens filio  
substituit, excluditur substitu-  
tus si filius liberos habeat,  
coniectura pietatis, ne videa-  
tur testator prætulisse extra-  
neum alienæ foboli. l. cùm annex.  
ff. de

*ff. de cond. & demonstr. l. cām acutissimi. C. de fideic.*

Ita in hac specie ex coniectura pietatis defuncti excludi videtur substitutus si filius propter æs alienum vel delictum captus sit, saltem ut bona alienari possint, verisimile enim est testatorem concessisse si cogitasset id enenturum, cum nullus sit amor, qui vincat paternum. *l. fin. C. de curat. furios. l. isti quidem. ff. de eo quod met. caus. l. tale patrum. §. fin. ff. de pacl. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth.*

Præterea regulariter iura quæ loquuntur de captiuorum redēptione, locum habent in his qui ob maleficium detinentur. Boër. *in consuet.* Bisturic. tit. *de iurisdict.* §. 12. gloss. *fin. argum. §. fin. Nonnull.* *vt cum de appellat. cognosc.*

4. Cum t̄ ergo restitutiōni obnoxia ab altero profecta alienari ob eam causam possunt in perniciē eius cui ex alterius liberalitate quæsita sūt, facilis multo alienari possunt bona quæ ex donantis largitate procedunt, cum ipse eo potiatur priuilegio, vt non nisi in quantum facere potest conueniat. *l. sunt qui. ff. de re indic.* etiamsi ex causa dōtis vel donationis propter nuptias cōueniat. *l. si extraneus.*

*l. pen. ff. de iure dōtiū. Tertiō ex l. quamuis. & l. sed et si ideo. ff. solut. matrim. vbi dos restitui potest mulieri constante matrimonio ex iusta causa, puta ut parentes ab hostibus redimat, iusta enim & honesta causa est. Præterea in d. l. sed si ideo, marito reputatur quod ex dote expendit mulier quo ex vinculis vindicet aliquem de necessariis. Quo argumento receptum est licere vxori rem dotalē alienare sine solemnibus pro redēptione suorum, ac præsertim mariti. Ludouic. Roman. plenē consil. 316.*

Filius itē alienare prohibitus sine authoritate patris potest alienare ad parentem ē carcere liberandum. Baldus consil. 2 13. Chass. *in consuetud.* Burgund. tit. *de's droict's apert.* à gens mariés. §. 1. Quartō vallis amittit fundum si dominum clusum carcere non liberauit. cap. 1. *qua sit prima causa benef. amittend. conf. Neapol. 3. tit. 19.*

Consideranda est t̄ patris s. potestas, cuius tanta est authoritas, vt liceat patri vbi virget necessitas filios distrahere. *l. 2. C. de patribus qui filios distraxer.* quæ est Constantini, multo magis licebit bona filij alienare.

Verum huic argum. occurri posset, hodie enim distrahendi liberos abrogata est potestas. Rebuff. *in proarmio ordinat.* gloss. 5. num. 6. non tamen ea ratione qua ipse mouetur, quod Gallorum liberi à potestate parētum eximantur. quod falsum esse docuimus in commentariis *ad l. 1.* C. *de sacros.* Eccles. Sed quia distrahendi liberos homines apud nos potestas omnisque seruitutis species antiquata sit, essetque hodie ratio qua filios sanguinolentos licebat distrahere, sunt enim apud nos Christianos ptochotrophia, brephotrophia, orphantrophia, quibus infantes egeni ali possunt, hoc loco obiter obseruandum est quosdam legere *in d. l. 2.* *sanguinolentus*, quam lectionem sequuntur Accurs. Alber. & alij antiquiores; ex recentioribus verò Conanus *lib. 2. cap. 13.* Couarruias *lib. 3. resolut.* cap. 14. quasi pater qui filium distrahit sanguinolentus dicitur. alij legunt *sanguinolentos*. Alciat. *lib. 2. de verbis signific.* Tiraquell. *lib. 1. de retract.* §. 26. gloss. 1. numer. 14. Bald. *in Constantino,* & *ad l. XII. Tabular.* eaque lectio suadetur. Primò ex rubr. *de infantibus exposit.* *lib. Et servis, Et de*

*his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt. lib. 8. C. Iustinian.* Item *in C. Theodosi.* extat titulus, *de his qui sanguinolentos emptos nutriendos acceperunt,* sub quo eadem Constantini constitutio exarata est; sanguinolenti verò liberi dicuntur recenter nati, & quasi à matre rubentes. quod & Tiraq. ex Iuuenale admonuit. quare ea lex locum dumtaxat obtinet in infantibus recenter natis. Neque enim eadem est ratio quæ in liberis grandioribus, quos nec licebat distrahere, iuuare enim operis suis parentem possunt ad pellendam famem: impuberis enim aliquæ operæ esse possunt. *I. ceterum. de rei vēd. l. si infantis. de usufruct.* At quia sanguinolentorū nomine & liberris & patribus cōsuleret Constantinus, ne vtrique fame contabescerent, tolerabile iudicant filium ali apud emptorem, & dominum & patrem pretium inde aliquid unde se alat recipere; tenues enim erant tunc Ecclesiæ opes, nec dum ptochotrophia & brephotrophia instituta. Aliquot deinde annis Constantinus ipse humaniori ratione prospexit filiis sanguinolentis legge lata, quæ in C. Theodosiano extat *lib. 11.* cuius initium est

est, *Ereis tabulis*, qua publicis sumptibus ali sobolem, quam pro paupertate educare parentis non potest, ad eamque rem & fiscum & rem priuatam indiscreta præbere obsequia, discrètè constituit. Sextò Regi licet collectam imperare quoties ab hostibus captus est, quo inde se redimere posse, ut plurimis probauimus ad l. placet. *C. de sacro sanct. Ecdes.* ergo & patri idem licebit, patris enim in filios Regum est imperium. Aristotel. lib. 8. *Ethicorum.* Septimò hic addi possunt quæ de necessitatibus vi, necnon de pietate filiorum erga parentes à filiis a-lendis & tedi-mendis, varij au-tores prodiderunt, quæ item in hanc sententiam congessit Fabius Quintilian. *declamat.* 5. *pro patre contra filium.* quibus ratioñibus nedum hæc firmatur opinio, sed & prioris opinionis argumenta di-luuntur. Itaque cùm de hac quæstione pluribus verbis differuisse, Senatus Tholo-fanus ex tempore decreuit die 1. Martij 1580. bona quæ Isalguerius contemplatione matrimonij filio primo dona-uerat, euictione publicè distrahi, quo ex pretio ære alieno exoluto parentis è carcere liberaretur. *Chopinus lib. 3.*

*de sacra politia. tit. 8. & Cha-rundas lib. 3. solenni Arresto Lutetia decretum referunt, bona materna impuberum li-berorum distrahi, quo pre-tium in parentis captivi ob æs alienum redemptionem con-uerteretur, die 2. Aprilis 1571. Atque ita, ait ille, humano-rum casuum miseratio cum pietatis intuitu scriptas Cæsa-rum constitutiones supera-uit.*

## Q V Æ S T. C X X I .

*Vtrum nepos ex filio de resti-tuendo grauatus satisdare cogatur, vel fructus imputare in Trebellianicam, et iam si primum locum te-neat.*

## S V M M Æ R E R V M .

1. *Nepotem cogi satisdare, ex opinione vulgi. Contrariam vide num. 2.*
3. *Iustum quid.*
4. *Nepotem non imputare fru-citus in Trebellianicam.*

**V**lgo † creditur 1. nepotem cogi sa-tisdare, ac fructus in Trebellianicam imputare.

imputare. *I. iubemus.* §. fin. C. ad Trebellian. ibi, non alterius quam in his personis & casibus, quorum mentio facta est, oportere produci. Cum ergo superius Imperator solum de filiis verba fecisset, ad nepotes beneficium illius legis produci non debet. Secundò in plenisque juris partibus non semper æquè fauetur nepoti, etiam si primum locum obtineat, ac filio. nam filius institui non potest sub conditione casuali, vel mixta, nepos vero potest sub ea conditione institui, eritque efficax testamentum. gloss. in *I. 3.* §. si sub ea. in verbo, sed etiè nepos. ff. de bon. possess. contra tabul. Fulgos. & Alex. in *I. si pater.* C. de institut. Imol. in *I. fin.* ff. de condit. instit. Præterea olim necessum erat filios nominatim exhaeredare, nepotes vero sufficiebat inter ceteros exhaeredes facere. Tertiò laudari solet glossa in *d. I. iubemus.* in verbo, hereditaris, in fine. & § final. in verbo, personis. quæ nepotes illius legis beneficio potiri negat.

2. Ego tamen existimo, nepotes si primum gradum obtineant satisfactionis onere liberari, nec fructus imputari.

Mquiet me primò quod nepos qui iura suorum nactus est, & quem nemo antecedit,

potiatur omnibus filiorum commodis & ornamenti; ideoque institui debet æquè ac testatoris filius. *I. Gallus.* ff. de liber. & posth. §. posthumorum. de exhaered. liber. *I. posthumorum.* ff. de iniust. rupt. ibi, sicut ipsum filium, vel heredem instituere, vel exhaeredare nominatum debeo.

Nepos item in successione aui succedit quoad omnia in locum patris, eiusque personam refert ac repræsentat. §. cum filius. de hered. ab inteff. venient. in Institut. Proinde simul cum patruo succedit, quod & in fideicommissis obtinet. *I. cum ita legatur.* §. in fideicommisso. ff. de legat. 2. vbi gloss. Alexand. consil. 88. vol. 1.

<sup>1</sup> Denique receptum est in dispositione legis filiorum appellatione nepotes contineri, in his præsertim, quæ in gratiam & fauorem filiorum constituta sunt. Bartol. in *I. liborum.* ff. de verb. signif. Bald. in *I. in suis.* ff. de liber. & posth. Decius consil. 187. Alex. consil. 9. vol. 1. & consil. 27. vol. 3. arg. *I. si filius.* ff. ad Maced. *I. senatus.* ff. de ritu nupt. *I. Lucius.* ff. de hered. instit. *I. 2.* §. si mater. ff. ad Tertull. & Iust. ff. de verbor. signif. vbi, iustum interpretor plenam & propriam significationem. Iustum tamen dicitur quod perfectum <sup>3.</sup>

perfectum & numeris omnibus absolutum est. *Budæus in l. 3 ff. pro socio.* Idque maximè vbi nulla extat discriminis ratio, ut in nostra specie, neque enim illa ratio considerari potest quare filius non satisdet, vel fructus non imputet, quæ locum non habeat in ipso nepote, qui iura suorum adeptus est.

Itaque solenni ritu iudicatum fuit à Senatu Tholosano die..

4. Aprilis 1585. nepotem † qui primum locum tenet non computare fructus in Trebelianicam.

Quæ verò obiciuntur, facile dilui possunt. Quod ad primum pertinet, fateor *l. iubemus*, non protrahi nisi ad eas personas, quarum antea mentio facta fuerat: at cum filiorum lex meminisset, sequitur nepotes comprehendendi, quod & Iason animaduertit *in d. l. si pater. ante num. 17.* semper enim nepotes iure & commodo filiorum fruuntur, patre eorum præmortuo, illiusque locum supplent. *l. 2. §. non solum. ff. de excus. tutor.* Itaque substitutio facta filio protrahitur ad nepotes patre vita functo ante conditionis euenum, *Alex. consil. 9. vol. 1. De cius consil. 95. Paris. consil. 14. vol. 3.*

Quod, verò ad secundum spectat, iā probauimus aquilia esse iura nepotis, quem nemo præcedit, ac filij. Neque verum est nepotem institui posse sub conditione casuali, vel mixta, ut pluribus probat Ias. post gloss. Bart. Cyhum, Castrensi, & Saliceri *in d. l. si pater.* quod verò de exhereditatione adfertur à Fulgos. retorqueri potest; nouo enim iure nepos nominatim exhereditari deberet. *d. l. post humorum. & d. §. posthumorum.* glossæ verò authoritas, ut alibi monui, probabilis est, non necessaria. quibus existimo *l. iubemus*, quæ filios excipit, nepotibus quoque, qui iura suorum nati sunt, consuluisse, eosque eodem quo filios beneficio frui.

## Q V Æ S T . C X X I I .

*Utrum bona quæ sunt de domino Principis, præscribi possint tanto tempore quod hominis memoriam exce- dant.*

## S U M M A R E R V M .

1. *Quanto tempore præscribi*  
BBB *possint*

*possint bona domany.*

2. *Præscriptio centorum annorum.*
3. *Pedagia & salinaria.*
4. *Consuetudo hominum memoria vetustior.*
5. *Præscriptio aduersus Ecclesiam.*
6. *Præscriptio in censu, tributo & aliis quæ reseruata sunt Principi.*
7. *Auctoris in hac questione distinctio.*
8. *Lex, in omnib. ff. de diuers. & temp. diluitur.*
9. *Ea que sunt iuri publici non posse prescribi, nec usucapi; & nam. 11.*
10. *Res sacras nec alienari, nec prescribi posse.*
11. *Regem non posse alienare ea que sunt de domino, & patrimonio publico.*
13. *Possessio rei domanialis.*
14. *Præscriptio aduersus Ecclesiam Romanam.*

I. **V**IDE TVR + ea bona præscribi posse centum annis, aut saltē co tempore, cuius initij non extat memoria. Primò aduersus Ecclesiam Romanam præscriptio centum annorum utilis est. Nouell. ut Eccles. Roman. centum annor. Anth. quas actio-nes. C. de sacrosanct. Eccles. cap. cum nob̄. cap. ad audientiam de

*præscript. can. nemo. 16. quest. 3.*

Ergo & aduersus Imperato-rem vel Regem. argum. l. final.

C. de sacrosanct. Eccles. gloss. in in §. ut autem. Nouell. de non alienand. Ang. in l. cūm pridem.

C. communia de usucap. & in l. sicut. C. de præscript. 30. vel 40.

annor. Alexand. consil. 84. in causa vertente inter Came-ram volum. 1. Secundò vbi à lege usucatio, vel præscriptio

vetita est, censetur nihilominus centum annorum præscriptio excepta, illa enim + præscriptio numquam exclu-sa intelligitur. Nouell. ut de ce-tero non siant commutat. vbi

gloss. in verbo, præscriptione. Bald. & Angel. in l. 1. C. ne rei

domini. vel templor. & in l. o-mnes. C. de præscript. 30. vel 40. ann. plenè Alexand. in l. ne-

mo potest. ff. de legat. 1. Felin. in rubr. de præscript. Doctor. paſſim in consiliis. Tertiò pugnat cap.

super quibusdam. §. præterea. de verbor significat. vbi + peda-

gia & salinaria quæ proculdu-bio sunt de regalibus, præscri- buntur eo tempore, de quo

non extat memoria. Quartò consuetudo + quæ memoria hominum vetustior est, & quā

nemo viuentium meminit in-stitutam, inducit priuilegium, habetque vim tituli. l. hoc

iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua

quotid.

3.

hominum vetustior est, & quā

nemo viuentium meminit in-

stitutam, inducit priuilegium,

habetque vim tituli. l. hoc

4.

quotid. & astiu. l. i. & l. in summa. ff. de aqua pluviali ar-  
5. rend. Quintò in † perniciem Ecclesiæ præscribitur sine ti-  
tulo, etiam si ius commune aduersetur, & iuris præsum-  
ptio pugnet aduersùs præscri-  
bentem tanto tempore, cuius  
initij non extat memoria. cap.  
i. de præscript. apud Bonif. er-  
go & aduersùs Principem, et si  
ius communè obstat. Postremò etiam in his, quæ ad sa-  
crum domanium pertinet, ve-  
titæ est dumtaxat longi tem-  
poris præscriptio. l. si qua loca.  
de fundis & saltib. rei dominice.  
l. fin. C. ne rei domin. vel templor.  
Ergo longioris temporis præ-  
scriptio noui censetur exclusa  
in hac quæstione.

6. Doctores † vulgo distin-  
guunt ut in censu, tributo &  
aliis quæ Principi reseruata  
sunt, in signum & notam su-  
premæ potestatis & vniuersa-  
lis domini præscriptio nulla  
locum habeat. arg. l. competit.  
C. de præscript. 30. vel 40. annor.  
cap. cum non liceat. de præscript.  
gloss. in can. volumus 16. quest.  
4. cap. cum inter. de consuet. vbi  
gloss. & Doctor. Iaf. in l. impe-  
rium. ff. de iurisd. omnium iud.  
Panorm. in cap. ad audientiam.  
cod. tit. Fulgos. conf. 166. Cu-  
man. conf 149 Ea verò quæ  
Principi competit in monu-

mentum & vestigium alicu-  
ius priuilegij, vel iuris singu-  
laris, puta legitimare spurious,  
facere tabelliones, exigere pe-  
dagia, & similia, præscribun-  
tur sciente Principe, tanto  
tempore; de quo non extat  
hominum memoria. d. cap. su-  
per quibusdam. Innoc. in cap.  
cum P. tabellio. de fide instr. Bar-  
tol. in l. si publicanus. §. fin. ff. de  
public. & in l. i. §. fin. ff. de aqua  
pluvia arcend. Pan. in cap. cum  
contingat. de foro compet.

Cæterum ea quæ Princeps  
iure communi possidet, aut  
sunt incorporata, aut solùm  
fisco delata, & nunciata: sanè  
si incorporata sint, sola cen-  
tum annorum currit præscri-  
ptio contra Principem qui fi-  
scum habet. argum. l. fin. C. de  
sacros. Eccles. ea enim centum  
annorum præscriptio semper  
excepta censetur, ut iam dixi;  
si verò dumtaxat delata sint,  
& publicata, præscribitur con-  
tra fiscum quinque annis. l. 2.  
C. de vectig. l. 2. vbi Bart. C. de  
apost. Roman. sing. 358. Bart.  
in l. commissa. ff. de public. Alex.  
conf. 31. vol. 5. plenè Bart. in  
in l. omnibus. ff. de divers. &  
tempor. præscript. Pan. in cap. cum  
nobis. de præscript.

Ego † verò in hac quæstio-  
ne aliter distinguendum iudi-  
co, nam aut querimus de his

quæ sunt publici patrimonij, aut priuati : quæ enim sunt priuati patrimonij, sicut alienari possunt, ita & prescribi. arg. *l. fin. C. de rebus alien. non alienand.* Verum existimo & hodie prescribi quadraginta annis dumtaxat. *l. iubemus. C. de fund. patrim. l. fin. de fundis rei priuat.* Porro eas leges intelligendas de patrimonio priuato suadet quod, alioquin patrimonia ciuitatum ampliori beneficio fruerentur, ea enim non nisi centum annis prescribuntur. *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* Accedit quod res Ecclesiarum non prescribantur nisi quadraginta annis. *Auth. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. cap. de quarta. cap. ad au- res. de prescript.* Idem ergo in rebus fisci statuendum est, receptum est enim argumentum de fisco ad Ecclesiast. argum. *l. final. C. de sacrosanct. Eccles. §. summus. vbi gloss. Nouell. de non alienand. aut permut. can. quid ergo. vbi gloss. 23. quaest. 4. gloss. & Panorm. in cap. auditio. de in integr. refut. gloss. in l. si procurator. §. fix ff. de iure fisci.*

8. Neque obstat t. *l. in omnibus. ff. de divers. & tempor. pre- script.* ea enim lex loquitur in casibus, in quibus minori tempore contra priuatum prescri-

bebatur. nam si de fisco agatur, non minori tempore 20. annorum prescribitur in perniciem fisci. quod & Cuman. in d. *l. in omnibus, in fine, adnotauit.*

Ea vero quæ sunt t. iuris & patrimonij publici, nullo tempore prescribuntur. Primum ex Nouella Iustiniani 22. apud Julianum, *de officio Proconsulis Capadocie.* ibi, *Proconsul Capadoce vindicare debet direpta vel usurpata à quibusdam Tamiaca predia, nulla ei temporali prescrip- tione opponenda, temporis enim prolixitas publica non nocet.* vbi Scholastes innominatus Tamiaca explicat fiscalia, rursum enim ararium, vel fiscus, inde res fisci Tamiae appellantur, rubr. *de pred. tamiae. libr. 11. C.*

Rursus idem Scholastes ait locum illum utilissimum, & eo innouari omnia quæ dicuntur, contra fisicum in prescriptione, generaliter enim dicitur prolixitatem temporis fisco non nocere. Huic Nouellæ addi potest Basili. Porphyrogenetæ constitutio lib. 1. *turis Orient.* ibi, neque etiam ipsum fisicum ullo temporis exclaudi interhallo. Eodem pertinet *l. 1. C. ne rei domin. vel templor.* ibi, *omni temporis definitione summota. l. fin. de fund. latro- noph.*

iroph. lib. 11.

10. Secundò res fū sacrae neque alienari, neque ullo tempore præscribi possunt; in nullius cūpī bonis sunt, neque ullius esse possunt, nisi mutata condicione. *I. in tantum. §. sacra. ff. de rerum diuisio.* Domahiū autem sacrum dicitur. *d. l. si quæ loca. ibi, sacrum domanium, sacrum patrimonium.* *l. i. C. de in-*  
*dic. l. final. C. de vectig. Nouel-*  
*la, ut omnes obed. iud. prouine.*  
*§. abripiat sacratissimum era-*  
*nium. Nouell. ut in priuat. do-*  
*mib.*

11. Tertiò quæ sunt fū publici juris in vsu publico neque diſtrahi, neque usucapi possunt, *I. pacta. §. fin. ff. de contrahend.*  
*empt. l. viam publicam. ff. de via*  
*public. l. usucaptionem. ff. de usu-*  
*cap.* Domaniū verò est pu-  
 blici iuri, nam & Romulus  
 cū agros & patrimonia par-  
 turetur, exēmit prius quantum  
 in ministerium factorum &  
 templorum sufficeret, & quā-  
 dam partē quæ esset iuri publici: ea autem pars domaniū  
 erat. Dionysius Hal-  
 car. lib. 2. Est item domaniū  
 in vsu publico: domaniū enim  
 reditus publicis necessitatibus  
 deputantur. *l. fin. de prius-*  
*leg. domus August.* & ad pu-  
 blicas necessitates subleuan-  
 das. *§. publicorum. Nouell. de-*

*mandat. Princip. §. 1. Nouell. de*  
*collater. l. fin. de exact. tribut.*  
*quod alias pluribus docui.*  
*Quare cū domaniū sit*  
*publici iuris, atque ad usum*  
*publicum, & publicas necessi-*  
*tates iuuandas, ac ne popula-*  
*res tributis aliisque oneribus*  
*opprimantur. Diodor. Sicul.*  
*lib. 2. rerum antiquar.* Conse-  
 quens est nullo tempore pos-  
 se præscribi.

Quartò fū Rex potest aliena-  
 re ea quæ sunt de domanio &  
 patrimonio publico, ut alibi  
 plenissimè docui: ergo ea præ-  
 scribi nequeunt, ne potior &  
 amplior sit potestas officia-  
 lium, quam ipsius Regis, ipsi-  
 que aperta fraude, vel gratia,  
 aut connivētia & dissimu-  
 latione domaniū transfe-  
 rant, quod Princeps ipse con-  
 trahendo amittere non po-  
 rest.

Postremò Reges statim vbi  
 insigniā adepti sunt, rescripta  
 edunt, quibus iudicibus om-  
 nibus mandatur alienationes  
 omnes domaniū reuocare, bo-  
 naque alienata retrahere, &  
 reunire. quæ quidem manda-  
 ta promulgari & in actis præ-  
 scribi consueuerunt, quibus  
 quidem rescriptis Reges satis  
 supérque protestantur aliena-  
 tionibus antecessorum aut et-  
 iam ipsorum minimè consen-  
 tire.

tire. *l. honores. §. fin. ff. de decurio.*  
*ibi, si contrariam voluntatem vel*  
*apud acta praesidis, vel apud i-*  
*psum ordinem, vel quo alio modo*  
*contestatus sit.* His verò reuoca-

tionibus ac promulgationi-  
bus præscriptionem interrum-  
pi non dubium est.

13. Deinde t̄ possessio rei do-  
manialis furtiuā & vitiōsa di-  
citur. *l. ubi lex. §. fin. ff. de usu-*  
*cap.* Furtiuaque nominatum  
dicitur in consuetudinibus  
Normaniæ. Hispaniorum le-  
gibus emptor bonorum fiscalium  
prodictionis crimen in-  
currit. Laurent. Valla *lib. 3. hi-*  
*stor. Ferdinandi.* hinc, ait ille,  
Aragonenses rerum fiscalium  
possessorem appellant tradi-  
torem; Catalani verò barram.  
Res enim furtiuæ nullo tem-  
pore præscribuntur.
14. Non obstat primò quòd t̄  
aduersus Romanam Eccle-  
siam præscribatur centum  
annis, diuersa enim est causa  
Ecclesiæ ac Principis, Ponti-  
fex enim Romanus res Eccle-  
siæ alienare potest Itaque cum  
titulo aduersus Ecclesiam  
Romanam præscribitur cen-  
tum annis, exigitur enim ti-  
tulus. *cap. si diligenter, ad finem.*  
*de prescript.* Bellamera *in cap.*  
*cum nobis. de prescript.* & *confil.*  
3. At Rex nullo modo aliena-  
re potest ea quæ sunt regi do-

manij; quare titulus interce-  
dere non potest.

Eodemque modo dilui  
potest secunda ratiocinatio,  
quòd semper excepta videa-  
tur præscriptio centum anno-  
rum, hoc enim obtinet in his,  
in quibus titulus intercede-  
re potest, vel quæ aliquo alie-  
nationis titulo transferri pos-  
sunt; at domanium nullo ti-  
tulo alienari potest. Occurri-  
tur etiam pariter *l. hoc iure. §.*  
*ductus aquæ.* Præscriptio enim  
tanti temporis quod homi-  
num memoriam excedit, vim  
habet tituli, aut priuilegiij, ad  
domanium nullo titulo vel  
priuilegio coniuncti. Potest ergo  
nec ea præscriptione, quæ  
non est potentior titulo, vel  
priuilegio.

Quod verò pertinet ad *cap.*  
*super quibusdā. §. præterea.* ideo  
præscriptio pedagiorum, cu-  
ius initium egreditur memo-  
riam hominum, efficax est,  
quia concessione & titulo ac-  
quiri possunt pedagia & guida-  
gia. *l. 3. §. fin. C. noua vectig.*  
at domanium concedi non  
potest, neque aliquo titulo  
transferri. Amplius constitu-  
tio illa Innocentij non sequi-  
tur de pedagiis, seu guidagiis  
fiscalibus, quæ sunt de Regis  
domnio, ea enim iura nullo  
tempore præscribuntur in  
perniciem

perniciem Regis. argum. *I.* comperit. *C. de prescript.* 30. vel 40. annor: de his pedagiis, quæ Comes Tholofanus exegeras à subditis tanto tempore , cuius initij nulla extabat memoria , eorum enim prescriptio in perniciem subditorum non inutilis est. Porrò ad interpretationem illius cap. *super quibusdam*, obseruandum est quod inter cetera quæ à Milone Legato Comiti Tholofano precepta fuerant, quæ apud me nondum impressa extant, hoc preceptum exaratum legitur. *Item præcipio ut pedagiorum , seu guidagiorum exactiones tam in terra , quam in aquis penitus dimittas , nisi quæ Regum vel Imperatorum concessione probaueris te habere , nec dimissa pedagia , vel guidagia , deinceps resumas. Item præcipio ut salinas ubique habeas dimittas , nec alicubi de cetero instituas , vel impedias liberum transitum tam in terris , quam in aquis.* Tandem de articulis præceptorū à Milone Legato dubitatione suborta cum Comes Tholofanus ab Innocent. Papa declarationem postulasset, rescripsit Pontifex ea pedagia, vel guidagia interdicta , quæ non apparent vel Regum, vel Imperatorum, vel Lateranensis Concilij largitione concep-

fa, aut tempore, cuius non memoria introducta, ea quæ excepit Pontifex. quod minimè intelligendum est de his pedagiis quæ ad Principem pertinebant, sed de his quæ tanto tempore quæsita fuerant in perniciem subditorum , nec enim Concilium Lateranense iura Regi vel Imperatori quæsita adimere poterat , vel in alium transferre.

Non obstat insuper cap. 1. *de prescript. apud Bonifac.* nam in decimis , quemadmodum & in pedagiis, titulus intercedere potest , concessio enim decimarum vetita non est. *cap. prohibemus. cap. quamvis. de decimis.*

Postremò argumentum non cocludit, loca quæ ad sacrum domanium pertinēt, nō amittuntur præscriptione longi temporis: ergo longioritempore præscribuntur ; quibus rationibus cum Episcopus Biterensis aduersus Regem iurisdictionē ciuitatis Biterensis persequentem , exceptionem præscriptionis trecentorum annorum proponeret, ex tempore Præside D. Durantie ea exceptione summotus fuit 30. Ianuarij 1584.

## QVÆST. CXXIII.

*Vtrum hæres conuentionalis, ut vulgò dicitur, hæreditatem adeundo absque protestatione, vel inuenta-rij confectione, fideicommisso obligetur, & vtrum filius donatarius fideicommisso grauari possit testamento à patre.*

## S V M M Æ R E R V M.

1. *Grauatum deducere posse quod donatum sibi prius fuerat. contrarium numer. 2.*
3. *An parens filium onerare fideicommisso posset, quem prius pæctis dotalibus scripsit heredem.*

**S**ATIS supérque superiori quæstione probauimus, filium, cui pæctis dotalibus hæreditas, vel eius portio, donata est, non posse fideicommisso onerari: at si purè hæreditatem adierit, non facto inuentario, & absque aliqua protestatione, an fideicommissum teneat quæstionis est.

Porrò nonnullis placuit † 1. grauatum et si pure aduerit, deducere posse id quod sibi prius donatum fuerat: nam et si hæres non faciendo inuentarium legataris & creditoribus tencatur, neque in perniciem eorum quod sibi à testatore debebatur, deducere possit. l. final. §. in computatione. C. de iure deliber. Nihilo minus aduersus fideicommissarium vniuersalem deductiōnem eius, quod sibi à testatore debetur, facere potest. ex sententia Paul. Castr. in l. ab omnibus. §. fin. ff. de legatis 1. vbi scripsit plures Doctores in eo errasse. Idem Paulus Castr. in l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. ff. ad Trebell. & in d. §. in computatione. & consil. 164. & consil. 209. Alexand. in d. §. si ex Trebelliano. Angel. consil. 63. quaque ratione in nostra specie Senatus Tholosanus in causa domini de castro Maurando contra dominum de Lenis iudicauit, Antonium de Lenis à patre Philippo institutum detrahere potuisse bona sibi pæctis dotalibus donata, et si porrò hæreditatem Philippi admisisset, referente Antonio Duranto Senatore numquam satis laudato, qui eadem ratione, iisdemque authoritatibus eam sententiam probauit.

Verū

Verum et si apud me magna quidem sit eius authoritas, cum ob singularem integritatem, tum ob perfectam conditionem: † hac tamen in parte eius sententia adhærere non possum.

Mouet me primum *l. sicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pinguis, vel hypoth. soluit. vbi, qui alium de re sua testari patitur, sibi ipsi officit.* Iason plenè in *l. si quando. §. generaliter. C. de inoffic. testament.* Nec reprobare potest quod semel approbavit. *l. Pomponius. ff. de negot. gestis. quinimò qui relictum agnoscit, & onus ei in iunctum agnoscere cogitur. gloss. in l. Titia. §. qui in vita. ff. de legat. 2.* Denide pro regula traditum est hæredem adeundo sine inuentario non solum creditoribus, sed etiam legatariis in solidum obligari, neque sua debita in eorum perniciem detrahere posse. *l. Stichum. § aditio. ff. de solut. l si debitori. C. de pact. d. §. in computatione. & § si verò postquam.* Cum ergo legatario deuinctus sit, diuersitatis ratio nulla afferri potest, quin & fideicommissario vniuersali teneatur, nec aduersus eum detrahere possit bona donata: quemadmodum & contra legatarios. Nam ea quæ à Paulo

Castr. tradita sunt, infirma nungatoriaque sunt, siquidem hæres iure ff. non magis fiduci-commissario, quam legatariis tenebatur, & legatarius ultra vires minimè obstrictus erat. *l. i. §. si is qui quadringenta ff. ad Trebell.* Quare cum ratione legatariorum id immutatum fuerit, ut si inuentarium non fecerit hæres, in solidum legatarius teneatur, nec possit deducere quod sibi debetur. Idem quoque in commodum fideicommissariorum iudicandum est.

Præterea cum hæresteneatur non facto inuentario legatariis ultra vires, multo magis & fideicommissario, cui maior illata est iniuria, magisque à testatore dilectus censeatur, cum ei magis relictum fuerit. Neque refragatur quod fideicommissum ex hæreditate percipiatur, & ex eo quod superest, deducto ære alieno, quia hæres non facto inuentario tenetur omnibus in solidum hæreditariis actionibus. *d. l. final. §. sin autem. & per consequens fideicommissio; onus enim est hæreditarium.* Præterea purè adeundo sit actionum confusio. *d. l. si debitori. & d. §. in computatione. si de fideicommisso queratur. nam ex §. si verò postquam. d. l. fin.*

**C C c** hæres.

hæres qui non facit inuentarium tenetur omnimodo, & expendenda sunt hæc verba, omnimodo. cùm enim omnimodo hæres intelligatur, substitutionem à defuncto adiecitam in dubium reuocare non poterit. vulg. *l. cùm à matre. C. de rei vendicat.* Hanc sententiam probauerunt Imol. in d. §. si ex Trebelliano. & Ludou. Roman. consil. 276. atque ita Senatus Tholosanus censuit pro Francisco de Garand, contra Ioannem de Garand.

Cæterum in dubium reuo-  
3. cari solet, an † parens qui filium pactis dotalibus scripsit hæredem, eum postea testamento fideicommisso onera-re possit. Et visum est plerisque parenti id minimè dene-gandum. Primiò ex *l. 3. ff. de seruis exportand.* ibi, si tamen is qui vendidit in eadem volunta-te perseneret. cuius legis argumen-to tradidit Bart. in *l. qui Rome. §. Flanii. ff. de verbor. oblig.* pactum quo fundus ali-cui donatur ut post certum tempus Ecclesiæ quadratur, reuocari posse. Secundò ex *l. fin. §. filia. ff. de legat. 2.* vbi filia grauari potest in dote quatenus dos legitimam excedit. Pari ergo, aut maiori ratione grauari poterit in donatione facta in pactis dotalibus. Ter-

## D V R A N T I

tiò ex *l. sequens questio ff. de le-gat. 2.* ibi, planè nominatim ma-ritus uxoris fidei committere po-test, ut etiam ea restituat. Pleraque alia in eam partem dispu-tationis gratia adferri possent, sed hæc sunt grauiora.

Ex aduerso verò pugnat *l. perfecta. C. de donatio. que sub modo.* vbi perfecta dona-tio conditions postea non caput. Secundò *l. si ad resolu-endum. C. de prad. & aliis re-bus minor. l. item Labeo. §. sed si purè. ff. famil. hercif. l. quæsitum. ff. de seruis export.* ibi enim pa-ctum quo ius alteri acquiri-tur reuocari non potest. *l. fin. ff. de pactis.* Quare cùm filio nascituro pacto ius quæsitum sit. *l. quotiens. C. de donat. que sub modo.* testamento postea ius illud minui non poterit. Tertiò facit *l. cùm maritus. ff. de pactis dotalibus. l. si constante. C. de donat. ante nupt.* Quartò ex *l. 3. §. si rem. ff. de legat. 3.* vbi rem quæ debetur ex stipulatu eam legando fidei committe-re non potest, et si legatarius ex legato commodum conse-qui videatur. Quintò ex *l. pa-ter filium. ff. ad l. Falcid.* ibi, vt-i-que enim in alieno are habuit fundum, quippe cum necessitate obstrictus, &c. Sextò ex *l. vnum ex familia. §. si de Falctdia. ff. de legat. 2.* ibi, non cuim facultas necessarie

necessarie electionis, &c. Eaque posterior opinio placuit Ioanni Fabro in l. 1. c. si mancip. ita veneat. Aufr. in addit. ad quest. Cap. Tholos. 451. & Senatui Tholosano s̄pissimè.

Non obstat primò l. 3. ff. de seruis export. pactum enim ibi in gratiam vendentis adiectum fuerat, ut notat ibi Albertic. & facile reuocari potuit. L. non unquam. ff. de collat. bon. Vel lex 3. cum his quæ à Bart. tradita sunt in d. §. Flavium. intelligenda est quoties in gratiam alterius pactum contrahitur, nemine pro eo acceptante: at si Notarius stipulatus sit absentis nomine, ea conuentio reuocari non poterit. Bald. in l. cùm à socero. C. de iure dot. Aret. consil. 74. ab Alexandr. consil. 107. volum. 4. Corneus consil. 68. vol. 3. Decius consil. 239. Deinde huic sententia minimè refragatur l. fin. §. filie. Primum enim ex sententia Martini ibi filia fuerat hæres instituta cum fratribus: grauari ergo potuit etiam in dote. argum. l. Titia. §. qui inuita. ff. de legat. 2. l. et si cùm dotem. §. si pater. ff. solut. matrimon. res enim hæredis propria legari potest. §. si rem delegat. cum similibus. Præterea & secundò dote à patre constituta, actio ad eam repetendam communis est

patris ac filiæ. l. 2. §. quod si in patris. ff. solut. matrimonio. moriente verò patre actio consolidatur in filiam. l. 1. §. videamus. C. de rei vxor. actio. Quare filia videtur mortis causa dotem capere, eoque nomine fideicommissum vallet, etiamsi filia non fuerit hæres instituta. ex sententia Bald. & Imolare in d. §. filie. argum. l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebell. Postremò probabile est, in specie illius §. filie, patrem dotali cautione dotem sibi stipulatum, quam stipulationem in gratiam hæredum mutari & reuocari proculdubio iubere potuit, quod hæc verba, mutes, & renoues, satis indicant. Porrò l. sequens questio, facile refellitur, ibi enim quærebatur de donatione inter coniuges, quæ initio inutilis est, & morte demum confirmatur. l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor. cum vulgat. Hinc ante mortem reuocari omnino potuit, multo magis marito sicut vxoris fidei committere bona donata restituere. Itaque Bernardo de Monteacuto & Ioanna de Ornesano domina de Birone litigantibus, placuit Senatui 15. Februarij 1567. bona quæ donata fuerant partis dotalibus anno 155. minimè ob-

stringi fideicommisso, Seuerinus Donator scripsit 1528.

## Q V A E S T . C X X I V .

*Vtrum substitutio compendiosa à pagano facta verbis communibus, sine expressa temporis distributione, matre superstite sit intra pubertatem directa pupillaris, an vero omni tempore fideicommissaria.*

## S V M M A E R E R V M .

1. *Intra pubertatis annos substitutionem pupillarem esse etiam superstite matre.*
2. *Impugnatur Bartolus; & num. 3.*
4. *L. precibus. C. de inofficiis. don. occurritur.*
5. *Conclusio leg. Centurio. ff. de vulg. cum l. precibus.*

**C**ONCLVNI calculo receptum est substitutionem compendiosam verbis communibus à pagano factam intra pubertatem valere iure directo, post pubertatem vero iure fideicommissi: at extante matre,

an etiam ante puberes annos mortuo filio sit fideicommissaria in gratiā matris, <sup>ingens</sup> est contouersia. Gloss. in §. qua

*ratione. de pupill. substitut. cre-*

*didit* <sup>†</sup> intra pubertatis annos

*substitutionem pupillarem es-*

*se etiā superstite matre; glos-*

*sam hanc sequuntur Gulielm.*

*de Cunio, Fulg. Salicet. Paul.*

*Castr. & alij quidam in l. pre-*

*cibus. C. de inoffic. donat. Angel.*

*Imol. & Arctin. Alexand. Lan-*

*franc. de Oriano, Ripa & So-*

*cini. iunior in l. centurio. ff. de*

*vulgar. Ant. de Butrio, Card.*

*Florent. Panormit. Imol. &*

*Crotus in cap. Raynuttus. de te-*

*stament. Paul. de Castro in l. ex*

*tribus. C. de inoffic. testam. Ol-*

*dead. conf. 125. Alex. conf. 12.*

*vol. 3. & conf. 51. vol. 7. Arctin.*

*conf. 154. Benedict. in cap. Ray-*

*nuttus. in tract. compendios. num.*

*27. Alciat. lib. 10 parerg. cap. 9.*

*Socin. rumor conf. 124. parte*

*prima. Roland. à Valle conf.*

*69. parte 1. & alij innumeri.*

*Mouentur primò ex l. precibus.*

*C. de impuber. vbi etiam, an-*

*nuente Bartolo, substitutionis*

*facta fuerat verbo communi à*

*militi, nihilominus in perni-*

*cieni matris intra pubertatem*

*valet iure pupillaris substitutionis, neq; satisfacit Bartoli &*

*solutio, quod ibi agatur de mi-*

*lite, qui poterat directò sub-*

*stituere,*

stituere, etiam post pubertatem; unde satis est quod in gratiam matris substitutio obliqua efficiatur post pubertatem. nam infra pubertatis tempora miles vtitur iure communi. *in d. l. precibus.* eaque substitutio pupillaris est de iure communi, non ex priuilegio. *l. centurio. ff. de vulgar.*

3. Ahis etiam modis † hanc Bartoli solutionem impugnant Alexand. & Arct. *in d. l. centurio.*

4. Verum huic *l. precibus*, facile occurri potest, in specie siquidem illius legis non communibus verbis, sed directis testator miles usus fuerat: nam eti verbum *substituo*, communne sit, substitutionem tamen ibi factam verbis directis, verba illius legis euincunt, maximè, secundum heredem scripsisse, heredis enim nomen mete directum cunlike est. *l. verbis. ff. de vulgar. l. his verbis. ff. de hered. instit.* Deinde nisi substitutionem factam verbis directis fingamus, non plenè respondisset cōsultationi Imperator, nec enim respondisset quando substitutio facta fuisset per verba directa, & per consequens manca & mutilla esset superioris decisio, accusandisque esset Imperator eodem crimine quo milic-

rem arguit. Præterea eadem verborum conceptione, qua pupillaris compendiosa facta fuerat, pupillaris vero fit verbis directis. *l. 1. ff. de vulgar.* Ergo & compendiosa. argum. *l. 4. ff. de vulgar.* Denique nisi directis verbis facta fuisset substitutio, nullum versaretur ibi militis priuilegium, frustraque patris militis mentio fieret. nam etiam in pagano substitutio facta verbis communibus efficax est iure fidei-commissi post pubertatem neque pugnat quod si verbis directis facta fuisset substitutio, valeret iure directo, etiam post pubertatem. *l. centurio. ff. de vulgar.*

Qualiter autem eadem lex conciliari possit cum *d. l. precibus*, variæ à nostris dissolutiones afferuntur. Mihi † probabilior videtur Benedict. de Plumbino sententia, quam uterque Decius, Alciatus & nonnulli alij sequuntur, vt quoties ad certam ætatem verbis directis fit substitutio, usque ad eam ætatem semper directa sit. *d. l. centurio. ibi, intra quartum & viceustum annum etatis.* quæ verba otiosè adiecta non sunt. quod si ad certum tempus restricta non sit, sed quandocunque post mortem filij collata post puberta-

tem, iure fideicommissi valeat. quæ interpretatio disertis vtriusque legis verbis nititur. Iuuatur etiam quod et si miles post pubertatem possit directò substituere. *l. miles ita ff. de testam. milit.* non tamen id videatur voluisse, sed potius perpetuò dum viuit prohibeatur de rebus paternis disponere. Quod si prohibitio facta fuerit ad certam ætatem, id facilius admittitur quasi in gratiam filij, cui minus industrioso pater consulere voluerit, & substitutionem pupillarem usque ad eam ætatem protrahere; forte enim parens de moribus & iudicio filij suspicabatur, filiumque non fore idoneum ad disponendum de bonis suis, usque ad eam ætatem. argum. *l. filius matrem. C. de inoffic. testam. l. multi non nota. ff. de liber. & postib. l. Titio centum, in princip. ff. de condit. & demonstrat. l. urdeamus. §. cum Polydus. ff. de usur. l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de legat.* 2. Addo quod certi & determinati temporis potentior sit virtus quam indefiniti. *l. si cui legetur. §. hoc antem. ff. de legat.* 1. hinc in simili filius, cui à patre vetita est simpliciter alienatio, potest nihilominus usque ad legitimam alienare, de ea enim a-

mnis dilatio, omneque grauamen reicitur. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam.* Quod si usque ad certam ætatem alienandi prohibitio facta fuerit, intra illud tempus alienare etiam usque ad legitimam non poterit. *Castrens. consil. 234. Thomas Ferracantel. 35. Aret. consil. 10.*

His tamen aduersari videatur quod mater etiam per directam militarem non restrictam excludi debeat, sicut per eam quæ fit ad certum tempus, quia omnis directa substitutione excludit matrem, quod pluribus recentiores probant *in d. l. centurio.*

Verum illud non obtinet in directa militari non restricta, neque enim miles intellectum habet verborum directorum. argum. *l. fin. C. de iure deliber. in princip. quæ ratio cessat, ait Ripa, in d. l. centurio, quoties miles substituit usque ad certam ætatem, lex enim coniicit militem protrahere voluisse pupillarem usque ad certam ætatem, quo mater excludatur.*

Nec obstat quod si per pupillarem coniicimus militem excludere voluisse matrem à legitima, multo magis videatur per directam militarem à bonis suis matrem arcere voluisse.

luisse. Nam diuersa ratio aliud suadet, in pupillari enim agitur de filij fauore, in directa militati post pubertatem nedum de matris odio, sed & ipsius filij, per directam enim militarem filius post pubertatem grauatur in legitima, grauatur item ne de suis bonis disponere possit.

Secundò mouentur Interpretes ex cap. si pater de testamento. apud Bonifac. ubi etiam matre superstite substitutione compendiosa intra pubertatem intelligitur directa pupillaris, cui constitutioni variis modis occurritur. Probabilius est ibi agi de substitutione verbis directis, non communibus concepta. quod variis argumentis probari potest. Primùm ex Guidone Papæ ad d.l. precibus. In d.cap. si pater, proculdubio pauperes directis verbis substituti hæredes sunt. ibi, Christi pauperes instituendo heredes. nam & verbum *instituo*, & hæredis nomen merè directa sunt, ut iam diximus. Quod si quis dixerit tertium gradum substitutionis conceptum fuisse verbis directis, superiores verò gradus verbis communibus, replicat & appositi Guid. Papæ quod substitutio pauperum facta per verba mercè di-

recta interpretatur voluntatem testatoris priorésque substitutiones pariter directas fuisse: nam & quæ sequuntur superiora declarant. l. si seruus plurium. §. fin. & l. qui filiabus. ff. de legatis 1. Deinde vtramque substitutionem eiusdem iuris esse in ea specie, verba illa præmissa, namque substitutiones factæ de filio ad filiam, & e contra, & de illis ad pauperes, aperte indicant. Præterea tertius gradus substitutionis directo valere non posset, prout voluit testator, nisi primum & secundum directas interpretetur, cum à fideicommissario non possit directò relinqui. Item absonum esset in eadem dispositione quæ coniunctim facta est, priores gradus communes, posteriores verò directos, cum prius substituti magis dilecti censeantur. l. Publius. ff. de condit. & demonstrat. Amplius in eo cap. substitutionem factam verbis directis suadent ea verba, moriantur ei. nam etsi moriantur, verbum sit commune, reiecto verborum ciuilium & non ciuilium vano discrimine. Ang. & Ias. in d. L. centurio. Panorm. Card. & Imol. in cap. Raynuttius. de testament. Franc. in d. cap. si pater. tamen ad directam substitutionem, propter vocem

cem *eidem filio*, & postea, *filiæ*. quæ verba eum sensum habent, ut ad utilitatem filij & filiæ, filio & filiæ succedatur, atque ita ea verba vim substitutionis directè indicant. Addo quòd ea verba ad filium & ad filiam expressim referuntur: quare substituti directò censentur. Nam fideicommissarius non hæredi, sed testatori succedit. *l. cohæredi. §. cùm filia. ff. de vulgar.* Adeò autem directa est substitutione, quoties ad institutum refertur. puta si dictum fuerit, *Titius sit hæres filio meo*, ut eo casu Bald. & Castrensi. *ad d.l. precibus.* quos pluribus sequitur *Lanfrāc. de Oriano ad l. centurio. ff. de vulg.* substitutionem directam numquam obliquā fieri, sed potius evanescere crediderunt, neque his aduersatur quòd Pontifex in eo cap. verba fuisse communia innuat, cùm in eo casu pro directa accipi dicat. quia verbis & personis substitutione illa congruebat, & quia in dubio substitutionem directam potius quam obliquam interpretari conueniat. Quòd si verba fuissent directa simpliciter, decisio illius cap. ipsa verborum vi, non verò interpretatione niteretur. Nā dubium ibi versabatur non quidem an verba essent directe

cta, posterior enim substitutio, qua mater excluditur, proculdubio verbis directis concepta fuerat. Verùm an substitutione esset directa pupillaris, quæ facta fuerat sub ea conditione, si sine liberis, quæ ad fideicommissariam refertur, nec posse eam intelligi pupillarem, cùm pupillus liberos suscipere nequeat. quo argumento gloss. *in d. l. precibus,* scripsit eam substitutionem omni tempore fideicommissariam. At Pontifex eam directam pupillarē interpretatur, vel, ut ait Ripa *in d.l. centurio. num. 115.* compendiosa facta per verba directa potest dici dubia, ratione voluntatis, quæ videtur fuisse quòd habeat locum omni tempore, etiā post pubertatem, quo tempore nō potest valere nisi vt fideicommissaria. *d.l. verbis civilibus.* ergo videbatur fideicommissaria intra pubertatem, ne fieret diuisio voluntatis. Contrarium tamen ibi statuitur, quia tunc institutio conuenit verbis & personis.

Postremò etsi quoad filium & filiam substitutione fuisse facta verbis communibus, non agitur ibi de ea substitutione, verūm de ea quæ in gratiam pauperum facta fuerat, quam verbis directis factam

Etiam omnes consentiunt. Item considerandum est in eo cap. fratrem sorori substitutum, & econtra. hæ verò personæ filiorum magis dilecta sunt testatori, quam ipsa mater. Bart. *in d. l. centurio. & in l. 2. ff. de vulgar. argum. l. Lucius. ff. de vulgar. ad finem.* Rursus in eo capite substituta fuerat pia causa, quæ magis etiam dilecta est testatori, quam vxor ipsius, anima enim cunctis rebus præferenda est. Itaque in gratiam pœx causæ substitutione censetur directa quo bona omnia patris & filiorū ad pauperes peruenient. *l. cùm dotem. ff. ad l. Falcid.* Crot. *in d. cap. Raynuttius* Neque solum hac in parte, sed & in plenisque iuris articulis magis pœx cause, quam matri fauetur.

Tertiò hanc sententiā iuuat quodd amplius fauendum sit filio, quam matri. Bart. *in d.l. centurio. & in d.l.2. ff. de vulgar.* At utlius est filio substitutionem esse pupillarem, quam fideicommissariam. *l. 2. ff. de vulgar. l. ex tribus. C. de inoffic. testament. ergo, &c.* At hæ ratiocinatio corruit ex *l. fin. C. de institut. & substitut.* Præterea utlius est nedum matri, sed & filio, substitutionem esse fideicommissariam. nam etsi intra pubertatis annos filius

nequeat de suis bonis disponere, legitima tamen, nec non Trebellianica ei acquiruntur, in quibus filius proximiores habebit heredes. Denique nullus fauor filij versatur in excludenda matre, quam verisimile est filium excludere nolle, si maior esset. argum. *l. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testament.* Neque obstat, si substitutio sit omni tempore fideicommissaria, sequeretur matre præmortua substitutum nō posse succedere ex pupillari, quod videtur contra mentem testatoris. *d. l. fin.* nam matre superstitiæ, erit fideicommissaria, matre verò vita fundata, erit pupillaris. Neque nouum est ex causa substitutionem directam protrahi ad fideicommissariam. *d. cap. si pater.* causa verò cessante erit directa. Pariter *in d. l. fin.* superstite matre non continetur tacita pupillaris sub vulgari; matre extinta continetur pupillaris sub vulgari, & substitutus amittitur.

Econtrario substitutionem compendiosam verbis communib[us] sine distributione temporum à pagano factam omni tempore fideicommissariam, asseruerunt *Accurs. in d. l. precibus. & in d. l. centurio.*

vbi Bart. Bald. *in d. l. precibus.*  
*C. de impub. & in l. iam hoc iure.*  
*ff. de vulgar. & consil. 175. volum. 3.*  
*Oldrād. consil. 79. & 99.*  
*vbi Bologn. Aret. consil. 145.*  
*Corneus consil. 93. volum. 3.*  
Decius, qui plures huius sententiae authores laudat, *in d. l. precibus.* & *consil. 371.* Matth.  
de Affict. *decis. 367.* Eaque opinio iuuatur primò quòd nullo iure null'ave ratione contraria opinio nitatur, ut iam probauit. Secundò pro hac sententia laudari possunt rationes quibus mouentur Doctores, qui tuentur eam partem quòd substitutio compendiosa facta à pagano verbis communibus sine distributione temporum est omni tempore fideicōmissaria. quæ sententia multo magis obtinet quoties mater superstes est. Tertiò iuuatur haec sententia *l. qui duos. §. 1. ff. de rebus dubiis.* vbi in gratiam matris, & perniciem agnitorum, lex conicit patrem præmortuum.

Huic legi occurri potest primò quòd in specie illius legis nulla erant verba testatoris, quibus mater excluderetur: at in quæstione nostra verba testantis, quæ pupillarem complectantur, matrem excludunt. Amplius *d. l. qui*

*duos. in §. fin.* videtur iuitare priorem sententiam: ibi enim quoties de filio impubere quæstio vertitur, conicit lex patrem superuxisse. Tertiò quòd hic queratur de dispositione hominis, ibi de dispositione legis & intestati causa. Verūm hæc refelli possunt. Quod ad primum pertinet, negamus verbis in quæstione nostra matrem excludi. arg. *l. fin. C. de instit.* Deinde fauor matris officit, ut ibi qui vocantur expressim à lege excludantur, multo magis superstes mater excludet eos qui à lege tacitè vocantur. Planè secundum dilui potest, ut distinctio impuberis à pubere et si locum habeat, ne dum quando pater cum filio moritur, sed etiam quoties mater cum filio perit. *l. cum pubere. & l. seq. ff. de reb. dub.* Ea tamen locum non habet quoties pater superstes est vbi de matris casu agitur, vel vbi mater superstes est quoties pater perit. *d. l. qui duos. §. cum in bello.* distinctio enim postea adiecta interpretanda est non superstite matre. nam extante matre duæ coniecturæ concurrant. Primò quòd ascensio cecidisse prior censetur, altera pendet à matris fauore. Sanè frustà & inaniter. Iuris consul

consultus in §. fin. de pubere, respondisset si uam in §. cum in bello, idem dixisset. ne ergo vana sit postea adiecta distinctione; interpretadus est §. cum in bello, generaliter si impubes sit filius, quoties mater superstes est. Quod vero ad tertium spectat nedum ubi agitur de successione quae à lege deferrur, sed etiam de ea quae ab homine, prior ille deceasisse conuicitur, qui matrem excluderet. eaque conjectura locum habet in perniciem eius qui expressum vocatus est à testatore matre superstite, in gratiam eius l. enim qui nouissimus. ff. ad Trebellian.

Postremò mouet me quodcum hæc sententia fauorabilis sit matru, quam lex ob luctum, l. fin. C. de inst. & substit. partus dolores & pericula, singulari studio prosequitur, Nouell. 162. fauorabilis sit etiam filio: nam etsi directa pupillaris filii fauorem continere videatur. l. ex tribus. C. de inoffic. testament. fauorabilis tamen est etiam filio, quia proculdubio matrē substituto præferret; non enim minus debetur hereditas liberorum parentibus, quam parentum liberis. d. l. nam etsi parentibus.

Itaque cum super hac questione in hoc Senatu nostro

varia & aduersa extarent Senatus præiudicia, tandem Senatus ex tempore, me Præside, hanc posteriorem sententiam probauit, Bertrando Causse, & Joanna Castellana litigantibus, dic 16. Maij 1583.

## Q V A E S T . C X X V.

*De lupanaribus & meretricibus resipiscientibus.*

## S V M M A R E R V M.

1. Authoritates & rationes pro lupanaribus.
2. Eorum tributa & redditus.
3. Lupanariū author Diabolus.
4. Lupanaria sublata apud Hebreos.
5. D. Ludivicus Galliarum Rex lustra interdixerat.
6. Iussit Theodosius Imper. lupanaria dirui.
7. Cap. inter opera. de sponsalib. diluitur. & l. ancillarum. de pet. hered. num. 8.
9. Heliodorus Imp. lupanaria domi amicis, clientibus & servis exhibuerat.
10. Solonem Veneri templum dicasse, & instituisse lupanaria.
11. Lupanaria Tholose sublata, & abolita.

12. *Pænitentie locus meretricibus resipiscientibus constitutus.*

**A**LA & impia con-  
suetudine in plenis  
que orbis nostri locis  
lupanaria liberè exercentur;  
1. quam tamen consuetudinem nonnulli & autoritate & ratione probare nituntur: autoritate Summi Pōtificis, *in cap. inter opera. de spons.* ibi, *publicas meretrices ex lupanariis.* D. etiam Ambros. *lib. 2. de virginibus*, *circa princ.* videtur non improbare lupanaria. Vl-  
pianus item *in l. ancillarum. ff.* *de petit. hæred.* lupanaria in multis honestorum virorum prædiis exerceri scripsit. Rationem eam prætendūt quod ea lupanarium tolerātia multa grauioraque mala vitari videantur, authore in politicis Aristotele. quod D. August. *lib. 2. de ordine. cap. 4.* agnoscerre videtur, his verbis: *Ausfer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus.* D. Thomas 2. 2. *quest. 10. art. 11.* alibi idem Thomas *lib. 4. de regimine Princeps. cap. 14.* Ex eodem Augustino id facit: *In mundo meretrix, quod in nani sentina, in palatio cloaca; tolle hæc, & illa factore replebis.* Eadem ratione cum Alexander Séuerus con-

stituisset exoletos, vetare rebatur, ne prohibens publicum dedecus in priuatam cupiditatem conuerteret, cùm homines illicita magis poscat, prohibitaque furore persequantur. Lamprid. in Alex. Accedit vulgata regula, *Ex duobus malis minus eligendum.* can. nerui 13. distinct. can. hac ratio 32. quest. 1. can. considera. 22. quest. 1. can. si quod verius. 23. quest. 2. 1. si procurator rei ff. de doli except. 1. quoties nihil ff. de regul. iuris. Sapientisque est legislatoris primores transgressiones permittere quo maiores vitentur. D. Thomas 1. 2. quest. 101. artic. 3. Rursus non solum lupanaria antiquitus permittebantur, sed etiam t tributa & redditus ex 2 lupanariis. inde Lamprid. in Alexandr. lenonum vesticgal & macreticum & exoletorum in sacrum ærarium inferri vetuit, sed sumptibus publicis ad instaurationem theatti, circi & amphitheatri deputavit. Scripsit Sozomen. Constantinum tributum illud turpissimum, quod *χριστον* dicebatur, ab his qui palam & impunè scortati velfent in lustris & lupanariis exegisse. Tholosæ aliquot seculis lupanaria nedum permissa, sed & Senatus approbante singulæ

gulæ lenæ singulis diebus tributi nomine decem denarios exoluere cogebantur. quod quidem tributum Capitolini locabant; conductor verò quo amplius lucrum consequeretur, plures adlicebat ad meretriciam disciplinam. quanto enim erant plura quæstaria mancipia, tanto tributum il- lud impurum augescebat.

Ego verò hanc nefariam consuetudinem, quæ errore impiaque fraude in quibusdam clarioribus vrbibus irreperserat, penitus euellendam, & lupanaria vbique funditus euerienda iudico, idque argumentis ac rationibus confirmabo: deinde contrafia refutabo.

Primo fornicatio simplex peccatum est. D. Thomas 2.2. quest. 154. artic. 2. & 3.4. sentent. distinet. 32. quest. 1. artic. 3. & in summa contra Gentiles lib. 3. cap. 127. Anton. Florent. 2. parte, tit. 5. cap. 2. Ioannes de Turre-Cremata in can. meretrices 32. quest. 4. quod & variis locis D. Augustini aliorumque Patrum confirmari potest. D. August. in quest. super Exodum cap. 71. & Deuter. cap. 37. & ferm. 243. qui est 2. in Dominica 22. post Trinitatem. D. Chrysost. & Theophylact. In epist. Pauli 1. ad Thessalon. cap.

4. ibi, Abstineatis à fornicatione Tertull de pudicit. Laft. Firm lib. 6. cap. 23. Alphons. de Castro lib. 4. hæresi 1. in verb. costus. gloss in cap. ad nostram. de heret. ergo impunè licet non debet meretricari, vel loca, in quibus meretrices fornicandi causa diuersantur, tolerate.

Secundò collegia quibus sceleris causa aliqui coent, proculdubio vetantur. l. 1. & l. collegia. ff. de colleg. illicitis. lupanaria verò collegia sunt meretricum & lenonum sceleris causa, popularium & publicarum libidinum consistencia; & propria in publico occisæ honestatis. Tertull. de cultu fæminar. & lib. de pallio. in quibus Deus perpetuò blasphematur, quo nihil perniciens. omne enim peccatum, ait gloss. Isiae 18. si cum peccato blasphemix conferatur, leuius est. Cædes etiam indignissimæ in singulos dies fiunt, adolescentum mores corrumpuntur, occasio demique & imitatio delinquendi præbentur, quare non iniuria efficit Firmian. lib. 6. Inst. cap. 2 f. scipit diabolus + 3 lupanarium autorem extitisse.

Tertiò Hebrai + meretrices meretriciamque vitâ ne-

que scirebat, neque patiebantur. Deuter. 23. Non erit meretrix de filiis Israel, nec scortator de filiis Israel. quo loco meretrices esse, & ad eas accedere prohibetur, ait D. August. can. meretrices 32. quæst. 4. quod planius & apertius testatur Philo lib. de Ioseph. his verbis: Bonis moribus & legibus utimur nos Hebraeorum posteri, alia gentes puberibus qua[u]ordecim annum egressa perquittunt usum scortorum, & fæminarum corpora queatum facientium, apud nostrates nulla est meretrix, capitali supplicio proposito talem queatum excentibus, &c. & alibi de specialibus legibus: Præterea scortum lex eicit de republica, & honestate, pudore, sobrietate, & ceteris virtutibus vacuum, & replens viros faminasse, &c. Clemens etiam Alexander mulieres communes & prostratae pudicitiae non fuisse admissas apud Iudeos lib. 3. aromatum, scriptum reliquit.

Sanè in hodiernum usque diem Iudei, mercabiles meretrices & meretricium facere non patiuntur, summa Christianoru[m] ignominia, quorum filiabus scortari licet, Iudeorū vero non licet: Iudeorū enim filiæ ante meretriciam non posseunt, quam per Ba-

ptismū factæ sint Christiforo[rum] & filiæ. non sic antiquiores Christiani, qui, ut Tertull. in lib. ad Martyres, testatur, habidinum publicarum loca abhorreban[t]. Quare piè & religiosè † D. Ludouieus Gal- liarum Rex lege in conuentu Lutetiae habitu domos & Iu- stra ad explendam Ibibinem interdixit. Gaguinus in eius vi- ta. extatque in eam rem eius constitutio.

Longè antea † Theodosius 6. lupanaria, quæ sifra tum voca- bantur, dirui & cuerti iusse- rat. Socrat. lib. 5. cap. 18. Nice- phor. lib. 12. cap. 22. Neque his aduersatur cap. inter opera. non enim ibi † lupanaria proban- 7. tur, verùm hi qui mulieres de lupanaribus, quæ de facto exercebantur, extrahunt, laudantur, modò accedant ea quæ in can. 1. 32. quæst. 1. Lo- cūs verò D. Ambrosij non modò non oppugnat nostram sententiam, verùm eam con- firmat. Cæterū † l. ancilla- 8. rum. ff. de petit. bæred. interprete Bonifacio de Vitalinis, in Clement. 1. de vita & honest. cleric. loquitur de lupanaribus priuatis, non publicis, vel, eodem Bonifac. authore in Clement. 1. de celebrat. Missar. lupanaria exercebantur de facto, non de iure. Addo quod ea

ea lex sit Vlpiani Iurisconsulti: at aliae sunt leges Cæsariæ, aliae sunt leges Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus præcepit. Apud illos in viris pudicitia frena laxantur, & solo stupro & adulterio condemnato passim per lupanaria libido permittitur. hac D. Hieronymus in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum. D. item August. lib. 14. cap. 18. scortorum usum per ciuitatem terrenā licitum fuisse, non verò ciuitatem Dei, scripsit. & alibi, de infidelibus loquens lib. 2. de ciuitat. Dei, cap. 20. Abundent publica scorta, vel propter omnes quibus frui placuerit, vel propter eos qui priuata habere non possunt. Legimus † Heliogabalum Imperatorem impiissimum lupanaria domi amicis, clientibus & seruis exhibuisse. Lamprid. in Heliogabalo. Solonem † item Veleri Paridem templum ex prostitutarum capturis dedicasse, & lupanaria instituisse, immunitate meretricibus concessa. Cœlius Rhodiginus lib. 8. lectione. antiqu. cap. 4. At lege Dei, non legibus Solonis, vel seculi viimus. cap. filius. de testam.

Non obstat deinde quod è duobus malis minus sit eligendum; & multa tolerantur, quia grauiora mala viten-

tur. Id enim obtinet quoties ita: vrgemur ut alterum ex duobus malis excendum sit. tan. 1. dist. 13. Tum enim maius malum effugiendum, certissimam cautionibus. Card. Alexand. can. omnis lex. dist. 2. Non video, ait Petrarcha lib. 5. rerum secularium. tunc minus malum proculabio malum sit, qualiter mali electio laudanda sit. Itaque rectius dici potest mafora mala maiori studio vitanda, et si vitari cuncta non possint, minora facilius toleranda, non electione, sed patientia, & quaminitate & modestia. At non tanta nos premit necessitas, ut vel lupanaria indulgeamus, vel in Sodominæ aut raptus & incestus vitia & peccata incidamus, sublatis apud Iudeos tot seculis lupanaribus; non ideo libidinibus omnia confusa fuerunt. utrumque sanè vitari potest, magistratum assiduitate atque solertia. Videmus enim honestas & bene moratas ciuitates, in quibus nulla remanent lupanarium vestigia. Porro quod de tributo ex lupanaribus dictum fuit, ad Principes Christianos referri non potest, falsoque Socinus fecissimum illud vestigal Constantino piissimo Imperatori ascripsit. Nicephor. lib. 16. cap.

16. cap. 41. Euagius lib. 3. cap. 39. & sequent. Et sanè ex lupanari tributa exigere nihil sordens, vel imputius cogitari potest. Iustinus in *Apologet. pro Christian.* Iouianus Pontinus in lib. de liberalit. cap. de ratione accipiend. Quinimò ipsis etiam prophanis huiusmodi tributa in honestè lucra dicuntur. Hermogen. in l. si possessor. ff. de petit. hered. vbi Alber. de Rosate, consuetudines percipiendi lucra ex lupanaribus detestatur.

<sup>11.</sup> Fuit tempus, nostra hac patrum nostrorum memoria, quo lupanar palam & publicè in hac clarissima ciuitate exercebatur: at † tandem D. M. D. decreto publico abolidum, abrogatum & funditus cuersum est: adeò ut nec loci vestigia vlla super sint.

Porro meretrices quæ resipiscunt, & ad meliorem mentem redeunt, ad continentia vota admittantur. Legimus Iustinianum ac Theodoram eius coniugem monasterium magnificentissimum futurum habitaculum seu gymnasium mulieribus, quas priores vita pœnitenter constituisse; huc

<sup>2.</sup> verò † fœminarum conuentum *metarauer*, hoc est, pœnitentiam, seu animi conuer-

sionem, congruenter appellaſſe, multóque pecuniarum reditu hoc monasterium ditasſe. Procop. libr. i. de ædific. Iustiniani. Eodem consilio aliquanto pōst Theophylus Imperator, quo in loco meretricium duierorum fuerat, monasterium condidit, authore Zonara.

Pius secundus Pontifex epistola quadam, qua Vicennam urbeſ describit, testatur in ea urbe cœnobium D. Hieronymo dicatum, in quo mulieres resipiscentes die nocturne hymnos decantabant lingua Theutonica. Pœnitentium fœminarum mentio fit in Concil. Tolet. I V. cap. 54. Rex Gallorum D. Ludouicus mulieribus pœnitentibus, quas filias Dei appellabat, monasterium Lutetiae assignauit. Gaguinus in eius vita, quod deinde Ludouicus XII. ampliavit. Robertus Arboricensis in tract. de tuendo cœlibatu, tomo 2.

## QVÆST. CXXVI.

*De secundis nuptiis.*

S V M M Æ R E R V M.

I. In pœnissimis secundarum nuptiis

*rum quid spectandum  
veniat. Declaratur exem-  
plus.*

I. **N**pœnis + secunda-  
rum nuptiarum, siue  
agamus de lucris, siue  
de reuocādis his quæ in frau-  
dem liberorum primi matrimonij  
donata sunt vitrico, vel no-  
uercae, tempus mortis burubi  
semp̄ spectandum est, vt in-  
telligere possumus an pœnæ  
secundarum nuptiarum lo-  
cum habeant. *§. quia vero de  
nuptiis, in Nouellis. & ex euen-  
tu iudicandum an pœnæ lo-  
cum habeant.* Verbi gratia,  
coniux qui quæve ad secunda  
vota conuolauit, lucra nuptia-  
lia reseruare debet liberis  
prioris matrimonij, nec ea  
alienare potest. *l. generaliter. C.  
de secund. nuptiis.* Si tamen  
tempore mortis binubi non  
superfuerint liberi, alienatio te-  
ner. Itaque in pendentī est, &  
ex euentu iudicamus an va-  
leat alienatio, & an locus sit  
constitutioni pœnali ut gra-  
tiam liberorum. *l. famina. §. l.  
cod. Nou. 2. & Nou. 22. & ibi  
Cinacius, de nuptiis.*

Idem obseruatur in iudi-  
cando an coniux qui quæve  
ad secunda vota conuolauit,  
plus reliquerit secundo coniu-  
gi quam vni ex liberis. Nam,

vt id intelligi possit, spectare  
debemus in primis valorem  
patrimonij existentis tempo-  
re mortis binubi: vt licet pa-  
ctorum tempore fraus fiat, ta-  
men si mortis tempore ex fa-  
cultatibus superuentibus  
non fraudentur liberi prioris  
matrimonij, locus non sit *l.  
hac editali. C. de secundis.* Et  
contrà, licet tempore pacto-  
rum fraus nulla facta sit libe-  
ris prioris matrimonij, si ta-  
men ita facultates tempore  
binubi diminutæ sint, vt frau-  
dentur liberi, locus sit pœnæ *l.  
hac editali.*

Similiter si mulier secun-  
dò nubens donet marito o-  
mnia bona, ita vt de eo dis-  
ponat in favorem liberorum  
descendentium ex illo ma-  
trimonio, & maritus præmo-  
tiatur, valet donatio, quia tē-  
pore mortis mulieris non sunt  
fraudati liberi, nihil enim do-  
natum est in gratiam mariti,  
sed liberorum.

Præterea si mulier mari-  
to donaret partem bonorum,  
vel omnia bona, in easum  
quo mulier prior decederet,  
& maritus prior decedat, non  
sit fraus legi. Demique id to-  
tum ex euentu iudicatur.



QVÆST. CXXVII.  
& vltima.

*De cognitione spirituali, quam non tantum Latini agnouerunt, sed & Graeci.*

S Y M M A E R E V M.

1. *Cognitionem spiritalem & Latinos agnouisse, & Graecos.*
2. *Quid nominis sit apud Graecos.*
3. *Inter quem contrahatur istiusmodi cognatio.*
4. *Nuptiae prohibite que hodie permitta, num. 5.*
6. *Cognatio spiritualis hodie restricta.*

1.  *O G N A T I O N E M † spiritalem non tantum Latini agnouerunt, sed & Graeci: nam in can. 53. sextæ Synodi Constantinopolitane, quæ habita est in Palatio magno, siue Basilica, quæ vocabatur *Trullus*, hæc cognatio vocatur † *οἰκεῖτης κατὰ πνεῦμα*. Contrahitur † verò cognatio spiritualis inter eum, qui aliquem suscipit ex lauacro sacramenti Baptismi, & eum, qui suscipitur, id est, inter susceptorem, & susceptum. Sus-*
2. *tio* vocatur † *οἰκεῖτης κατὰ πνεῦμα*.
3. *πνεῦμα*. Contrahitur † verò cognatio spiritualis inter eum, qui aliquem suscipit ex lauacro sacramenti Baptismi, & eum, qui suscipitur, id est, inter susceptorem, & susceptum. Sus-

D V R A N T I

ceptus enim susceptave susceptori est filij filiæve loco, & retrò susceptor suscepto patris loco. can. 1. 30. quest. 3. l. si quis alumnam, in fin. C. de nupt. quæ unica lex est in iure ciuitati de cognitione spirituali, quæ contrahitur inter susceptorem & susceptum. Est, ut dixi, susceptus susceptori filij loco, filij scilicet adoptiui loco, quem & *εἰσοδιτον ταῦτα*, id est, *adoptuum filium*, appellari inuenio apud Suidam in verbo *ἔγειρισθαι*.

Et ideo susceptor, qui & *ἀράδοξος* dicitur, & sponsor, *λεπράριν*, † ducere in matrimonium susceptam non potest. Ex diuerso quoque susceptrix non potest nubere suscepto. Non potest etiam susceptor habere in matrimonium matrem suscepti, ut cauetur d. can. 53. quin incuriat τὰς οὐντευέιας ἐγκλήματα, vt est relatum apud Cedrinum in Nicphoro Phoca. Et ex diuerso quoque susceptrix non potest nubere patri suscepti. can. 6. hoc tit. Idem verò censem veteres canones de suscepto, & filia naturali susceptoris, vel susceptricis, & de suscepta & filio naturali susceptoris, ut non possint matrimonio coniungi. cap. 1. 3. & pen. hoc tit. can. 1. eod. tit. in 6. can. post susceptum.

ceptum. 30. quest. 3. quia haec est ratio prohibitionis , vt ait can. nō oportet ead. caus. & quest. quod germani & fratres spirituales sunt, ex diuina sententia: vt Cœlestinus III. interpretatur lege diuina *in c. 3. de cognat. spir.* in secunda collectione: nusquam tamen id reperies in diuina lege. reperies quidem in legibus Luithprandi Regis Longobard. *tut. 2. 4.* ne susceptus audeat filiam susceptoris vxorem ducere , quia germani spirituales sunt : verum in lege diuina idem non reperies , nec si esset ex lege diuina , id potuisset , vt fecit, Concilium Tridétinum prætermittere , quo cognatio spiritualis non contrahitur inter susceptum susceptamve , & filium filiamve susceptoris. Et omnino ex eius Concilij sententia cognitionis spiritualis prætextu prohibentur tantum nuptiae inter personas quæ sequuntur , inter susceptorem & susceptricem , si duo sint in Baptismo adhibiti susceptores mas, & fœmina; quod fieri potest , & solet. *cap. 3. de cognat. spir. in 6. can. vlt. 30. quest. 4.* quod tamen olim non probârat Leo Pontifex optimus & doctissimus , qui unum tantum adhiberi volebat susceptorem , vel unam

susceptricem. can. non plures. de consecrat. distinct 4. nec abs re, quia sœpe ea res inter marem & foeminam , qui alium puerum è sacro fonte suscipiunt & sustollunt , notitiam facit, quam deinde consequitur nimia familiaritas.

Prohibentur etiam eodem Concilio nuptiae inter susceptorem , vel susceptricem , & susceptum susceptamve , inter susceptorem & patrem suscepti , vel susceptæ , vt *cap. 6. hoc tut.* & consequenter inter susceptorem & matrem suscepti susceptæve. Prohibentur etiam inter eum qui Baptismo lotus , tintus , & recreatus est , & ministrum Baptismi , siue mas sit , siue fœmina , quæ virginitate necessitate Baptismum administraverit solemnibus verbis , & aqua superfusa; vel , vt siebat olim , in aqua immerso homine. *can. super 30. quest. 3. can. mulier. de consecrat. distinct.* 4. & siue clericus , siue laicus sit , quem & ad hoc ministerium necessitas adimitit. *can. in necessitate. de consecrat. distinct.* 4. Tertullianus in libro de baptismo. Sufficiat , inquit , in necessitatibus ut utaris laico , sicuti aut loci , aut temporis , aut personæ conditio compellit. tunc enim , inquit , constantia succurrentis accipitur , cum vrget circumstantia

cunctantia periclitantis. hoc autem colore prohibentur ruptæ inter ministrum ministramve Baptismi, & baptizatum, quia & hinc ministro filius filiave spiritualis est, sicut susceptoris. *civ. ad limina, in fine. & can seq. 30. quest. 1.* Prohibentur etiam eodem Conclio praetextu cognationis spiritualis nuptiæ inter ministrum Baptismi, & matrem timeti, & similiter inter ministram Baptismi, & patrem baptizati, ut *cap. 1. de cogn. spir. in 6.* Et haec quidem tantum personæ ex sententia supradicti Concilij cognationis spiritualis obtenta inter se nuptias contrahere prohibentur. Ergo inter alias quascunque personas nuptiæ permittuntur, quia edictum de nuptiis prohibitorium est. *c. 23. extr. de sponsal. & ideo quod prohibitum non est, nominatum permisum in-*

*5. telligitur. Primum tamen inter susceptum suscepitamve & filium filiamve naturalem susceptoris hodie nuptiæ permittuntur, quæ tamen iure veteri prohibebatur, ut docui supra. Et simili modo connubium quod iure veteri non erat inter susceptorem & filiam suscepti, ut Harmenopulus refert *4. Epitomarum tit. 6.* vel inter susceptricem & fi-*

lum suscepti, hodie permititur. Item quod iure veteri conubium non erat inter filium filiamve ministri, & inter baptizatum baptizatamve, *cap. vlt. hoc tit.* hodie permittitur. Item quod vetitum erat inter susceptoris vxorem quæ esset vidua mortuo susceptore, & patrem naturalem suscepti, *cap. 4. hoc tit.* hodie permittitur. Item quod æquè prohibitum erat inter susceptam & quoddam vxorem susceptoris ante susceptionem ductam & cognitam, *cap. 1. de cognat. spir. in 6.* hodie permittitur. Item quod prohibitum erat inter filium naturalem susceptoris & matrem aut filiam suscepti susceptave, ut Harmenopulus refert supra dicto loco, & est proditum *lib. 28. Basiliæv. tit. 5.* hodie permittitur, & validè. Igitur hodie præ restricta est cognatio *6.* spiritualis, vel quæ praetextu eius inualuerat nuptiarum prohibitio. Et in summa hodie cognatio spiritualis, quæ nuptias impedit & dissoluat, contrahitur tantum inter susceptores, si duo fuerunt, mas & fœmina: & inter susceptorem vel susceptricem, & inter susceptum suscepitamve, & patrem, vel matrem eius: itemque inter Baptismi ministrum

strum , ministrâmve , & baptizatum baptizatâmve , & patrem vel matrem eius. Itaque , vt dixi , valde coarctata est cognatio spiritalis , & tanto quidem , quanto dilatata olim fuerat , maximè in Ecclesia Orientali , quæ fuit phanatica , cerebrosa , contumax , superba & infensissima Occidentali semper , quam & tanquam hæreticam condemnabat , quæ tamen condemnatio ad extremū recedit in ipsam. Creuerat autem irroboraueratque usque adeò in Ecclesia Orientali hic prætextus inhibendarum nuptiarum , vt eadem iure concluderent cognationem spiritalem , quo legibus & canonibus finita & conclusa est cognatio sanguinis , Synodo hac de re habita sub Nicolao Patriarcha Constantinopolitano , vt legitur in iure Orientali , nitebantur illo solo verbo canonis 53. Sv-

nodi sextæ Constantinopoli tanæ μάζηνα ἀγριτὴν πενμετικὴν εἰσιόντα τὸν τὰς σεμέτας συναφίας . maius esse vinculum cognationis spiritualis quàm corporalis . quod tamen cùm dictum sit hyperbolice , eo non est abutendum , ita vt cognationem spiritalem prorogamus ad modum , finémique eius quem ius sanguinis creat . nam & canon ille vetat tantum nuptias contrahi inter suscepторēm & matrem suscepti . At nouissimum Concilij Occidentalis decretum , quo huiusmodi cognatio ficta & imaginaria coarctata est , longè melius sanctiusque , & fortè præcedente etiam tempore tota ea fictio , quæ non habet consensum Patrum , abrogabitur . Certè iuris huius arbitrium totum in hominibus est , neque enim est à Domino vel Apostolis , nec vlla eius memoria vetustior tempore Iustiniani .

F I N I S.

---

## *Quorundam errorum spongia.*

Pag.	col.	lin.
19.	2.	11. lego, quemadmodum nec.
36.	1.	19. leg. Synod. Chalced.
	2.	7. leg. Apostolici qui.
47.	2.	28. adde, non censetur.
48.	1.	15. leg. nec ad.
59.	1.	33. & 36. leg. filium.
70.	2.	13. adde, nisi de.
241.	2.	20. leg. 9. les quatre cas. 21. dele totum.
		29. reponc, 13. <i>Primus casus.</i>
266.	2.	24. adde, Ecclesiæ eximuntur.
267.	2.	13. leg. <i>Ærariorum canon.</i>
357.	2.	19. leg. professionem.

*INDEX*



# INDEX R E R V M , E T V E R B O R V M .

*Prior numerus pagina, alter columnæ, tertius marginalis  
eiusdem columnæ numeri indicina est.*

## A.



- B B A N N A T I O  
quid. 106.1  
*Abbatissæ nominata valla.* 334.  
1.1  
Cuius ætatis  
esse debeant ut elegantur. *Ibid.*  
2. 2  
An vidua vel corrupta possit eli-  
gi. *Ibid.* 3  
Abbatissatum electio. 336.1.6  
*Abiuratio heres.* 217.2  
Eiusdem formula. *Ibid.*  
*Absolutus à iudice Ecclesiastico an-*  
nihilominus accusari possit co-  
ram seculari. 272.2.13  
Et an absolutus à iudice recon-  
ueniri possit eorum ipso iudi-  
ce, eodem pro crimine. *Ibid.*  
14  
*Accusatus refellitur.* 170.2.4  
*Actor, vel Procurator an subleuarie*  
vel. refutare possit. testes à reo  
nominatos, ad probandas reie-

- ctiones testimiorum actoris. 158.2,&  
seq.  
*Ascriptiū serui.* 345.2.3,& 7  
*Advenie dispersionis qui.* 227. 2.  
26  
*Advocati an exusentur à tutelis.*  
121.1.1,& 4  
Aduocatorum oīdo seminarium  
magistratum dicitur. 122.2  
*Adiutio qui.* 134.2  
*Aetas legitima quæ.* 142.2  
*Agri bellorum iniuria defertis,*  
aut sterilibus factis, vel prædus  
urbanis dirutis, quis portionem  
deficientium ferat. 61.1.1  
*Albanagy ius.* 174.1  
*Albam qui, & unde dicti.* *Ibid.* 2.2  
*Alexander Magnus.* 308.1.3  
*Alienatio expreſſum vetita ante*  
noscari possit ante mortem eius  
qui alienauit. 159. 2. 1, 2, 3,  
& 4  
*Alienans an revocare possit rem*  
alienatam. 196.2.1,& 2  
*Amortizatio ab indemnitate dif-*  
feit. 90.1.11  
*Amorti*

## I N D E X

- Amortizatio quid. ibid.  
*Anachoreta*, sive *Eremita*. 359.  
 1. 6  
 Vnde *Eremita*.  
*Angaria vox*. 287.1.1  
 Angari qui. ibid.2,& 7  
 Angarie vnde dicitur. ibid.6  
 Angariarum nomine quid comprehendatur. ibid.8,& 11  
 Angarit ab operis separantur. 288.  
 1.9  
*Annonarum ciuilium species*. 192.  
 1. 1,& 3  
 Militarium. ibid.2  
 Utiarumque. ibid.4  
 Annones ciuiles inter immobilia numerantur. ibid.2.8  
 Non possunt alienari ab Ecclesia. 193.1.9  
*Archiflamines qui*. 176.2

## A R R E S T A.

- Arresta pro suo, matre exclusa*.  
 3.1  
 In constitutione dotis à patre favore filie. 4.2,in fin & 5.1  
 Circa ius reueisionis. 6.1,& 7.1  
 Circa ius accrescendi. 6.2  
 Circa legitimam denegataim patri & matri donatarij. 7.1  
 In favorem liberorum. 11.1  
 Pro restitutione dotis, & ob lucrum dotis. ibid.2  
 De Equitibus Melitensisbus quod nullo modo succedant parentibus, nec in proprietate, nec in usufructu. 33.1  
 De bonis quae Monachus adquisivit post adeptam dignitatem Episcopalem. 46. 1, & seq.& 47.1  
 Contra Eremitanum latronem. 30.1

## R E R F M.

- De euictione. 54.2  
 In casu secundò nubentium. 59.1  
 Pro nepote ex filio naturali. 70.  
 1.8  
 Pro legatis Ecclesiae. 90.2.2  
 In casu legitima filij. 113.1  
 Pro facultatibus, exclusis filius masculis. 131.2.7  
 In casu ratione minorum pecuniae impensè in usus facios. 135.2.9  
 Circa ius redemptiōis in redditibus annuis. 142.2  
 Pro redimento patente captiuo ob æs alienum. 156.1  
 In casu matrimoni. 158.1  
 In casu mulieris que initia annum luctus impedit. ibid.  
 In casu alienationis bonorum. 160.1.4  
 Pro testamento posteriori. 163.  
 1.7  
 De educatione papilloum matris secundò nubenti credita. 172.1  
 Vbi mater exclusa à legitima. 186.2.5  
*Archiepiscopus & Metropolitanus* quid differant. 178.1.8  
 Archiepiscopus Metropolitano praefendus. ibid.2.9  
 Archiepiscoporum iurisdictio. in Ferrerio. 179.1  
*Ars notaria quæ*. 98.2.17  
*Astante quid*. 297.1.3  
*Aurum coronarium quid*. 268.1.2,  
 3.4,& 5  
*Authenticæ elucidatæ*.  
*Amb. Inglesi. C. de sacros. Eccles. an locum habeat in Mendicantibus*. 27.1.4 non obseruantur in tota Gallia. 28.1.8  
*Auct. hanc inter liberos. C. de testam.*

stam.	161.2.6
Auth. sed quae nihil. C. de don. ante noptias, in quantum abrogata in Gallia.	196.1.4. & 5
Anus matui antefortur.	2.2.3
Anus paternus & maternus simul adimituntur.	3.1.4

## Bi

B An ; & artiereban , quid inter se differant.	107.2.12
Bantopbari qui.	105.2.10
Bannum pio signis & vexillis.	106.2
Bannum unde, ex Alciato.	ibid
Quid apud Gallos.	107.1 & ibid. 2.12
Bannum quid.	105.2.10
Bannire , & banniti, variè summi.	106.2.11
Banniti, corùnque pena.	103.2.9
Banniti unde dicti.	105.2.10
Banniti mulier an adulterio vitiani possit.	294.1.10
Barbatas reprehenditur.	14.2.5 & 131.2.6
Bartelus refellitur.	95.1 108. 2.2 & 386.2.2, &c 3
pro Beaeditiobus nubentium an quid exigi possit à Clericis.	172. 2.1, & 2
Beneficium I. vn.c. C. de caduc.	181 2.3, & 9
Beneficia cuiam animatum habentia an monasteriis sceminarum vniuersi possint.	338.1.9
Berytes, vrbis Phœnices, Metropolis.	178.1.7
Blanditus an adquiratur monasterio.	20.1.8
in Bonis paternis, vel maternis quid spectari debeat.	3.1.4
Bonorum separatio.	ibid.2
Bona ad patrem , vel aum , & ad matrem ipso iure redeant.	5.1

Bona alienata , vel obligata à filio quando vendicari possint.	ibid.2
Bona à patre donata libens ad patrem redeant.	7.1
Quando pertineant ad fiscum ib.	
Bona substitutioni obnoxia ob dominum mulieris distrahi possint.	ibid. 2
Secus in fideicommisso relicto ab extraneo.	9 1.2
Bona priuatorum quando admiri possint.	8.1.1
Bona restitutioni subiecta nec obligari, nec alienari possint.	9.2
Nisi pro dote constituenda propriis liberis , vel etiam uxori.	
10. 1 & 11. 2 & ob lucem dotis.	ibid.
Secus vbi hæres grauatus sit extraneus.	ibid.
Bonorum appellatione continentur bona mobilia & immobilia, item iura & actiones.	75 1.1
an Bonorum mobilium & immobiliū mentione facta, iura continentur & actiones.	ibid.2.2
Bonorum appellatione an comprehendantur venalia.	77.1.4
Bona priuatorum , imò & Ecclesiæ capi & destrai possunt ob utilitatem publicam.	109.2
Bonorum confisatio.	123.1.3
Bona dotalitia filiorum an distrahi possint ad redimendum parentem captivum ob' as alienum.	
155.2 & 369.1.1, &c 2.	
Distrahi possunt vbi non extant alia ad illum libelandum.	370. 1.3, & 4
Bona nobilia fieri possunt tributaria ad itinerum instructiones, ex Luca de Penna.	273.1.1
Bona immobilia Clericorum fisco addicuntur in Gallia mobilia verò ad fisca'm Ecclesiæ pertinent.	
FF	285.2.

I N D E X

285. 2.6. & 7  
Bona Ecclēsī an alienari possint. 350. 1. 1 &c.  
Bona domini, quanto tempore præscībi possit. 376. 1. 1  
*Byzantium* Patriarchatus titulo decoratum à Constantino Magno. 178. 1. 5

C.

*Canones explanati.*

- C**an. is qui. & can. Christiano. dicit. 34. 67. 2. 27  
Can. futurum. 12. quæst. 1. inscriptio falsa. 79. 1. 2  
Can. contradicimus. 35 quæst. 3. & de propinquis. 35. quæst. 2. abrogati. 183. 2. 3  
Can. quicumque Episcopi suffragio. 12. quæst. 2. 350. 2. 3  
Can. Ecclesiasticus. 12. quæst. 2. ib. 4  
Can. bona rei. 12. quæst. 2. 351. 2. 1  
Can. 15. Synodi Ancyranæ. 356. 1. 5  
Canon quid. 267. 2. 1 & 269. 1. 8  
Canon æxarius quid. ibid. 9  
Canon largitionum quid. ibid. 10  
Quid Emphyteuticus. ibid. 2. 11  
Canonica que. 330. 2. 6

*Capita enodata.*

- Cap. ex parte. de conuers. coniug. 18. 2. 6  
c. veniens. eod. 19. 1  
c. cùm dilectus. de his quæ vi mētūsve causa. ibid. 7  
c. cùm ad monasterium. de statu monachorum. 391 & 51. 2. 2  
c. 1. de immunit. Eccles. 88. 2. 14  
c. vlt. de success. abiens. 92. 2. 2

R E R V M,

- c. cùm Apostolica. de his quæ sunt à prælat. 116. 2. 3  
c. felicis. de pœnit. 124. 1. 7  
c. ad nostram 2. de iure. 155. 1. 4  
c. ad Apostolicam. de simonia. 173. 2. 3  
c. in singulis. 77. dist. 180. 1. 3  
c. Martinus. de cogn. spir. 183. 1. 2  
c. statutum. de refcript. 200. 1. 4  
c. tua. de verb. sign. c. si propter tua debita. de rescript. in 6. c. si tibi concessio. de præbend. & c. præsenti. de offic. ordinar. in 6. 201. 2. 3  
c. 1. 3. port. qual. olim feud. 205. 2. 6  
c. in præsentia. de prob. 210. 1. 3  
c. fin. de except. in 6. 272. 2. 11  
c. grauis. de censib. 279. 1. 15  
c. fin. de pecul. cler. 351. 2. 10  
c. inter opera. de sponsalib. 396. 2. 7  
*Capitulum* an conferre possit beneficia quæ ad eius collationem spectant, vni de Capitulo, vel præsentare vnum de gremio ad beneficia quæ ad præsentationē Collegij pertinent. 362. 2. 1. & seq.  
*Capitiui* & serui hæredes possunt institui. 28. 1  
Captiuos ab hostibus redimendi mos apud antiquos. 244. 2. 14  
*Capucini* non possunt habere bona immobilia. 28. 1. 6  
*Carmelites* inter Mendicantes numerantur. 26. 2. 3  
*Carolus Magnus.* 309. 2. 16  
*Carthusiani* qua ætate ad professionem admittendi. 35. 1  
Les quatre *frat.* 244. 2. 9  
Addantur alij ex constitutionibus Neapolitanis. ibid 2. 10  
Adhuc alij ab Speculatori. ibid.  
In his casibus pecunia præstatur quæ

E T V E R E O R V M.

qua conuenta est. 249.1.26	præscriptione , exilio & bani-
Ecclesia an confere teneatur ès quærit cas. 250.1.28	nimento. ibid.6
Casitatus & continentia votum. 133.1.	Clericus quando infamiam incur-
Cæses in quantu permisſe. 293.1.6	rat. 119.1.10
Cœfusanei lapsus. 76.1.3	Clerici comprehenduntur sub con-
Chevaliers baronets. 105.2.10	ventione generali. 131.1.2
Christiani olim officiosi. 310.1.13	Clerici & Deo seruentes de repub.
Cuatio à fin de ban. 106.2	optime meriti. ibid.4
Cunes an singuli teneantur pro inди- etionibus quas Consules & coa- ctores , vel Syndici exoluunt. 265.1.42	Clerici cogi possint ad tutelæ mu- nus suscipiendum , ex opiniōne Tutæ Crematæ , & Auctoris. 163.2.3,& 4
Clauſula codicillatis in testamentis ad pias causas , & in testamen- to militis , & inter liberos. 97. 1.8	Clericus an transire possit ex ordi- ne ad ordinem. 282.1, & 2
Clauſula delegatoria. 234.1.16	Clericorum immobilia fisco Regis addicuntur in Gallia ; mobilia vero ad fiscum Ecclesiæ perti- nent. 285.2.6,& 7
Clauſula per quam testator non vult suum testamentum infir- mari per posterius , nisi certa clauſula adiecta sit in eo. 235. 1.10	Cognatio spiritalis & Latinis & Gra- cis cognita. 400.1.1.
Clauſula derogatoria ab iis additur, qui secundè testari volunt , ne post- ea blanditus mutare cogantur. 236.2.25	Quid nominis habeat apud Grecos. ibid.2
Per quas clauſulas censeatur dé- rogatum primo testamento clauſulam continentia deroga- toriam. 237.1.26	Inter quem contrahatur isti- modi cognatio. ibid.3
Clauſulæ Ex certa sciencia , & De ple- nitudine potestatis. 304.2.6	Hodie reſtricta est. 402.2.6
Clericis an imponi possit pœnitentia solemnis. 118.1.2, & 7	Collationes ex improviso indicatæ quæ. 243.1.4
An damnari tantum possint ci- vilitate & in pecunia in cas- ibus privilegiariis. 118.1.3,5, & 11	Collecta munus ordinarium in Gal- lia. 151.1.11
Clerici non possunt priuati benefi- ciis à iudicibus ſecularibus. ibid. 2.4	Colonus quis. 345.2.1
Multati ſolent à iudice ſeculari	Coloni liberi fuerunt. ibid. 2. ad- scriptiū verò ferui. ibid.3
	Commoda dilinguuntur à feruis. 144.1.7
	Commoda p̄t̄miorum. ibid.8
	Concubinis licetē donabatur , etiam in immensu. 59.1.5
	Concubina pro vxore sumitur 67 2.28
	Concubinus iure Pandectarum li- citus. 64.2.7
	Lege diuina damnatus. 67.1.26
	Inter solutos apud Gallos multa- tus. 68.1.29
	F F F 2 Confessor

I N D E X

- Confessio* in testamento facta an revocati possit à testatore *100.*  
*z.1,2,& seq.*
- Confessionem*, sive pœnitentiam abrogatam èlle in Ecclesia quomodo intelligendum sit. *119.1.9*
- Confirmatio* dupliciter fit. *303.1.1*  
Quando fiat in forma communi,  
*ibid.2*
- Exus vis & efficacia.* *304.1.3*
- Confirmatio ex certa scientia* quid.  
*ibid.4*
- Quando fieri dicatur. *ibid.2.5*
- Confiscatio bonorum.* *123.2.3*
- Confiscationes* maritus lucratus constitute matrimonio. *124.1.4*
- Confiscationes* non sunt patrimonij vel domani Gallici. *ibid.5*
- Contingutus* non admittitur in monasteriis iure Pontificio. *20.2.10*  
Secus iure civili. *ibid.*
- Coniugi* secundò nubenti non plus largiendum quam vni ex matrimonio prioris matrimonij. *56.*  
*2.1*
- Nec tantumdem quantum legitima filiorum est. *59.1*
- Coniugium Presbyterorum Ecclesie Orientalis & Occidentalis.* *325.1.13*
- Connubia Monachis & Virginibus verita.* *361.& 2*
- Consecratio Virginum* à quibus olim & hodie. *333.2.18,& 20*
- Consensus*, efficax causa matrimonij. *157.1.2*
- Consilium* an teneantur conferre tales. *263.1.41*
- Constantius* leges in favorem pauperum. *308.1.5*
- Constitutio Theodosij* in l. vnic. C. de his qui ante apert. tab. *181.*  
*2.3,& 8*
- Consuetudo* hominum memoria vestigior. *376.2.4*

R E R V M,

- Conversus libellarius* quid. *58.2.*  
*17,19,& 20*
- Conuersus & oblatus* differunt.  
*3.1*
- Conueisi ad fidem*, vel nati ex Iudeis. *226.1.21*
- Cornuta* quid. *288.1.12*
- Creditori antiquiori* re per decretu addicta, an creditori posteriori competitat ius offerendi. *152.2.1.*  
& 2
- Creues.* *266.1.3*
- Curator* haut inuito datui. *132.1.1*
- Cyprianus explicatus.* *164.1.5*

D.

- Damatio* ad tñremes, sive gáleras. *108.1.18*
- In locum damnationis in metalum successit, ex Bern. Diaz.  
*ibid.2*
- Damnatus* ad mortem non potest testari, etiam ob piam causam, & permittente iudice. *102.1.*  
*2,& 5*
- Nec in gratiam liberorum. *ibid.2.3*
- Damnati* ad tñremes an bona sua retineant, & testari possint. *109.*  
*1.2.0*
- Damnatus* an restitui possit ex alio crimine, quam in fungendo officio. *197.2.1*
- Damnatus ex maleficio* in excendendo officio an appellare possit. *198.1.4*
- Datum* monasterio an repeti possit si filius vel filia, in cuius gratiam datum fuit, exeat ante professiōnem. *362.1.24*
- Debuta filij.* *5.1*
- Decima* an augeti possit, & minui. *188.1.1,2,& 3*
- De praesciptione decimæ. *ib.2.4*
- Decimus*

*E T V E R B O R V M.*

- Decius refellitur.* 138.2.2  
*Decurio delinquens in officio.* 196.  
 1.5.  
*Delicto eodem an duplici pena quis possit affici.* 270.1.1,& 2  
*Pena alternativa posita, electio penes indicem est.* ibidem 3,  
 & 4  
*Delictum Paælati, vel Rectoris an Ecclesia noceat, & inde res Ecclesia confiscari possint.* 283.1.  
 1,& 4  
*Deportati testai nequeant, etiam in gratiam piaæ causæ.* 103.1.8  
*Deportatus potest reuocare testamentum, & donare de nouo.* 209.1.4  
*Derogatio generalis alii sufficiat, aut singularis & indiuidua desideretur* 239.1.27  
*Desponsatio B. Virginis quatenus perpetuum matrimonium.* 157.  
 2.5  
*Diaconus quid.* 324.1.9  
*Diaconissæ quædam virgines, aliae viduae.* 323.1.5,10,& 15  
*Diacomisse ministre.* 326.2.16  
*Diacomisse curus ætatis esse debent.* 328.1.21,& 22  
*Dignitas Episcopalis an & quando a patre potestate libearet.* 74.2.6  
*Difensatio pro iuriis declaratione.* 295.1.12  
*Dispensatio sine causa, vel falsa non mutat eam, qui eam habuit, quin peccet ut à Principe.* 301.  
 1.20  
*Dispensatio non licet contra ius diuinum.* 295.2.13  
 in *Divisione hereditatis an maior semper dividatur, & minor eligatur.*  
 127.1.1,& 3  
*Quando id locum habeat.* ibid.4  
*Divitio per sortem: quotuplex.* 128.  
 1.5
- Ius eligendi antiquitus fieri solebat per licitationem, quod sublatum hodie.* ibid.6  
*Divisio bonorum communium inter Ecclesiam & priuatum quomodo fieri debeat.* 129.2.8  
 14  
 8.2.6 & cuius sit electio. 349.1.7  
*Doctorum insignia quæ.* 280. 2.2  
 Cum delectu concedi debent.  
 ibid.;  
*Dolus in ingressione monasterij* 27.  
 2.3  
*Dolus dans causam contractui, ipsum nullum reddit.* 18.1.4  
*Dolus non nocet in profitente, si fatuitas illius aiguatur qui se deceptum dicit.* 19.1.7  
*Domaniū, vide Bona domany.*  
*Dominicani inter Mendicantes numerantur.* 26.2.3  
*Dominium rerum immobilium.* 123.  
 1.2  
*Domus augusta à superindicto eximitur.* 266.2.7  
*Donatio quando reuocari possit ob ingratitudinem eius cui datum fuit.* 5.2  
*Donationes factæ in favorem Ecclesiæ, & locorum protum.* 80  
 1.3  
*Donatio coniugi facta ut Deo detar.* 82.1.5  
*Facta filio, vel filie nascitura* 125.1  
*Facta Ecclesiæ non reuocatur ob ingratitudinem Paælati, vel Capituli.* 28.2.2  
*Dolis restitutio, illiusque fauor* 8.  
 1.1,& seq.  
*Quousque sele ponugat.* 6.1  
*Dout d'Aubayne.* 174.2

- E**ccl<sup>ie</sup> iustitiae cultu*x*. 18.1.88.  
 1.1.3 Bonorum relictorum capax. 78.  
 2.1 hmita vt num. 8,& 9  
 Bona sibi relicta an & quando  
 alienare possit. 83.2.7  
 Difficile labitur. 88.1.12  
 Iure p<sup>r</sup>elationis vtitur. 115.1.9  
 Eccles<sup>ie</sup> Rector quo iure gaudeat.  
 124.1.8  
 Ecclesia an prouocare possit Eccle-  
 siam ad diuisionem. 119.1.1,&  
 2.348.1.2  
 Alienare potest, si alienatio sibi  
 utilis fuerit. ibid.  
 Ecclesiarum instauracionis cogni-  
 tio ad iudicem laicum spectat.  
 135.2.8  
 Ecclesia quatenus exempta à mu-  
 nericibus. 150.2.8  
 An conferre teneatur ès quatre  
 cas. 250.1.1.28  
 An immunis à taleis. ibid.30  
 Eccles<sup>ie</sup> bona immobilia non exi-  
 muntur à taleis. 254.2.37  
 Ecclesia à superindicto eximatur.  
 166.2.6  
 An contribuere debeat ad in-  
 structiones itine*rium*, viarum  
 & pontium. 173.2.1  
 Tenetar ad onera quæ peste  
 griffante imponuntur. 276.  
 2.12  
 An teneatur ad instauracionem  
 murorum. 277.1.14  
 Ecclesie bona Christi & pauperum  
 patrimonium. 311.2.16  
 An prouocare ad diuisionem  
 possit. 348.1.1.4,& 5  
 Educatio pupillorum. 171.1.7,& 9  
 Egenis prospici debet à Princi-  
 bus. 308.1.1

- Elelli*, aduenæ dispersionis qui.  
 227.2.26  
 Eleemosynarum fructus quis , ex In-  
 noc. III. 310.1.14  
 Eleemosyna à quibus præstari de-  
 beat. 311.1.15,& 17  
 Quibus illa laigienda. 314.2.  
 19  
 in Eleemosynæ præstatione obser-  
 uanda. 315.2.20  
 An ex rebus alienis , vel iniuste  
 quæ sitis pauperibus largien-  
 dum. 317.1.21  
 Eleemosynæ dispensatio ad quem  
 pertineat. 318.1.22  
 Eleemosynæ diu consuetæ præstan-  
 dæ sunt in posterum, non obstan-  
 tibus statutis, & consuetudine in  
 contrarium. 320.1.1  
*Emancipati* agnati esse desinunt.  
 35.2  
*Emenda* honorabilis absque igno-  
 minia imponi potest. 119.2.13  
*Emtor* fructus facit. 124.1.6  
*Emtor* rei minoris ignoranter &  
 sine decreto , an teneatur resti-  
 tuere fructus , perdido pretium,  
 nisi probet in rem minoris ver-  
 sum. 169.1.1,2,3  
*Emtor* rei Eccles<sup>ie</sup>, an , non obser-  
 uatis solemnitatibus , amittat  
 pretium quod dedit. 354.1.1, 2,  
 & 3  
 An agere possit de restitutione  
 ad eiusdem eum qui alienavit.  
 356.1.6,& seq.  
*Episcopatus* pro ornanda sepultura  
 centesimam positionem census  
 Eccles<sup>ie</sup> conferre potest. 351.  
 1.8  
*Episcopatus* & cætera beneficia  
 diuidi possunt. 143.2.4  
*Equestri* dignitate donatus tribu-  
 tum indicere potest subditis.  
 248.2.23

E T V E R B O R V M

Qui dignitate equestri donabantur.	ibid. 24	309.2.12
<i>Equites</i> S. Ioannis Hierosolymitani, vulgo Rhodij.	29.2.1.2	<i>Eustolio.</i> 72 Evectioni quando locus sit. 53.1
Ordinis Augustini sunt.	ibid.	<i>Eunucere</i> quid. ibid
Fratres appellantur in iure Pontificio.	30.1	<i>Excommunicandi</i> potestas. 146.2.8
Decimas percipiunt, & sepulturas.	ibid.	<i>Executionis</i> immunitatis, vel alte- ius priuilegij confirmatio quan- do efficax sit. 305.1.7
Suos iudices habent.	ibid.	<i>Extrami</i> an testari possint in Gallia. 179.2.1, & 3
Non possunt succedere parentibus ab intestato.	ibid.	Et capere ex testamento. 175.1. 6, & 8
Nec petere legitimam in bonis patris.	ibid.	An teneantur de collectis praedi- orum. 265.2.4:
Istamen alimentorum nomine aliquid dandum est.	ibid.	F.
Nihil priuatum possidere pos- sunt, & si moriuntur, Religio bona eorum capit iure pecu- lii.	ibid. 2	<b>F</b> acere, pro lucificare. 175.2.6 Pro offerre. ibid. 7
Vocantur Preceptores, seu Com- mendatarij.	ibid.	<i>Feriae</i> extraordinarie quæ. 243.1.5
<i>Equus</i> , aut currus, quem Princeps, aut ciuitas ab aliquo ceperit, si pereant casu fortuito, ad quem spectet periculum.	110.2	<i>Fideicommissum</i> nutu relinqui potest propter clausulam codicillarem. 97.1.9, 23, & 24
<i>Eremite</i> S. Augustini intet Mendicanter numerantur.	26.2.3	Conditionale transmitti potest per liberos descendentes. 181. 1.1, & 2
Eremitarum antiquorum honor.	49.1.1	<i>Fidei</i> in for damnatus ab aliquo iude- ce, an coram eodem debitorem persequi possit, etiam si debitor sit alterius fori. 189.1.1, & 2
Eremita, sive Anachoretæ unde di- cti.	49.2.2	<i>Filiij</i> debita. 5.1
Non sunt propriæ Monachi.	ibid. 3	Filius fam. an liberetur à patria po- testate per ingressum monasterij. 21.2.13 34.2.4
Nec personæ Ecclesiasticae.	ibid. 5	Filiij an possint religionem ingredi parentibus in egestatem reda- ctis, vel egredi ut parentibus sub- ueniant. 22.1, & 2
Testari non possunt de bonis suis.	ibid. 4	Filius an per ingressum monaste- rij retineat iura suitatis. 25.1.5
Eremita primus quis.	ibid.	Filio absque liberis decedenti pa- ter, vel mater secundò nubens succedunt, non solum in usufru- ctu, sed & in proprietate. 54. 2.1
Eremite non cedunt suis facultati- bus sicut Monachi.	49.2.6	
Facere possunt professionem Monachi, & monasterium in- gredi.	50.1	
Eremite qui.	359.1.7	
<i>Ethiicorum</i> exempla in pauperes.		Quid

# I N D E X

- Quid si extent liberi ex alio matrimonio, cum matre quæ secundò nupsferit.** 55.1.3  
**Filius primi matrimonij si heres institutus à patre se immisceat hereditati, tunc inuentario, an teneatur in solidum præstare nouicæ quod super portionem filio competentem datum est.** 59.1  
**Filius sibi non potest testari nisi de peculio castrensi, vel quasi.** 71. 1.1  
**Testari potest fauore piaæ causæ, permittente patre.** ibidem 2, & 3  
**Item fauore liberorum, patre volente.** ibid. 2.3  
**Vel etiam non consentiente.** 74.2  
**Quid si viuo patre testamentum fecerit, an reconualecat post mortem patris.** ibid. 4  
**Vel si fideicommissum.** ibid. 5  
**An testari possit in Gallia.** 72. 1. 6, & 14  
**An disponere de bonis aduentuis.** ibid. 7  
**Flamines, &c Archiflamines.** 176.1, & 2  
**Franciscani inter Mendicantes numerantur.** 126.2.3  
**Non possunt habere bona immobilia.** 28.1.6  
**Fratres Montis Oliueti qua ætate ad professionem admitti debeant.** 15.1  
**Fratum appellatione regulariter vtrinque comuniti continentur.** 56.1  
**Fratres sive naturales omnes, sive aliqui sive naturales, aliqui vero legitimi, an &c quando inter se succedant.** 66.2.22  
**Frater non succedit fratili ab inter-**

# R E R V M,

- stato.** 67.1.24  
**Aliter ex testamento.** ibid. 25  
**G.**  
**Gælere, seu triremis.** 108. 1. 13  
**Ratis dicitur.** ibid. 14  
**Galli quonodo ab Armeniis primò vocitati, & quonodo à Babyloniis.** ibid. 15  
**Gens de main morte.** 347.2.11  
**Gradu aliquo insigniti, & ab Academia nominati, an interrogari iterum possint, & de eorum eiusdeme quæsi.** 281.1.1  
**Culidm Duranti falsus.** 231.1.8  
**H.**  
**Habiles, sive inhabilis quis.** 131.2  
**Habilis an sit mutus & surdus.** ibidem.  
**Heres si quid adquirit ex supplemento legitimæ, an in restitucionem fideicommissi veniat.** 154.1.1, & 2  
**Heres quatuor sive conueniri possit.** 352.2.1, & 2  
**An ultra vires teneatur si non fecit inuentarium.** 353.1.3  
**Grauatus an deducere possit quod donatum sibi priùs fuerat.** 332.1.1, & 2  
**Hæres an ad fidem sive cogendi.** 214.1  
**Hæreticorum poenæ.** 218.1.3, 4, 5, 6, & seqq.  
**Hæreticorum collegio nihil relinqui potest.** 221.1.1  
**An singulis eorum.** 224.2.1.4, & 19.  
**Illorum collegia illicita.** ibidem 2  
**Conuentus**

*E T V E R B O R V M.*

<i>Conuentus</i> illorum interdicti.	
ibid. 2.3, & 5.	
<i>Eorera</i> viuendi licentia.	233. 1.6
<i>Hebreos</i> ut permisum sit furtum facete, & auferre bona <i>Egyptiorum</i> .	294.2.11
<i>Heribannum</i> quid.	107.2.112
<i>Herophylaces</i> qui.	134.2
<i>Horrea</i> publica olim constituta, quibus frumentum adseruabatur, populo effutienti distribuendum.	308.1.4
<i>Hofstensis</i> falsus.	231.1.3

I.

<i>Immutitas</i> alicui concessa aliis non noceat.	60.1.1
<i>Impositio</i> manuum pro benedictione.	327.2.18
<i>Impuberes</i> utrum recipiendi in monasterio.	15.2.3
<i>Impubertibus</i> cælibatum profitentibus ius testamentum faciendi concessum in ipso ingressu monasterij, ex lege Constantini.	16.1
Mutatum à Leone Philosopho.	
ibid.	
<i>Indemnitas</i> & amortizatio differunt.	90.1.15.
<i>Indemnitas</i> quid.	ibid.
<i>Indemnitas</i> nomine quinta pars estimationis fundi censualis solvitur.	91.1
<i>Indemnitatem</i> quis petere possit.	
ibid. 2	
<i>Indictiones</i> territorio impositæ illo deserto ab vniuersitate præstante.	61.1.1
<i>Indictio</i> , apud Gallos <i>Equinalant</i> ,	
quid. 266.1.1 267.2.1 & 269.1.7	
<i>Indictionale augmentum</i> quid. 266.	
2.4	

<i>Ingressus</i> in monastrium liber & spontaneus esse debet.	17.1.1
in <i>Ingressione</i> monasterij, & professione si dolus intervenient, an efficax sit.	ibid. 2.3
Quid antiquitus obseruabatur in ingressione monasterij.	18.2.5
<i>Institutio</i> libelorum nutu facta quando efficax sit.	96. 2. 6, 11, & 21
<i>Intelleximus</i> dicti Pauli 1. Corinth. 6.	
145.2.2, & 11	
<i>Inventarium</i> rerum Episcopi confici debet ab economo, moituo Episcopo.	180.2.5
<i>Judeorum</i> collegio reuinqui potest.	
223.2.7	
An verò singulis eorum.	224. 2.
14, & 19	
<i>Iudeorum</i> licentia degendi in viba Antiocheni.	223.2.8
Illorum secta damnata, & iura eis concessa abrogata.	ibid 9
Eorum conuentus prohibiti.	224.
1.10	
<i>Iudei</i> Hierosolymis expulsi.	ibid. 12
Hodie omni honore priuati sunt, nec admittuntur ad tutelas Christianorum.	ibid. 2.13
Ex causa tolerantia à nonnullis Principibus.	225.2.16
Eiecti sunt ex Gallia.	ibid. 17
Eorum secta damnata.	226.
1.20	
<i>Judex</i> an capere possit munera leuia à litigantibus.	198.2.1, & 2
<i>Juramentum</i> dolo factum remittitur	
	18.1.4
<i>Imamenti</i> vis,	231.1.7
<i>Juramentum</i> dictiones mutabiles immutabiles reddit.	ibid. 2.9
<i>Jus</i> reuectionis.	6.1
<i>Ius</i> accrescendi an locum habeat	
G G g	in

I N D E X

- in contractibus & donationibus. *ibid.* 2.1  
*Ius agendi ad supplementum legi-  
timum an transferat ad extraneos.* 111.2.1, & 3  
*Intra quod tempus peti debet.* 112.1.7  
*Quid in quietela donationis of-  
ficiose.* *ibid.*  
*Quid in legato dotis nomine  
facto à patre filia.* *ibid.* 4  
*Ius redimendi annuos redditus fun-  
dacionis nullo tempore praesciu-  
bitur.* 141.1.1, & seq.  
*Contrarium vide in Ferrerio.* 142.2  
*Justum quid.* 374.2.3
- L.
- L**ais an possit esse officialis Episcopi. 145.2.1, & 9 & 148.1  
*Iudiciale potest Clericos in causis ciuilibus ex permisso Episco-  
pi.* 146.1.3  
Item Assessorem Episcopi, vel alterius iudicis Ecclesiastici. *ibid.* 4  
*Tabellionem item, actuarium,  
seu scribam indicij.* *ibid.* 5  
*Non autem Vicarium Episcopi.* *ibid.* 6  
*Potest esse scriba.* 148.2  
*Laici tempore necessitatis cogi possunt eleemosynas facere.* 314.1.8  
*Legato generali non continentur  
venalia.* 77.2  
*Legatum Deo factum apud Ethni-  
cos.* 81.1.4  
*Legata Ecclesiz.* 90.1.16  
*Integra præstai debent absque  
falcidie detractione.* *ibid.*  
*Legitima quando patri denegetur,*

R E R V M,

- aut matru. 7.1  
*Legitima filii debita.* 57.1 & 58.  
2.7  
*Legitima parentum an minui possit  
fauore pia cause.* 91.1.17  
*An eo intuitu interdicí falcidia,  
vel Trebellianica.* *ibid.* 18  
*Legitima an debeatur liberis post-  
quam pater religionem est in-  
grediens, ante moitem ipsius na-  
turalem.* 211.1.1, & 2  
*An debeatur vino patre.* 211.2.  
6, & 7  
*An si nullum sit statutum, pater  
cogi possit representare legitimi-  
mam filij, & soluere pro eius  
condemnatione.* 212.1.8, & 10  
*Legitima repletio.* *ibid.* 5, & 8  
*Legitima filij an in corporibus ha-  
reditatis peti vel solvi possit in  
pecunia.* *ibid.* 2.10
- Leges enucleatae.*
- Lex quod scitis. C. de bonis que-  
lib.* 4.1.5, & 6  
*I. Deo nobis. C. de Episcop. & Cle-  
ricis. non obseruatur in Gallia.* 29.1.10  
*I. cùm precarium. ff. de precario.* 42.2.9  
*I. hac edictali. C. de secund. nupt.* 56.2.1, & 58.1.5, & 6  
*An locum habeat in substitu-  
tione.* 133.1  
*I. territorium. I. i. & I. qui utilia.  
C. de omni agio deferto.* 61.  
61.2.3  
*I. Locius. & I. si is qui ex bonis ff. de  
vulg.* 65.2.10  
*I. vlt. C. de natural.* 69.2.7  
*I. patie fuioso. ff. de his qui sunt sui,  
vel alieni.* 73.1.11  
*I. i. de verb. signif.* 77.2  
*I. i. C. de facios. abrogata.* 80.1.3  
*I. ex*

**E T V E R B O R V M.**

- |  |   |
|--|---|
| 1. ex his verbis. C. de testam. milit.<br>94.1.4   | I. si quis in principio. ff. de leg. 3.<br>235.2.21,22,& 23                                       |
| 1. 2. C. de necess. seru. ibid.  | I. si quis Curialis. C. de Episc. 320.<br>2.4   |
| 1. qui manus. ff. de testam. 103.1.7   | I. nulla. eod. tit. 328.2.13,& 24   |
| 1. si quis filium. C. de inoffic. 112.<br>2.9  | 1. 2. C. de patrib. qui fil. 372.1.6  |
| 1. siho præteuto. ff. de iniusto. ibid.  | I. in omnibus. ff. de digneis.& temp.<br>377.2.7  |
| 1. ff. de fund. patr. 115.2.8  | I. Centurio. ff. de vulgari. cum I.<br>precibus. ff. de inoffic. donat. con-<br>ciliatur. 387.1.4 |
| I. fin C. de p̄x̄d. dec̄n̄t. ibid.   | I. ancillarum. de pet. hæred. 396.<br>88  |
| I. fin. communi p̄x̄d. 126.1.2   | <i>Libellus</i> quid. 358.1.14,16,& 21  |
| I. qui vxorem. de iniusto. iupto.<br>138.2.3   | <i>Liber</i> an vitam monasticam profi-<br>teii possint inuitis parentibus.<br>20.2.11,& seq.     |
| I. commodis. ff. de re iud. 144.1.6  | An & quando p̄o emancipatis<br>habeantur in Gallia. 74. 1.<br>15                                  |
| I. t̄pendia. C. de execut. rei iudic.<br>144.2.9   | <i>Lingua cordis</i> præco. 97.2.12   |
| I. obligata. C. si antiq. cred. 153.<br>1.3  | <i>Locupletari</i> quis potest cum iactura<br>alterius. 355.1.4                                   |
| I. generaliter. C. de Episcop. 163.<br>2.2   | <i>Lupanaria</i> . 394.1.1  |
| I. p̄x̄diorum. 1.1,& 2. C. si adueſ.<br>cred. I. quia cum alio. de reg. iur.<br>170.1.4,& 5  | Eorum tributa & ieditus ibid.<br>2.2  |
| I. 1. C. vbi pupillus. 171.2.8   | Auther diabolus. 395.2.3  |
| I. 1. C. non habere habitatoib. me-<br>trocōmīx. 174.2.4                                     | Sublata apud Hebreos. ibid.4  |
| lex Papia circa fideicommissum.<br>181.2.6,& 7   | D. Ludovicus Galliarum Rex<br>Iusta interdixerat. 496.2.5   |
| I. venditor. ff. de iudic.& 1. venden-<br>te. C. vbi causa fisci. 183.2.3                    | Iusserat Theodosius Imp. lupana-<br>ria duui. ibid.6  |
| I. plebiscito. de offic. p̄x̄d. & 1<br>solent. de offic. procons. 199.2.3                    | Heliogabalus Imper. lupanaria<br>domi amicis, clientibus &<br>seruis exhibuerat. 397.1.9          |
| I. tale paetum. §. fin. de paet. & 1.<br>Lucius. de hæred. instit. 203.2.7,<br>& 8           | Solon Veneri templum dicavit,<br>& lupanaria instituit. ibid.<br>10                               |
| I. 1. C. de priuileg. cred. I. Impera-<br>tor. ff. de paet. 205.2.4,& 5                      | Lupanaria Tholose sublata & abo-<br>lita. 398.1.11  |
| I. si mors. ff. de don. inter. 208.2.3   |   |
| I. Statius Florus. §. Cornelio Felici.<br>de iure fisci. 211.2.3                             |   |
| I. cui pater. §. hæreditatem de logat.<br>2. ibid.4  | G G g 2 <i>Migifra</i>  |
| I. generaliter. §. eos. ff. de decur. I.<br>cum spadonem. ff. de excus. tu-<br>tor. 224.2.12 |   |

## M.

- M**Agistratus delinquēs in fungendo munere. 198.1.3  
**M**ajor 14. annorum perfedē etatis est, ex consuetudine. 132.1.2  
**M**ancipia inter immobilia computantur. 347.2.12  
**M**anu*hxorum* error. 85.1.9  
**M**ansi, vel dous Ecclesiæ prædia an exempta à tributis. 151. 2.  
  13  
**M**ansus, sive mansum quid. 260.2.  
  38, & 40  
**M**ansum duplex. 261.1.39  
**M**anumissio non est capitis diminutio. 35.2.8  
**M**anumissionis formula. 346.2.6  
**M**aritus constante matrimonio luxuratur confiscationes. 124.1.4  
**M**arrani qui,  
  Cui ita dicti. 276.1.22  
    ibid. 2.23  
  An à successione, vel dignitate  
    arcendi. 276.1.24  
**M**ater auo præferenda. 2.1.1  
**M**atus favor. 2.1.2  
**M**ater que secundò nupsit, aut tutela amittat filiorum, etsi sponsalia contraxerit. 170.1.1, 2, 3, & 6  
**M**ater aut excludatur à legumia. 183.1.1, 2, 3, 4, & 5 ex Ferencio.  
  186.2, & seq.  
**M**atu*e*gestate laboranti succurrendum est, & substitutus ad id cogendus. 276.1.25  
**M**atricularij qui. 134.1.1  
  Illorum manus quod. ibid. 2.3,  
  & 15  
  An numerandi inter Ecclesiasticos. 135.1.4, & 6  
**M**atriculariorum electio, & iuramentum. ibid.2.10  
**M**atricularius unde dictus. 136.

- 2.16  
**M**atricularij laici an allegate possint possessionem & prescriptu-  
nem immemoralem recipien-  
di partem decimatum in paro-  
chia vna cum Rectore, ad im-  
pendendum pro fabrica Eccle-  
sie. 137.1  
**M**atrimonium per verba de præsen-  
ti matru consensu dissoluti pos-  
tent ex dispensatione Pontificis.  
  157.2.6  
**M**atu*en*ses, vide *Eques*.  
**M**embri mutilatio. 102.2.6  
**M**endicantes Monachi an se & bona sua monasterio dedicent. 26.  
  2.2  
**M**endicantes qui. ibid.3  
**M**edicantibus cōnumerantur Fran-  
ciscani, Dominicani & Carmelitæ; nem Eremitæ S. Augustini. ibid.  
**M**endicantium bona ad quem per-  
tineant. 27.1.4  
**M**endicantes bona immobilia pos-  
siderne non possunt. ibid. 2.5  
  Illa vendite tenentur, & con-  
uertere in alimenta. ibid.  
  Hodie possident, ex Concilio  
Tridentino. 28.1.6  
**M**endicantibus an legati quid, &  
  relinqui possit. ibid.  
**M**endicantibus non licet transire  
in alium ordinem. 282.2.3  
**M**endicatus professio an iusta sit,  
  & pia inter Christianos. 38.  
  1.12  
**M**etrocomia quid. 175.1.5  
**M**etropolitanus unde, & quis. 179.  
  1.10  
**M**etus quando non nocteat. 19.1  
**M**iles an hæredem instituere mutu-  
possit. 96.1.2, & 10  
De

*E T V E R B O R V M.*

De muto milite. <i>ibid.</i> 3. 14,	alius ex parentibus & consanguineis testamento illos instituat. 29.1.1.1
& 20	
Miles testari per notas potest. <i>ibid.</i> 2.4	
<i>Minimorum</i> ordinis an transfire possunt in alium ordinem. 184. 2.4	
<i>Minor</i> an & quando prouocare possit ad divisionem. 129.1.1, & 6 348.1.1, 4 & 5	
De iure Longobardorum quid. <i>ibid.</i> 2.7	
Minori curator datur ex causa. 132. 2.4	
Minores de Obseruantia possunt dñe non possunt bona immobilia. 28. 1.6	
<i>Mura</i> quid. 331.2.10	
<i>Mobilia</i> , vel fructus immobilium emtori adquiruntur ante redemtionem rei venditæ. 123.1.1	
<i>Molineti</i> lapsus. 115.1.6	
<i>Monachatus</i> substantiae que. 42. 1.7	
<i>Motacismus</i> vtrum sit capitis diminutio. 35.2.7	
<i>Monachi</i> professionem facturi etatem legitimam habeant. 14. 2.1	
Qui in insulis degunt quoꝝ etate recipi debeant. 15.1	
Monachorum vita Angelica. 17. 2.2	
Monachi vtrum subuenire patientibus & propinquis indigentibus debeant. 21.2.12	
Monachus non dicitur ante professionem. 24.1.6	
Monachum facit professio, non cullinga. <i>ibid.</i>	
Monachi professi non succedunt patentibus ab intestato in hoc regno Francie. 28.2.9	
q. Sacerdotes possunt si pater vel	
avli	
	Quid huiusmodi obseruetur in Sabaudia. 33.1
	Monachi in potestatem Abbatis transeunt. 34.1.2
	Seu dicuntur. <i>ibid.</i> 3
	Ius legittimarum hæreditatum habent. 35.2.8
	Monachus bona aliqua sibi retinere potest tanquam peculium. 40.1.1
	Non eximitur à votis substantiibus per dignitatem Episcopalem. 45.1.1
	E iscopus factus deferre debet habitum monachalem. <i>ibid.</i>
	An sit excommunicatus si habitum monachalem dimittat. <i>ibid.</i>
	Quod si post adeptam dignitatem aliquid adquisierit, an de bonis quæstis disponere possit, & cui in euentum illa adquirantur. <i>ibid.</i> 2.2
	An liberetur à iurisdictione Abbatis. 46.2
	Non potest transfire ad vitam Eremiticam sine licentia superioris. 50.1
	Monachi Columnarij. <i>ibid.</i>
	Monachus nemini loquuntur intra sexaginta annos, nec à quoquam conspectus. <i>ibid.</i> 2
	Monachus ante testari possit ex indulgentia Pontificis post emissam professionem. 51.1, & seq.
	Monachi etiam admittendi ad tutelam legitimam. 164.1.6, & 7
	Monachus an reuocare possit testamentum facta professione. 208. 2.1
	Monachi tonderi soliti. 332.2.16
	G G g 3 Mona

*I N D E X*

Monachorum genera in *Egypto.*

- 359.1.8
- Ahbi, ibid. 2.9
- Eoium vita, 358.1.11
- Professiones, ibid. 1.2
- An post professionem retineant libellum, vel Precarium.  
ibid. 1.3

*Monasterio* non adquiritut blanditiis & falsis inductionibus. 20. 1.8

Monasterium an habeatur loco filij. 209 1.1, & 2

Monasteria duplicita quæ. 336. 1.5

Monasterium quid. ibid. 2.8

Monasteria à cœnobij distinguntur. 358.1.1

Monasteriorum institutio. ibid. 2. Conuersatio & institutio. 359. 1.5

*Moriales* in monasterio se contineant, nec quisquam in id ingrediatur. 335.1.4

*Monitoria* ad quid danda. 354.2.1, 2, 3, & 4

An pro rebus immobilibus. 155.1

An pro censibus, & redditibus.  
ibid.

*Moriens* adoptari cupiens in familiam D. Francisci, vel D. Domini, aut alicuius alterius, & eius habitu post mortem sepehui, an pro ingresso habeatur in monasterium. 24.2.10

*Mulier* quæ intra annum luctus nubit, priuatur successione matiti, etiam si minor sit. 158.1

An penæ sublatæ. ibid.

Mulieres ordinari non possunt, & esse inter laicos, etiam Diaconissæ. 327.1.17

*Munera* quotuplicia. 149.1.1 &

*R E R V M,*

242.2.1

Munera ob nuptias, vel filiorum nativitatem præstata. ibid. 2. 3, & 5

Ecclesia quatenus exempta à munibus. 150.2.8

Munera extraordinaria quæ. 243. 1.1, & 7

Quæ ordinaria. ibid.

*Munus* delinquens. 984.1.13

Mutus & surdus à natura testari prohibentur. ibid. 1.5

Excluduntur à successione feudi. 132. 1

N.

*N* *Affa* verbum. 275.2.8

*Natalitia* & nuptiarum dona quæ. 243.2.8

*Naturales* & spuri, siue nothi iure Pandectarum succedebant matris tam ex testamento, quam ab intestato. 63.2.1

Habebant querelam inofficiis. 64.1.2

Non succedebant patri ab intestato. ibid. 3

Num eodem iure Pandectarum pater filios naturales instituere, vel eis legare, aut donare poterat. ibid. 4

Naturalibus relinqu potest ex testamento, vel contractu. ibid. 5

Apud Græcos ad mille drachmas nothis relinqu poterat. ibidem.

Nec minus in honore erat quam legitimi. ibid.

Iure Pandectarum bonorum paternorum incapaces sunt. ibid. 2.8.

Nec institui possunt, vel iis ali quid donari. 65.1.9

Plus

Plus cedetur naturalibus ex confortus seruorum, quam iis qui ex concubinis.	<i>ibid.</i> 21
Valentinianus, Valens & Gratianus naturalibus donatè concedebant patribus.	<i>ibid.</i> 212
Totam substantiam naturalibus relinquere ex constitutione Iustiniani licitum, si non extant legimi.	<i>ibid.</i> 13
Vnciam, si extent.	66.1.14
Ab intestato in duabus succedebant vncus.	<i>ibid.</i> 15
Non habebant quem elam in officiis, vel bonorum possessionem contra tabulas.	<i>ibid.</i> 16
Nec actionem ad petendum partem aliquam bonorum parentium, alimenta tamen, officio iudicis.	<i>ibid.</i> 17
Matti succedebant sive extent legiti, sive non; & inancem mater naturalibus.	<i>ibid.</i> 2.19
Testamentum matris impugnare naturales possunt.	<i>ibid.</i> 20
Secus in matre illustri, cui succedere non possunt.	<i>ibid.</i> 21
Fiatres sive naturales omnes, si ne aliqui sint naturales, aliqui vero legitimi, an & quando inter se succedant.	<i>ibid.</i> 22
In Galia naturales nullo modo patiti, nec etiam matris succidunt.	67.1.23
Nec frater fratti, vel cognato ab intestato.	<i>ibid.</i> 24
Nepos legitimus ex spurio an institui vel substitui possit ab auo.	69.1.5, & seq.
Nepos ex filio de restituendo granatus an satisfacie cogatur, vel fructus imputari in Trebellianam	373.1.1, 2, & 4
Nerua Imp.	308.1.2

Nicolaus Boetius explicatu in cōl.	
4.119.2.12	
Nobiles qua ratione teneantur conferre taleas.	261.2.40
Nominationem utrum Rex habeat in monasteriis femininarum.	336.1.7
Nonne, Gall. Nonnains, & Canon ex quid.	330.2.6
Notre quid.	98.2.16
Titum notis certasse cum amienibus.	<i>ibid.</i> 17
Notarius.	98.2.17
Vnde dictus.	99.1.18
Notarii stipulati possunt.	339.2.4, & 6
Servi ne fuerint.	<i>ibid.</i> 3
Notariorum genera.	<i>ibid.</i> 7
Notarii in certo loco constituti a contractus confidere extra locum possint.	343.2.13
Noibi, vule Naturales.	
Nouellarum Iustiniani intellectus.	
Nouelle 39.	9.2.3
Nouell. 104.	10.2.4
Nomini si moriatur ante professionem, cui beneficia illius deferenda.	23.2.5
An numerandus inter Ecclesiasticos ante professionem.	24.2.9
Nobis non sunt Monachi propriæ loquendo.	43.1.1
Nuptiarum dona quæ.	243.2.8
Nuptiæ prohibitaæ quæ hodie permittit.	400.2.4, & 5
Nuptiæ secundæ, vide Secunda nuptiæ.	
Nun an institui hæres possit à militi.	96.1.2, & 13

I N D E X

O.

- O** Be diemua vittus. 34. & seqq.  
visque ad 36  
**Oblatus** & conuersus differunt.  
32.1  
**Oblatorum genera.** ibid.  
**Oblato quid.** 267.2.1  
**Oblatio antiquorum quid hodie.**  
268.2.6  
**Obsequia & securia beneficatio**  
præstata, an remunerari possint  
ex bonis Ecclesie. 350.2.5, & 9  
**Ordo sacer dupliciter dicitur.** 328.  
1.19  
**Ordines sacri quot.** ibid.20  
**OEconomi à matriculatiis differunt.**  
136.1.13  
**OEconomus quis.** 179.2.1  
Ex Clero constitui debet. 180  
1.2  
**Quando præfici.** ibid.2.4  
**Inuentarium conficeat tenetur**  
rerum Episcopi, illo mortuo.  
ibid.5  
**Mos hodiernus quæ OEconomum.** ibid.6  
**Officia possunt diuidi.** 143.2.5  
**Officialis potestas.** 147.1.10  
**Ozigen, vox Babylonica quid.** 108.  
1.15  
**Operarij qui.** 134.2  
**Operarum species.** 288.1.10  
**Ordinem Mendicantium professis**  
non licere transire in aliud ordi-  
nem. 282.2.3  
**Ordinis Minimorum qui sint an**  
transire possint in aliud ordi-  
nem. ibid.4

P.

- P** Acis causa conuentio facta in  
præiudicium tertij. 290.1.8

R E R V M,

- Paganis singulis utrum relinqui**  
possit. 225.2.13  
An possint institui. ibid.18  
**Palinodia, vide Erranda, & Satisfa-**  
ctio.  
**Panes ciuiles quid.** 192.2.5  
**Papa in voto dispensare potest.**  
292.2.3  
Et cum bigamo. ibid.4  
Super usus. ibid.5  
In quibus à lege diuina prohibi-  
tis. 293.1.7  
Non potest dispensare in iis quæ  
sunt iuri diuini. ibid.8  
An dispensare possit in votis  
continentia & paupertatis.  
296.2.14  
An in gradibus à iure diuino  
prohibitis. ibid.15  
An derogare iis quæ sunt iuri  
positum etiam sine causa. 301.  
1.19  
Non potest dispensare sine causa  
super his quæ sacris Concilii  
statuta sunt. 302.2.23  
§. Consequens de hered. ab intest.  
3.1.4  
§. OEconomos. Nou.de sanctissim.  
Episc. 136.1.12  
**Parangarie quid.** 288.2.13  
**Parentum legitima utrum manu**  
possit ex fauore piaæ cauæ. 91.  
1.17  
An eo intuitu interdici falcidia,  
vel Trebellianica. ibid. 18  
**Patens an filium onerare fideicom-**  
missio possit quem prius factis  
dotalibus scripsit heredem. 384.  
1.3  
**Pastelli & pastus quid.** 192.2.7  
**Pater anno præfertur.** 2.11  
**Pater qui bona sua dissipant, an**  
eogi possit ut quedam secernat  
pro alimentis & legitima filio-  
rum.

F T V E R B O R V M.

- |  |       |  |
|--|-------|--|
| rum.   | 213.2 | pœnæ constitutæ sint. ibid 7   |
| <i>Patria</i> potestas apud Gallos. 72. 2.8<br>371.2.5   |       | Quid si pœna iuris Pontificij sit<br>sufficiens, & similis pœna le-<br>gali ; an secularis amplius<br>vendicet. 272.2.12 |
| <i>Patiarche</i> , Primates & Archiepi-<br>scopi inter se differunt. 177.1.1                                   |       | <i>Pœnitentia solemnis</i> an impom po-<br>lit Presbyteris. 116.1.2, & 7   |
| <i>Patriarcharum</i> numerus. ibid.2   |       | <i>Pœnitentia publica</i> alia solemnis,<br>alii non solemnis. ibid.2.7  |
| <i>Patriarcha</i> Constantinopolitanus.<br>ibid.3  |       | <i>Pœnitentia</i> locus meretricibus re-<br>cipientibus constitutus. 398.1.<br>12  |
| <i>Patriarchatus</i> ius quibusdam sedi-<br>bus Episcoporum vel Archiepi-<br>scoporum tributum. 177.2.4        |       | <i>Pons</i> sacer Tyberis. 275.1.4   |
| <i>Patrimonium</i> publicum an alienari<br>possit. 379.2.12  |       | <i>Pontium</i> reparatio veteibus ma-<br>xime cordi fuit. 276.1.10   |
| <i>Patronus</i> an clienti tuitionem ne-<br>cessariam debeat, &c ad eius pa-<br>stationem cogi possit. 140.1.5 |       | Numeratur inter pias causas.<br>ibid.11  |
| <i>Paulus</i> primus Eremita. 49.2.4   |       | <i>Pontium</i> restauratio utilis. ibid.<br>2.13   |
| <i>Peculum</i> castrense & aduentuum<br>an conficeretur ob delictum filij.<br>212.1.9                          |       | <i>S. Pompilius</i> potestas circa votum<br>continentiae. 51.2.1   |
| <i>Pecunia</i> destinata in emptionem<br>preditorum, an sit mobile quid,<br>vel immobile. 190.1.1, & 2         |       | Poteat legibus solvere , piater<br>articulos fiduci. ibid.   |
| <i>Pedagia</i> , &c salinaria. 376.2.3   |       | Cum secundo dispensare potest,<br>cum consensa Abbatis. 52.<br>1.3   |
| <i>Pensionum</i> onus. 347.1.9   |       | Pontifices unde dicti. 274.2.3, 5,<br>& 9  |
| <i>Peregrinantes</i> à peregrinis differunt,<br>& institui possunt. 175.1.7                                    |       | <i>Pertio</i> minor (de qua in hac edi-<br>ctali. C. de secund nupt.) quid.<br>56.2.2                                    |
| <i>Permissio</i> Principis an possit appell-<br>ari amortizatio. 83.2.7  |       | An referatur ad legitimam. ibi-<br>dem 3   |
| <i>Petitorum</i> rei spiritualis. 200.1  |       | <i>Pessefforum</i> rei spiritualis. 200.1  |
| <i>Petrus</i> Iacobi refellitur. 87.1.11   |       | <i>Peste</i> quid. 287.1.4   |
| <i>Pignus</i> in re aliena fieri non potest<br>inuito domino. 9.1.2  |       | <i>Postarium</i> primus institutor in Gal-<br>lia quis. ibid.5   |
| <i>Placilla</i> Theodosij Magni Imperat.<br>vxor. 309.1.8  |       | <i>Præbendarum</i> fructus diuidi pos-<br>sunt ex causa. 143.1.2   |
| <i>Pana</i> perpetui carceris capitalis<br>est. 102.2.4  |       | Et augeri eorum numerus. ib.3  |
| Grauior mortis pœna. ibid.   |       | Pares sunt , nec antiquæ maiores<br>nouissimis. 143.1  |
| Pœnâ alternatiuè impositâ , electio<br>penes iudicem est. 270.2.3, & 4   |       | <i>Predus</i> desertis , aut dirutis , quis<br>portionem deficientium ferat,   |
| Pœnâ duplici impositâ , utique reo<br>pendenda est. 271.1.3  |       | HHb 61.  |
| Et incipiendum à leuiore. ibid.6   |       |  |
| Quid ubi diversis iuribus variae   |       |  |

*I N D E X R E R V M,*

61. i. 1	seculari præscriptione, exilio & bannimento. <span style="float: right;">ibid. 2.6</span>
Prædia Ecclesiæ an à collectis libera- ta. 150.2.9,10, & 11.252.1.35, & 36	
Prædia mansi vel dotis Ecclesiæ an exemta à tributis. <span style="float: right;">151.2.13</span>	
Prædia in fiscum transferuntur ob cessationem tributorum. <span style="float: right;">267.1</span>	
Præiudicia quibus domini pecu- niā exigunt dum filia, vel filiae nascentur. 150.1.6 & 244. 2.14	
In his casibus pecunia coniuncta etā præstari debet. <span style="float: right;">150.2.7</span>	
Prælati, vel Rectoris delictum an noceat Ecclesiæ, & ob eam cau- sam res Ecclesiæ confiscari pos- sint. <span style="float: right;">183.1.1, &amp; 4</span>	
Prælatus feudo priuatur propter a- liquod admissum. <span style="float: right;">284.1.3</span>	
Prælati culpa non officit Ecclesiæ in committendo. <span style="float: right;">285.1.5</span>	
Premiorum commoda. <span style="float: right;">144.2.8</span>	
Prescriptio decimæ. <span style="float: right;">188.2.4</span>	
Prescriptio centum annorum. <span style="float: right;">376. 1.2</span>	
Prescriptio aduersus Ecclesiæ. <span style="float: right;">377.5 &amp; 380. 1.14</span>	
Prescriptio in censi, tributo & a- liis que referuata sunt Princi- pi. <span style="float: right;">ibid.6, &amp; 7</span>	
Præscribi non possunt quæ sunt iu- ris publici. <span style="float: right;">378.1.8</span>	
Nec vñscapi. <span style="float: right;">379.1.11</span>	
Nec etiam res sacræ. <span style="float: right;">ibid.10</span>	
Præfides & Consiliarij an teneantur conferre taleas. <span style="float: right;">263.1.41</span>	
Precaria quid. <span style="float: right;">358.1.15</span>	
Duplex est. <span style="float: right;">360.2.22</span>	
Presbyter vtrum condemnari ad tri- remes possit. <span style="float: right;">109.1.19</span>	
Presbyteri an condemnari possint à iudicibus laicis ad emendam honorablem. <span style="float: right;">118.1.1, &amp; 5</span>	
Presbyter multari solet à iudice	
	seculari præscriptione, exilio & bannimento. <span style="float: right;">ibid.2.6</span>
Presbyteri & Diaconi tutelæ mu- nere fungi possunt ratione co- gnationis. <span style="float: right;">163.2.1</span>	
Presbyter quid. <span style="float: right;">323.2.7</span>	
Presbyterorum coniugium Eccle- siæ Orientalis, & Occidentalis. <span style="float: right;">325.1.13</span>	
Presbytera proxoie Presbyteri, vt Episcopa pro vxore Episcopi. <span style="float: right;">324.1.11, &amp; 12</span>	
Primalis iurisdictio, ex Ferrerio. <span style="float: right;">179.1</span>	
Principes an derogari possint testa- mentis priuatorum, & ultimis voluntatibus. <span style="float: right;">291.1</span>	
Andispensare contra legem. <span style="float: right;">292. 1.2</span>	
An contra ius naturale. <span style="float: right;">297.1.16</span>	
An derogare iuri Gentium pos- sunt. <span style="float: right;">298.2.17</span>	
An iuri clivii. <span style="float: right;">300.2.18</span>	
Princeps an legibus sit solutus. <span style="float: right;">301. 1.2.1</span>	
Non potest sibi legem impone- re, à qua recedere ei non li- ceat. <span style="float: right;">302.1.22</span>	
Privilégia quibus proficiant. <span style="float: right;">279. 2.1</span>	
Priuilegia antecessorum an reuoca- ri possint à successoribus. <span style="float: right;">289.1. 1,5,6,7,10,11, &amp; 12</span>	
Priuilegium reuocare ipse Princeps potest qui concessit. <span style="float: right;">ibid.4</span>	
Procurator Regius persequitur bo- na Mendicantibus relicta. <span style="float: right;">28.1.7</span>	
Procuratores Parlamenti an excu- sentur à tutelis. <span style="float: right;">121.1, &amp; 2</span>	
Non excusantur à subsidiis <span style="float: right;">ibid.3</span>	
Professe unde dictæ. <span style="float: right;">325.2.14</span>	
Professio alicuius religionis qua- estate fieri hodie debet. <span style="float: right;">35.1</span>	
Quatra quod tempas olim & ho- die. <span style="float: right;">35.1</span>	

*E T Y E R B O R V M.*

<i>Die.</i>	16.2	
<i>Professio metu, vel dolo, aut fraude facta.</i>	18.1.4	quæ aliunde obuenestint. 3.
<i>Professio necessaria Monacho.</i>	23. 1.1	1.4
<i>Professionis forma.</i>	ibid.2	<i>Domino præfetur in plexisque provinciis Galliæ , extante consuetudine protimis eos.</i>
<i>Professio mandari scriptis debet.</i>	ibid.3	204.1.1
<i>Professione omissa non censentur Monachi de iure bona sua conferasse, &amp; sic testari possunt.</i>	23. 2.4 & 24.1.8	<i>Quid ubi consuetudo non extet.</i> ibid 2,&c seq.
<i>Cui bona post mortem illius deferenda sint.</i>	23.2.3	<i>Puberi egresso, ex pubertate curator dari potest.</i> 132.2.5
<i>ante Professionem nemo dicitur Monachus.</i>	24.1.6	<i>Pueri non velantur insciis patribus , ex constitutione Caroli Magni.</i> 21.1
<i>Nec bona amittuntur.</i>	ibid.2.7	<i>Pueri non tonsurantur sine voluntate parentum, ex eadem constitutione Caroli Magni.</i> ibid.
<i>per Professionem intelligitur persona &amp; bona consecrata monasterio.</i>	26.2	<i>Punigus in foro Ecclesiastico , an multari iterum possit in foro seculari.</i> 271.2.8,9,&c 10
<i>Professio ita facta ut bona vel partem eorum sibi retineat Monachus, an valida sit.</i>	40.1.2 & seqq.	<i>Pupillorum educatio.</i> 171.1.7,& 9
<i>ante Professionem egrediens è monasterio bona sua recuperat.</i>	43. 1.2	
<i>Secus si post emissam professio nem.</i>	ibid.3	
<i>Quid si ad aliud monasterium transeat cum autoritate superioris, vel Pontificis.</i>	ibid.2.4	<i>R. Atis quid.</i> 108.1.16
<i>Si ob culpam Monachi translatio fiat in aliud monasterium quid.</i>	ibid.3	<i>Reffor Ecclesiæ quo iure gaudear.</i> 114.1.8
<i>Pronomen, meum, declaratur.</i>	75.2.2	<i>Redimendi exceptio perpetua.</i> 241. 1.1
<i>Profeslyi qui.</i>	227 1.2.5	<i>Reditus fundiarij.</i> 156.1
<i>Protostamines.</i>	176.2	<i>Reditus fundiarij &amp; volatiles.</i> 193. 1.10,11,12,& 13
<i>Pronocare licet ab Academia tanquam ab abusu, ubi imperitum aliquo gradu donauerit.</i>	281.1.2	<i>Relida à fratre vxoris suæ , an duci in vxorem possit.</i> 183.1.1
<i>Proximior in gradu præferendus in successione ab intestato.</i>	2.1.1	<i>Relictus sororis an ducere possit relictam fratris.</i> ibid.
<i>Remotiores excludit in bonis</i>		<i>Religionis perfectio.</i> 34.1.1 Fauor. 131.1.5
		<i>Rerum mobilium dominium ad quem spectet.</i> 123.1.2
		<i>Rei dotalis alienatio quemodo fieri possit.</i> 129.1.5
		<i>Res sacræ nec alienari , nec praescrivi possunt.</i> 379.1.10
		<i>Resdomaniales alienai nec à Re-</i>
		<i>H H h 2 ge</i>

I N D E X

ge possunt.	ibid. 2.12
Rei dominalis possessio.	380.1.13
Res ipsa contra leges.	292.1.1
Rex non potest usurpare aliquid de Ecclesia iure prælationis.	114.2.1
Non potest retinere feuda confiscata.	ibid. 2
L' unita ut num 3.	
Retinere potest feuda regalia & nobilia quæ dignitatem habent.	ibid. 4, & 7
Item ea quæ sunt de domino.	ibid. 5
An posse præscribere & posside re decimas.	116.1.1, & 2
Rex Gallia meiè est laicus, et si christiane vñctus.	117.1.4
Reges Gallorum non accipiunt pueras curatores.	132.1.3
Rhady, vide <i>Equestris</i> .	
Robertus Gallorum Rex.	309.2.12
Romanus fallitur.	95.1

S.

<b>S</b> acerdotes in patrimonialibus isdem porruntur priuilegii, quibus & ceteri.	131.1.1
Successionum capaces sunt ibid. 3	
Filios excludant masculos.	ibid. 2.7
Sacra pecuniae ratio cui reddenda sit.	134.2.2
Sacrae fabricæ cui.	135.1.7
Illius quarta pars olim Pontificibus concessa.	ibid. 5
Si his ostiatur de ratiociniis pecuniae impensa in usus sacros, enaus sic cognitio.	ibid. 2.9
Cuius, si de ratiociniis sacrae fabricæ.	ibid. 14, & 15
pro Sacramentis Ecclesie an quid exigi possit à Clericis.	172.2.1,

R E R V M,

& 2	
<i>Salaria</i> quid.	192.2.6
<i>Salmaria.</i>	376.2.3
<i>Saluagardia.</i>	139.1
<i>Sanctimonialium institutio.</i>	331.1.7
Sanctimoniales tendendi mos.	332.1.14
Sanctimoniales qua xitate profisionem faciant.	333.1.17
<i>Sanguis</i> occisi an comparente occiole refluat, indéque decepsenda sit quæstio.	165.1, & seq.
<i>Satisfactionis</i> mos apud antiquos.	120.1.14
<i>Secretary</i> & notarij secretorum.	339.2.8
in <i>Secundis</i> nuptiis quid spectandum veniat.	399.1.1
<i>Securitas.</i>	139.2.1, & 2
Eius subdiuisio.	140.1.3, & 4
<i>Sedes</i> Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriatum & Patriarcharum.	175.2
<i>Sedes Tholosina</i> in Archiepiscopatum electa à Ioanne XXII.	178.1.6
<i>Sementia</i> ubi plures, vel paues, quid statuendum sit.	167.2
Obseruandum quod numero plures statuant.	ibid. 1
Quid antiquitus obsernatum in Gallia.	ibid. 2
Quid hodie.	168.1.3
Quid recentius.	ibid. 4, & 6
Recentissimum quid ibid.	2.7
Vide <i>Fetierium</i> ibi in seq.	
pro <i>Sepultura</i> an quid exigi possit à Clericis.	172.2.1, & 2
<i>Sepultura</i> cura.	352.1.12
<i>Seruum</i> Monachus fieri non potest sine consensu domini.	20.1.8
Nec Clerus.	ibid.
Serui & captivi heredes possunt inflatus.	28.1, & 29.1.11
	Ius

E T V E R B O R V M.

Ius Imperatorum & Principum tam olim , quām hodie in seruos quod.	345.2.4	<i>Subdui</i> quandoque cogi possunt subuenire domino proficisci ent Hierosolymam deuotionis causa.	248.1.21
Sacri adscribuntur in Cleum inuitato domino.	346.1.5	<i>Quando</i> in quatuor casibus , ēs quatuor cas.	ibid.1.25
Seiuornia alijs fiscalium, alijs Ecclesiastici sunt.	347.1.8	<i>Substitutio</i> de casu ad casum protrahitur.	202.2.1
Seruus hodie nulla apud Christianos.	347.1.10	Vtūm de persona ad personam.	ibid.2.3,4,5,& 6
<i>Silentiary</i> à superindicto eximuntur.	266.2.8	<i>Substitutio</i> pupillaris an sit intra annos pubertatis matie superstite.	386.1.1
Societas an & quando dissolui possit.	129.1.4	<i>Succedere</i> ne possit pater aut mater secundò nubens filio absque liberis mortuo.	54.2.1
<i>Speculator</i> falsus.	231.1.8	Quid si extent liberi ex alio matrimonio , cum matre quā secundò nups erit.	55.1.3
<i>Sponsi</i> , an , mortuo sponso, lucetur augmentum dotis per verbum de praesenti.	156.2.1,& 3	<i>Successori</i> nec Imperator , aut Res imponere legem potest.	289.1.3
<i>Sponsalia</i> non sunt proprie nuptiae.	157.2.4	An tenocare possit priuilegia indulta Ecclesias.	290.2.11
<i>Spiriti</i> non succedunt patii ex testamento , vel ab intestato, nec etiam ex contractu.	68.2.1	Vel concessā non subiectis.	ibid.12
A nothis & naturalibus differunt.	69.2	<i>Successor</i> cogi potest æs alienum soluere.	351.1.6
Apud Gillos non differunt quo ad successionem.	ibid. 4,& 8	Et mereedem dare famulis defuncti.	ibid.7
<i>Spiritus</i> pio vulgo quæsito frequenter sumuntur.	ibid.3	<i>Superindictum</i> quid.	266.1.2
<i>Statuum</i> quo maritus lucratal dote , an locum habeat in dote p̄missa , & mulier quæ dotem promisit , nec soluit , lucretur augmentum	144.2.1	Intra extraordinaria munera numeratur.	ibid.2.5
Quid si statutum mentionem faciat de dote data , vel recepta.	ibid.2,& 3		
Si atutum ut fructus beneficiorum primi anni , aut alterius temporis , ex quo vacauerint , cedant Capitulo , vel hereditibus , an sit esticax.	200.2.1,& 2	T.	
<i>Stipendia</i> diuidi possunt ex causa.	143.1.1	<b>T</b> <i>Abellio</i> falsi damnatus in officio.	198.1.2
<i>Stylus</i> .	50.1	Tabelliones qui.	339.1.1
		Tabellionū munus an vile.	340.1.9
		Infames an possint esse tabelliones.	ibid.2.10
		Cui ius creandit tabelliones competit.	ibid.11,& 12
		<i>Tabularius</i> , vel Tabellio quis.	99.1.

*I N D E X*

- Tabularius & Tabellio differunt. 339.1.2  
 Paſſim tamen vnuſ pro alio uſur-  
 patur. ibid.3  
*Talea* in quatuor casib⁹ exigantur  
 in Gallia. 149.2.4  
*Talea*, ſine collecte an ſint munera  
 ordinaria, ſine extraordianria.  
 250.1.19, & 32  
 Ecclesiā an immunitis ſit à taleis.  
 ibid.30  
*Talea* quid, & vnde. ibid.2.31  
*Talea* diuerſimodè pŕtantur pro  
 consuetudine loci. 251.2.33  
 Non impetrando, ſed poſtulan-  
 do. ibid.34  
 Prædia Ecclefiax utiū libera à  
 taleis. 252.1.35, & 36  
 Ecclefia bona immobilia non  
 eximuntur à taleis. 254.2.37  
 Nobiles Gallæ qua ratione te-  
 neantur cōferent taleas. 261.2.40  
 Praefides & consiliarij quid. 263.  
 1.41  
*Templo* confeſcandi ritus. 85.2  
*Tempus* longum vel modicum quo  
 ſpatio definiiri debeat. 193.2.14  
*Terres qui font en friche.* 62.2  
*Testamentum* mutu factum ob fau-  
 rem pīe cauſe. 96.1.1  
 Naru hæredem iſtituere miles  
 potest. ibid.2 fallit num.10  
*Testamentum* quid. 97.2.11  
*Testamentum* nullum præteritione  
 poſthumi conaſcitur mortuo  
 poſthumo, patre ſuperbito. 138.  
 1.1, & 4  
*Testamentum* quod quis fecit ante  
 ingressum monaſterij, an per in-  
 gressum reuocetur. 152.1.1  
 Quando heres illius poſſit pete-  
 re hereditatem. ibid.2  
 Filij quando legitimam. ibid.2.3  
*Testamentum* ſolemne an reuocari

*R E R V M,*

- poſſit per aliud non ſolemne.  
 160.2.1, 2, 3, & 4  
*Testamentum* Monachi factum an-  
 te pŕfessionem in gratiam ex-  
 tranei, an iruitum fiat illius pro-  
 feſſione, & bona eius monaſte-  
 riuſ querantur. 206.2.1, & 2  
*Testamentum* mutale, & reuocare  
 testatori liberum. 229.1.1, & 2  
 Quid ſi *testamentum* confirma-  
 tuſ fuit à Pīncipe, muta-  
 r que prohibitum, an nihil o-  
 minus reuocari poſſit. ib.2.4  
 Licet testatori *testamētum* ſuui  
 reuocare, etiamſi iurauerit  
 ſe illud nō reuocaturum. 230.  
 2.5, & 6  
 Quid ſi testator ſoueat ſe *testa-*  
*mentum* non reuocaturum  
 232.2.10  
 Quid ſi donet omnia bona in  
 cauſa quo reuocabit *testa-*  
*mentum*. ibid.1.1  
 Quid ſi diſpōſitio fiat in fau-  
 tem pīe cauſe. ibid.1.2  
 Quid ſi partem bonorum donet.  
 233.1.13  
 Nemo poſteſ ſibi legem im-  
 poñere vt non liceat legata reu-  
 ocare; vel ſepulturam mutare.  
 ibid.2.1, 14, & 15  
*Testamento* futuro derogatur tri-  
 plicerit. 234.1.17  
 Nemo poſteſ ſibi legem im-  
 poñere, ne poſſit *testamentum*  
 facere. ibid.2.1.8  
 Quid ſi quis derogauerit futuro  
*testamento*, niſi in eo totum  
 inſeratur Psalterium. ibid.19  
 Prius *testamentum* quatenus re-  
 uocetur per posterius. 236.1.2.4  
 In quibus casib⁹ posterius *testa-*  
*mentum* pŕualeat priori. 240.  
 2.28

*Theodosius*

*E T V E R B O R V M.*

<i>Theodosius</i> Imp. idola Alexandrina Christianis donauit in vsls egenorum.	308.2.6	Vasallus an testari possit ante professionem, & dicare bona feudalia monasterio, vel alicui Ecclesiae.	
<i>Therapentarum</i> ac <i>Therapentidarum</i> dux & author quis.	358.2.3, &c 4	361.2.23	
<i>Tiberius</i> I. I. Imp.	308.2.7	<i>Velum flamineum</i> quid.	332.1.11
<i>Tinus</i> notis certauit cum amanuensis.	98.2.17	<i>Velamen</i> quomodo imponere habeat.	<i>Ibid.</i> 13
<i>Tundus</i> libellarius pro emphyteutico.	358.2.18	<i>Verborum emendatiōnē</i> vis.	92.1. 1, &c 6
<i>Tondendi</i> mos.	332.2.14	<i>Verba</i> , <i>prout</i> , <i>secundūm</i> , & <i>similia</i> quid denotent in confirmatione priuilegiorum & rescriptorum.	306.1.8, & 9
<i>Tonderi</i> solebant etiam Monachi.	<i>Ibid.</i> 2.15	<i>Vicarium</i> & <i>officialis</i> differunt.	146. 1.7
Et virgines vestales.	<i>Ibid.</i> 16	<i>Viduae</i> aliae alumnae, aliae ministrantes antiquitus fuere.	321.1.1
<i>Tonsura</i> Monachorum qua astate fieri debeat.	16.1	<i>Viduae</i> viuunt, non quæ s̄epiu nupserunt, sedem Ecclesiasticam merentur.	322.1.2
<i>Tributum</i> quo quis eximitur à l'um cipe an aliis ciubus oneri esse debeat.	59.2.1	<i>Viduae</i> ministriantes.	323.1.4
<i>Tributorum</i> genera.	149.1.2 & 143.2.6	<i>Viduae</i> presbyteræ.	<i>Ibid.</i> 2.6
<i>Tributo</i> onerate vtrum liceat dotandæ filiæ causa.	244.2.13	A Diaconis differunt.	324.1.8
Mos antiquorum in dotandis si habus.	<i>Ibid.</i> 14	<i>Viduae</i> professæ castitatem, inde nomen meruerunt.	325.1.14
Mos hodieius.	245.1.15	<i>Viduae</i> moniales an sicut virgines velabantur.	332.1.12
<i>Tributum</i> vel collectuum imponendi auctoritas regalis.	249.2.27	<i>Vincere</i> & <i>euincere</i> differunt.	53. 1.1
<i>Tremes</i> & galera.	108.1.13	<i>Virgines</i> vestales.	32.2
<i>Tremes</i> , quadrime, quinquimes, à quibus inuenie.	178.1.17	B. Virginis responsum cuidam feminæ datum, filiæ cuius vitium oblatum à Zenone.	309.1.9
V.		<i>Virginū</i> choi, & <i>viduarum</i> collegia in Ecclesia, eātūmque munia.	322.2.3
<i>V</i> asalli contribuere debent ad liberandum patronum captum ab hostibus, etiam si diues sit.	246.1.17	<i>Virgines</i> Deo dicatae aliae in habitu laicali, aliae Sanctimoniales fuerunt.	330.1.1
Quid si dominus tantundem consequatur à Rege, quantum redemptionis nomine exsoluerit.	<i>Ibid.</i> 2.18	<i>Virgines</i> Dei dicatae.	<i>Ibid.</i> 3
Vasallorum genera.	247.1.19	<i>Virgines</i> Deo dicatae à Sanctinonib[us] differunt.	<i>Ibid.</i> 4
		Non potuerunt nubere.	<i>Ibid.</i> 5
		<i>Virgines</i> consecrandi ritus.	331.1.8

Quære

*I N D E X R E R. E T V E R B O R V M.*

<i>Quae illæ velabuntur.</i> <i>ibid.</i> 9	<i>Votum obedientia.</i> 34. & seqq. vi-
<i>Vngines vestales tonderi solitæ.</i>	<i>que ad 36</i>
332.1.16	<i>Castitatis &amp; continentia.</i> 35.2
<i>Virginum consecratio olim ad E-</i>	<i>An in hoc voto dispensare possit</i>
<i>piscopos pertinebat.</i> 333.2.18	<i>Pontifex.</i> 37.1.11 & 38. 2
<i>Hodie &amp; coram Episcopis, &amp;</i>	51.2.1
<i>Abbatibus &amp; Presbyteris fie-</i>	<i>Votum paupertatis.</i> 37.2
<i>n solet.</i> <i>ibid.</i> 19	<i>Abdicationis bonorum.</i> 42.1
<i>Quin etiam coram Abbatissis.</i>	<i>Vsufficiens an finitur per ingressum monasterij.</i> 47.2.3
334.1.10	<i>Uterim quando vocentur exclusis consanguineis.</i> 3.1
<i>Virginitatis honor.</i> 330.1.1	<i>Violatus publicæ favor.</i> 109.2
<i>Vita monastica Angelica dicitur.</i>	<i>Vxorato an concubinam habere licet, &amp; de Abraham.</i> 294.1.9
17.2.2	
<i>Ab initio sola virginitate constabat.</i> 42.1.8	
<i>Vitricus an tutor dari possit à patre.</i>	
170.2.5	
<i>Fluimus voluntas quid.</i> 93.2.3	
<i>Vniversitas piaestare debet quæ territorio erant imposita.</i> 61.1.1	
<i>Volumen tam signo, quam voce demonstrari potest in testamentis.</i>	
96.2.7, & 22	
<i>Votorum omnium præstantissimum quod.</i> 34.1.1	
	<b>VV.</b>
	<b>W</b> <i>Ioleñ lapsus.</i> 82.1.6
	<b>Z.</b>
	<b>Z</b> <i>Eno Imp. eiusque mater.</i> 309.
	1.9

*I N D I C I S F I N I S.*

